

A  
47  
120





01  
L. H<sup>ta</sup> de la  
Farmacia N<sup>o</sup> 2

F-6-8



L. H<sup>ta</sup> de la  
Farmacia Nº 2

F-6-8

REAL  
AN. DA

A

047

120

R. 3. 498  
PEDANII

# DIOSCORIDIS

ANAZARBEI, DE

MEDICA MATERIA

LIBRI SEX,

Ioanne RVELLIO Suesisionensi  
interprete.


*HIS ACCESSIT, PRAETER  
Pharmacum simplicium catalogum  
copiosus omnium ferme medela-  
rum, siue curationum  
Index.*



Valentiae, apud Michaellem Sorolla, 1616.







PEDANII  
DIOSCORIDIS  
ANAZARBEI, DE

Medicinali materia, libri  
primi præfatio,

*Ioanne Ruellio Suesfionensi  
interprete.*



VANQVAM, amicissime Arce, com-  
plare non veterum modò, sed recentiorum quoque, de medicamentorum  
cõpositione, viribus, atque probatio-  
ne commentati sunt: nobis tamẽ nec

vanum, nec à ratione abhorrentem impetum ani-  
mi ad hoc opus incessisse, tibi ostendere tentabi-  
mus: quòd eorum nonnulli absolutum nihil edi-  
derunt, alij quàm plurima, quæ auditu percun-  
ctantio didicerant, scriptis tradiderunt. Siquidem  
Bithynus Iolas & Heraclides Tarentinus, omiffa  
prorsus herbarũ tractatione, rem sanè quàm pau-  
cis perstrinxerunt. Neque verò omnes illi de me-  
tallieis quicquam rebus aut odoramētis memoriq̃  
prodiderũt. Crateus autẽ herbarius, & Andræa

Medicus, qui cæteris diligētius hæc in parte ver-  
 sati videntur, radices multas apprime vtilis, her-  
 bāsque haudquaquam adnotatas, reliquerunt.  
 Verantamen præcorum subscribere oportet sen-  
 tentiis: quos, etsi pauca ipsis referantur accepta,  
 magnam tamen impendisse diligentiam constat.  
 Junioribus minus assentiendum: è quibus Iulius  
 Bassus, & Niceratus, & Petronius Niger, & Dio-  
 dotus, Asclepiadæ omnes, medicinalem materiã  
 vernaculam cognitamque vulgò, dignam cen-  
 fuerunt, quæ ab ipsis literis exactè mandaretur:  
 & vt medicamentorum vires probationesque  
 cursim complexi, sic nullo experimento eorum  
 effectus colligentes, inani verò reddendarũ cau-  
 sarum studio verba fundentes, alia pro aliis scri-  
 pti tando, rem in acervum congeriemque cõtro-  
 versitarum extulerunt. Siquidem, qui inter eos  
 egregius habetur Niger, euphorbium, nascentis  
 in Italia, chamælex succum esse contendit: an-  
 drosæmonque eandem herbã cum hyperico esse:  
 quinetiam aloën in Iudæa fossilem nasci, & ple-  
 raque his similia exponit, reclamante euidentiã,  
 quæ prorsus veritati refragantur. Quibus conie-  
 ctura colligi potest, ea non oculata fide, sed nar-  
 ratione potius ab aliis accepisse. In ordine iidem  
 ipsi aberrarunt, partim eorum discrepanteis nul-  
 lãque cognatione coniunctas vires collidentes:  
 partim per elementa literarum scripta in ordi-  
 nem dirigentes, quò facilius memoriæ manda-  
 rentur, genera & eorum effectus à sua cognatione  
 disingentes. Nos verò ab iuventute, vt ita di-  
 cam,

tam, inuenta, iugi desiderio cognoscendæ ma-  
 teriæ allecti, permultis regionibus peragratis  
 ( nec enim nescis nos militare vitam exigisse )  
 tuo hortatu commentationem in sex libros con-  
 tulimus: quod opus tibi dicamus, Aree, animi  
 gratitudine obsequentes, ob eum, quo nos prose-  
 queris, affectum. Etenim natura cum in omneis  
 eruditione exultos, tum verò in eos quibus cum  
 tibi eiusdem artis necessitudo intercedit, pro-  
 nus ad amicitiam esse soles: in nos etiam aliquan-  
 tò peculiarius. Enimvero non parum præbet tuæ  
 probitatis argumentum, optimi viri Licinij Bas-  
 si singularis erga te amicitia: quam vnà nobiscū  
 degentes nouimus, cum mutuam inter vos bene-  
 uolentiam æmulatione dignam intueremur. Ad-  
 monitum autem te velim, eosque, qui in hosce  
 commentarios incident, ne in verbis facultatem  
 nostram æstimetis, sed potius adhibitam rebus  
 cum peritia curam. Etenim plurima vñ ipsi  
 exactissimè cognouimus: quædam etiam ex ea,  
 de qua inter omnes conuenit, historia, percun-  
 stationeque rerum apud singulos vernacularum  
 diligenter accepimus. Dabimus igitur operam, vt  
 differenti ab aliis ordine tradito, genera medici-  
 narum virésque describantur. Quòd autem ne-  
 cessaria sit medicamentorum ratio, nemo est fer-  
 mè qui ignoret: quò dea & toti arti coniuncta sit,  
 vniuersisque eius partibus efficax administret  
 auxilium. Quare per medicamentorum composi-  
 tiones atque misturas, & facta in morbis pericula  
 extendi, & incrementum capeffere potest, quàm

## 4 DIOSCORIDIS

plurimum conferēte singulorum medicaminum cognitione. Quin etiam vernaculum familiaremque materiam complectemur, vt perfecta sit quæ a nobis relinquatur doctrina. Verum in primis curam impendere oportet, vt suis temporibus singula, & demerantur, & recondantur, certè pro horum ratione aut valent viribus, aut euando nulloque munere funguntur. Serena igitur cœli constitutione demetenda sunt. Magni liquidem refert inter colligendum, si vel squalores, vel imbres infesti sint: quemadmodum si loca, in quibus prodeunt, cliuosa, & ventis exposita sint, & perflata, frigidæque & aquis carentia: in his enim locis vires eorum longè validiores intelliguntur. Contrà, quæ in campestribus, riguis, & opacis, cæterisque locis à vento silentibus enascuntur, plerumque degenerant, & minus viribus valent: multoque magis, si non suo tempore nec opportunè colligantur, aut si per imbecillitatem intabuerint. Neque ignorandum, sæpe pro peculiari loci natura, aut anni clementia, maturius aut serius adolefcere. Nonnulla propria vi, hyeme florent, & folia pariunt, quædam bis anno florifera. Quare cui in animo est horum peritiam assequi, necesse est eam prima germinatione solo emergentibus, adultis & senescentibus adesse. Nam qui pullulanti herbæ dumtaxat adstiterit, adultam cognoscere non potest: neque qui adultam tantùm inspexerit, nuper erumpentem noscet. Quo fit, vt propter mutatam soliorum faciem, caulium proceritates, florum seminisque

## P R Æ F A T I O.

nisque magnitudinem, & id genus alias peculiaris notas, nonnulli, qui olim has rerum varietates non perspexerunt, magno in errore versentur. Quæ causa etiam nonnullis scriptoribus imposuit, qui herbas quasdam, verbi gratia, gramæ, quinque folium, & tussilaginem emittere florem, fructum & caulem negant. Ergo qui sæpius ad viscendas herbas & earum natales se contulerit, earum cognitionem maximè consequetur. Scire etiamnum conuenit, sola ex herbaceis medicaminibus veratri genera, nigrum, inquam, & candidam multis edurare annis: reliqua à trimatu inuicilia. Quæ verò fruticosa sunt, sicut stoechas, trixago, poliam, abrotonum, seriphum, absinthium, hyssopū, & alia id genus semine prægnantia demerantur, flores quoque antea, quàm sponte sua decidant, fructus autem, vt maturi decerpantur necesse est: & semina, vbi siccare cœperint, priusquam defluant. Herbarum succus & foliorum elici debet, germinantibus tum primum cauliculis. Lac & lacrymæ excipiantur, inciso per summum adolescentiæ vigorem caule. Radices, & liquamenta, cortices vè vt recondantur, eximere conuenit cum herbæ suis foliis exuantur. Siccantur etiam expurgatæ inibi, locis asperginem non redolentibus: sed quæ lato aut puluere sunt oblitæ, aqua elui debent. Flores & omnia quæ iucundum odorem efflant, arculis tiliacis, nullo situ obductis, reponantur. Nonnunquam charta aut foliis semina, vt perennent, aptè inuoluntur. Liquidis medicaminibus densior materia, ar-

## 6 DIOSCORIDIS

gentea, vitrea aut cornea cōuenit. Fictilis etiam, si modò rara non sit, accommodatur: & lignea, præsertim è buxo; sed ænea vasa oculariis medicamentis liquidisque, & omnibus iis, quæ acceto, piceliquida, aut cedria componuntur. Adipem autem & medullas stagnæis vasis recondi conuenit.

Iris.

CAP. I.



IRIS à cœlestis arcus similitudine nomen accepit. Folia fert gladioli, sed maiora, latiora, & pinguiora. Flores in caule æqualibus inter se spætiis distant, incurui, varij: siquidem candidi, pallentes, lutei, purpurei, aut cœrulei conspiciuntur: quæ diuersi coloris specie, quædã cœlestis arcus imago representari videtur. Radices subiacent geniculatæ, duræ, odoratæ: quæ frustratim dissectæ, in umbra siccantur, & traictæ lino reconduntur. Melior est Illyrica, & Macedonica: & inter has landatissima, quæ pumila ferè & densa constat radice, frangenti contumax, subrufo colore, gustu amaro, odore per quàm sincero, ita vt nullum prorsus situm redoleat: quæ dum tunditur, sternutamenta mouet. Secundum locum habet Africana, candicans, gustuque amara. Teredines in vetustate sentiunt, tunc tamè odoratiores reddi solent. Vis omnibus excafactoria, extenuans, contra rursim efficax: humorû qui ægrè reiciuntur crassitiem digerunt, bilem crassamque pituitam ex hydromelite drachmis septem epotæ purgant.

purgant, somnum conciliant, lacrymas ciūt, torminibus medentur. Eadem potæ ex aceto auxiliantur serpentium icibus, lienosis, conuulsis, perfrictionibus, horroribus, & quibus genitura effluit: menses ex vino potæ pellunt. Decoctum earum, sceminarum fotibus vtiliter imponitur, ad emolliendos locos, laxandæque in eis venarum spiracula: schiadicis infunditur, fistulas, ac sinus carne explet. Radices ex melle glandis modo subditæ, partus extrahunt: quinetiam coctæ & illitæ strumas, veteresque duritias emolliunt. Sicæ quoque vlcera replent, & cum melle purgāt: nudata ossa corpore operiunt: doloribus capitis, cum aceto & rosaceo magna vtilitate illinuntur. Admotæ cum albo veratro: & duabus mellis partibus, lentigines & vitia cutis in facie à sole contracta emaculat: pessis, malagmatis, & acopis inseruntur. In vniuersum, magni ad omnia vsus.

## Acorum.

## CAP. II.

**A**corum folia Iridis habet, angustiora tamen radices non dissimiles, complicatas, non in rectum sed obliquum actas, & summo cæspite sparsas, geniculis interceptas, albicantes, gustu acres, odore non ingratas. Optimum est densum, candidum, plenum, carie non exesum, odoratum, cuiusmodi Colchidicum & Galaticum, quod aspletion dicunt. Radici vis calfactoria. Decoctum potu vrinam cit: prodest lateris doloribus, & iocineris atque thoracis: item torminibus, vulsis, ruptis: lienem absomit, vrinæ stillicidio & ser-



## 8 DIOSCORIDIS

pentum i&ibus auxiliatur, infidentibus ad muliebre affectus iridis modo vtiliter imponitur, oculorum caligines succo discutit, antidotis radix magno vsu commiscetur.

## Meon. CAP. III.

**M**eon, quod Athamanticum vocant, in Macedonia & Hispania plurimum gignitur; anetho foliis & caule simile, sed eo crassius, binum ferme cubitorum altitudine attollitur, sparsis in obliquum rectumque radicibus, longis, tenuibus, odoratis, linguam excafacientibus. Quæ feruifactæ ex aqua, vel tritæ citra coctionem, præcluserum renum vesicaeque factæ vitia potu leniunt, vrinae difficultati medentur, stomachi inflationes discutiant. Torminibus affectæ vulvae, articulorum doloribus, atque fluxionibus pectoris, tritæ cum melle in eclegmate auxiliantur, sanguinem per menstrua pellunt, defectionibus feruifactæ: infantibus autem illitæ imo ventri, vrinam mouent: quod si plus quam deccat ex his bibatur, caput dolore afficiunt.

## Cypirus. CAP. IV.

**C**ypirus, quem aliqui crysiceptram, vt aspalathum appellant, folia fert porraceis proxima, sed longiora & exiliora: caulem odorati iunci, cubitalem aut maiorem, angulosam, in cuius cœcimine minuta folia cum semine exoriantur: radices, quarum in medicina est vsus, cohærentes inter se, oleis oblongis similes, aut rotundæ, nigro colore, suavi odore, amaro gustu. In lacun-

lis, palustribus & calidis enascitur. Optima est grauilissima, densa, fractu contumax, plena & aspera, odoris cum quadam acrimonia iucundi, qualis est Cilicia, Syriaca, & quæ à Cycladibus insulis petitur. Hinc calida vis inest. Venarum spiracula laxat, urinam ciet, ad calculos aquàmque subtercutem vtilissimè, bibitur, aduersus scorpionum ictus remedio est, perfrictionibus vuluæ & præclusionibus foku prodest, pellit menses. Contra vlcera oris etiamsi depascant vorèntque, farina eius efficax est. Malagmatis calfacientibus, & vnguentorum spissamentis bene adiici solet. Aliud cypiri genus tradunt in India nasci, gingiberis effigie, quod manducatum croci vim reddit, gustu amaro sentitur, & illitum præsentem psilothi vim exhibet.

## Cardamomum.

## CAP. V.

**C**ardamomum optimum est: quod ex Comagene, Armenia, Bosphoroque deuehitur: in India quoque, & Arabia prouenit. Eligi debet plenum, frangenti contumax, occlusum, sarctumque (quod enim huiusmodi non est, exoletum iudicatur) & gustu aere, subamarum, & odore caput tentans. Excalfactoriam vim habet, potumque ex aqua facit ad comitiales, ischiadicos, rufes, neruorum resolutionem. Item ad rupta, vulsa, termina: latas ventris tineas excutit. Ex vino autem potum, renibus, difficultati urinæ, à scorpione ictis, neque non omnibus venenum vibrantibus, auxilio est. Cum cortice radicis lauri

epota

## 10 DIOSCORIDIS

epota drachma calculos comminuit, partus suffi-  
tu enecat, scabiem ex aceto illitum adimit. Et ad  
unguentorum spiffamenta additur.

Nardum.

CAP. VI.

**D**VO nardi genera: vnum Indicum, alterum  
Syriacum appellatur, non quòd in Syria pro-  
ueniat, sed quòd montis, in quo oritur pars vna  
ad Syrios, pars altera ad Indos flectitur. Ex hos  
Syriaci genere præcipuum est recens & leue, lar-  
gam gerens comam, flauū colore, per quàm odo-  
ratum, ac cyperum redolens, breui spica, amaro  
sapore, linguam siccante, quod diu in sua odoris  
gratia permaneat. Ex Indicis autem nardū quod-  
dam Gangitis vocatur, à flunio Gange, apud quē  
enascitur, montem præterfluente: quod genus  
ob multam loci, in quo prodit, viginem, viribus  
infirmius est, atque procerius adolefeit, plures  
ferens spicas ab vnica radice comosas, vnāque  
conuolutas, ac grauitè olentes. Montanum au-  
tem odoratius, spica breui ac mutila, odore cy-  
pero vicino, cæteras habens Syriaci dotes. Est &  
genus quoddam, cui Sampharitico nomen locus  
indidit, frutice breui, in magnas se spargens spi-  
cas, candidiore interim medio caule, hircorum  
virus supra modum redolente: quod improbatur.  
Madesactum vendi solet: quod vitium ex eo de-  
prehenditur, quòd candida sit spica, & squalida,  
nullòque puluere obsita. Adulteratur stillio cum  
ana, aut palmeo vino, inspiffationis ponderis-  
que causa inspirato. Intueri autem oportet si lu-  
tuna

tum radicibus infideat, & incerniculo puluerem excutere, eluendis manibus vtilem. Vim habent excalfactoriam, & exiccantem. Vrinam mouent, aluum potu sistunt, vuluæ profluvia, saniemque apposita supprimunt. Nauseæ ex aqua frigida auxiliantur, & stomachi rosionibus, inflationi, iocineri, regio morbo, renum vitiis. Aquæ autem incoctæ fotu ad infessum, vuluæ inflammationibus medentur; ad glabras oculorum genas valent: siquidem eas ad densiorem pilum reducant, perfusis humore corporibus insparguntur. Miscentur antidotis, & in fictili nouo non picato ad ocularia medicamenta reconduntur, trita in farinam, & cum vino in pastillos coacta.

## Nardum Celticum. CAP. VII.

**C**elticum nardum nascitur in Liguria Alpi- bus, saliuca patrio nomine appellatum, provenitque in Istria. Exiguè fruticat, & cum radicibus in manuales fasciculos componitur. Folia habet oblonga, colore in flauum languido, florem luteum. Caulicorum & radicem dumtaxat vsus est, & odoris suauitas: vnde pridie fasciculos aqua abluere expedit, & exempta terra pauito solo atque humenti subiecta charta repone- re, postridie repurgare, siquidem vtile, cum acroso, alienoque propter humoris vim, non ex- cutitur. Adulteratur imposita herba simili, quæ hirculus vocatur, ab odoris grauitate, sed facilis cognitio: namque herba candidior est, sine cauli- culo, minoribus foliis, radice neque amara, neque odorata

## 12 DIOSCORIDIS

odorata, vti verum nardum est. Itaque radices, atque cauliculi, abiectis foliis triti secernuntur, vino excipiuntur, digerunturque in pastillos, & ita fictilino diligenter operto, asservari debent. Laudatur maximè recens, iucundi odoris, radice numerosa cohærens, plenum, nec fragile. Ad eadem, quæ Syriacum pollet: sed vehementius urinam cit, & stomacho utilius est. Inflammationibus iocineris, & felle suffusis auxiliatur. Contra stomachi inflationes, cum absynthij decocto bibitur: item aduersus lienem, renum & vesicæ vitia, & venenatos ictus, ex vino. Additur in malagmata, potiones, & calfacientia vnguenta.

Montanum nardum.

CAP. VIII.

**M**ontanum nardum, quod ab aliquibus thlyaticis, & nitris appellatur, in Cilicia, & Syria nascitur, surculo & foliis eryngio similibus, minoribus, minimè tamen spinosis, asperisque. Radicibus binis nititur, aut pluribus, nigris, odoratis, ceu hastulæ regiæ, sed longè gracilioribus, & longè minoribus. Neque caulem, neque fructum, neque florem profert. Ad eadem, ad quæ Celticum, efficax.

Asarum.

CAP. IX.

**A**sarum, quod & ipsum aliqui sylvestre nardum appellant, hederæ foliis minoribus multò, rotundioribusque, floribus cythino hyoscyami similibus, purpureis, inter folia proximè radicem emicantibus, odoratis, in quibus semè acinosum.

[ Cauli-

[Cauliculos habet angulosos, asperos, & molles] radices nunc: olas, geniculatas, tenues, obliquas, gramine non dissimiles, longè tamen graciliores: odoratas, excafacientes, & quæ linguam vehementer mordent. Excafactoriam vim habet: urinam cit, hydropicis & vetusto coxendicum dolori prodest. Radices senis drachmis ex aqua mulsapotæ, menses trahunt, & veratri albi modo purgant. In vnguenta additur. Umbrosis montibus provenit, sed plurimum in Ponto, Phrygia, Illyrico, & Italia Justinienfi agro.

Phu.

CAP. X.

**PHV**, quod & aliqui sylvestre nardum appellant, nascitur in Ponto, folio olufatri, aut elaphobosci, caule cubitali, aut altiore, lævi, cavo, molli in purpuram vergente, geniculis intercepto, floribus narcisso proximis, maioribus, tenerioribus, ex albicante purpureis: radice superius ad digiti minoris crassitudinem, ex obliquo villosa in nigri veratri aut iunci odorati modum: capillamentis inuicem contextis, flavescentibus, odoratis, cum quadam odoris gravitate nardum æmulantibus. Excafacit, urinam mouet, si sicca potui detur. Decoctum eadem præstare potest, ad lateris etiam dolorem efficax, menses cit, antidotis inseritur. Adulteratur radice ruci ammissa: sed maleficium deprehenditur: quoniam hæc dura est, & frangenti contumax, sine vlla odoris gratia.

Malaba-

Malabathrum.

CAP. XI.

**M**alabathrum arbitrantur aliqui esse Indici nardi folium, falsi quadam odoris cognatione: permulta enim nardum olent, quemadmodum, asarum, iris: secus autem res se habet. Namque malabathrum folium sui generis est, quod Indicæ gignunt paludes, lentis palustris modo innatans aquis, sine radice. Id collectum statim lino transfuitur, & siccatum reconditur. Tradunt siccatis æstiuo feruore aquis, humum aridis fructicibus vri: quod ubi non euenerit, ne amplius quidem renasci. Laudatur recens, ex candido nigricans, integrum, nec fragile, odore caput feriens, quod diu in sua vi odore permaneat, & nardum sapore imitetur, nullo salis gustu. Infirmum verò & minutim contasum, præsertim si cariosum virus olet, vitiosum est. Eadem nardo sortitur vires: sed efficacius omnia præstat. Vrinam vehementius sciet, ac stomacho magis prodest malabatri vis. Lippitudinibus, inflammationibusque tritum & in vino ferue factum commodè illinitur: subditum linguæ, oris halitum & suauitatem commendat. Vestium quoque odorem interpositum seruat, & ab erosionē tuetur.

Cassia.

CAP. XII.

**C**assia, cuius complura sunt genera, iuxta odoriferam Arabiam gignitur, crassi corticis samento, foliis piperis. Eligenda est fuluescens, pulchri coloris, coralli æmula, per quam angusta,  
longua,

longua, crassa, & fistulosa. gustu mordens & cum aliquanto feruore adstringens, aromati-  
ca, vinoso odore, cuiusmodi est, quæ ab incolis,  
achy appellatur, ab Alexandria negotiatori-  
bus, daphnitis. Huic præfertur crassa, purpurea,  
& nigricans, Zigitr cognomine, quæ rosam odo-  
re imitatur, præcipuis in medicina vsus. Secun-  
dum locum tenet antedicta. Tertia, cui Musele-  
tico blasto, id est germi, cognomen est. Reli-  
quæ viles, & quæ aphemum dicitur, nigra, insua-  
uis, cortice tenui, acrimoso: & quæ darca, &  
citto vocitatur barbaro nomine. Similior huic  
est pseudocasia, quam vt explicari possit, quæ  
gustu coarguitur: cum nec acris, nec odorata  
sit, hærentemque medullæ corticem habeat. In-  
uenitur etiam lata quædam fistula, mollis, leuis,  
sirculosa, quæ antedictæ præfertur. Damnatur  
candicans, scabra, hircinum virus redolens, &  
quæ tenui fistula, & scabra cute sit. Vim obti-  
net calfaciendi, vrinam ciendi, sicandi, & leni-  
ter adstringendi. Conuenit ad medicamenta ocu-  
lorum, quæ præstandæ claritatis gratia concin-  
nantur, & ad malagmata. Lentigines tollit cum  
melle illita, menses trahit, contra viperarū ictus  
pota auxiliatur, aduersus intestinas inflammatio-  
nes omnes & renum vitia, pota proficit. Fœmi-  
nis in solio desidentibus, aut suffimentis, prodest  
ad dilatationem vuluæ. Ea duplo pondere me-  
dicamentis mista, cinnamomi vicem supplet, si ip-  
sum desit: nam eosdem effectus præbet, ad pluri-  
ma per quàm utilis.



## Cinnamomum.

## CAP. XIII.

**C**innamomi genera plura, patrium sibi nomen vendicantia. Præfertur tamen Mosyliticum, quòd cassiæ; cui Mosyliti nomen est, aliquam referat, effigiem. Sed in eo genere recens, nigrū, ex vinoso in cinereum vergens, læue, tenuibus ramulis, ac frequentibus nodis cinctum, perquàm incudè oleus. Optimi ferè indicium, iucundi odoris proprietate constat. Inuenitur enim cū optimo, eoque quod peculiare est, odor rutæ aut cardamomo proximus. Insuper acre, mordens, & cum calcificatione quadamtenus falsum, quod non cito confricanti asperum, aut frianti lanuginosum, læuibus tamen internodiis appareat. Si certior fieri voles, vellito ab radice surculum, facilis est huiuscemodi probatio: namque fragmenta miscellanea quædam esse videntur. Quæ autem melius spirant, suo halitu cū nares primū consuluntur, olfactum explentia, deterioris dignotionem impediūt. Est etiam montanam, crassum, punilum, fuluescens admodum. Tertium à Mosylitico, per quàm suauiter olet, nigrū, fruticosum, paucis intercedentibus geniculis. Quartum, fungosum, candicās, aspectū tuberosum, vile, ac friabile, magnam habens radicem, quæ cassiam planè representat. Quintum genus, odore nares ferrens, tuberosum & cortice fuluæ cassiæ simile, tangenti firmum, minus neruosum, densa radice firmatum. His quæ thuris, cassiæ, myrti, aut amomi odorem spirant, minus suauitatis inest. Deli-  
gito

gito scabrum, album, rugosum: at læue, & lignosum circa radicem, vt inutile reii cito. Est etiamnum simile aliud, cui pseudocinnamomo cognomen est, vile, inualidi odoris, solutarumque viriū. Vocatur etiam zingiber, cū tamen sit xylocinnamomum, præbens quandam cinnamomi faciē. Est autem lignosum cinnamomū, sarmenta longa robustaque ferens, odore longè cinnamomo inferiore. Sunt qui xylocinnamomum, à cinnamomo genere differre dicant, quòd à natura eius bhorreat. Cinnamomum omnè excalfacit, emollit, & concoquit, vrinam ciet: tã menses, quàm partus potum aut ex myrrha impositum pellit, contra bestias, quæ virus ei aculantur, venenâque cõuenit: caliginem pupillis oculorum obuersantem discutit, crassitiem extenuat, lentigines, & vitia cutis in facie ex melle illitū detergit: contra tusses, defluxiones, aquam subter cutem fusam, renū vitia, & vrinæ difficultatem efficax est, vnguentis pretiosis inferi solet: & in summa, magni ad omnia vsus. Tritum vino excipitur, vmbraq̃ siccatum, quò diutius eduret, reconditur.

[ Est & quoddam cinnamomum, quod aliqui pseudo cinnamomum appellant, per quàm densò atque crasso sarmento, longè tamen inualidius cinnamomo, & odore, & gustu. ]

Amomum.

CAP. XIV.

**A** Momum exiguè fruticat, ex ligno se conuoluens in racemi modum, flore, seu candida violæ, paruo: folijs vitis albę similibus. Lau-

B 2

coquit

## 18 DIOSCORIDIS

datur quàm maximè Armeniacum, fuluo auri colore, ligno subrufo, valde odorato. Medicum, quoniam in campestribus, & aquosis enascitur, infirmius esse constat. Est autem magnum, subviride, tractu tenerum, frutice venoso, odore origani. Ponticum verò subrufum, paruum, fragile, racemosum, fructu targens, & odore nares feriens. Deligito recens, candidum vel subrubrum, quod nec adstrictum cohæreat, nec conuoluatur, sed solutum diffundatur: seminis plenum, vis paruis simile, graue, valde odoratum, modò cariem non contraxerit, acre, gustu mordens, simplici colore non euariante. Vim habet calfaciendi, adstringendi, exiccandi. Somnū allicit, & illitū fronti, doloris sensum aufert, inflammationes, & meliceridas concoquit, discutit: quæ iuuat quos scorpis percussit, ex ocimo illitū, & podagricis confert, inflammationes oculorum, viscerūque lenit ex vna passa, ad vuluarū vitia in pelsis, aut in fessibus vtile est. Decoquū iocineri, renibus, podagræ, potu cōuenit. Antidotis immiscetur, & pretiosissimis vnguentis. Adulteratur amomum herba simili, quæ amomis vocatur, sed sine odore, sine fructu. Nascitur in Armenia flore origani. Quare in huiusmodi probationibus fragmēta fugiēda sunt: eligēda autē, quæ ab vna radice integros furculos emittūt.

Costus.

CAP. XV.

**P**Ræcellit Arabicus, candidus, leuis, eximia odoris suauitate. Secundum locum sibi vendicat Indicus

Indicus, leuis, vber, vt fernla niger. Tertius est Syriacus, grauis, colore buxeus, & odore feriens. Optimus est recens, albus, abundè plenus, densus, aridus, à teredinibus non erofus, sine graueolentia, gustu calidus ac mordens. Vis ei excafactoria, vrinam ciēt, menses pellit, vitiiis, quæ vuluam malè habent, tam impolitu quàm fotu & fuffitu auxiliatur. Contra viperarum morsus sextantem bibere prodest: item aduersus pectoris dolores, conuulfa, inflationesque, ex vino & absynthio: venerem ex mulso stimulat, latas ventris tineas ex aqua pellit, horroribus ex oleo, ante februm accessiones, & neruorum resolutionibus oblinitur: vitia cutis in facie, cum aqua vel melle illitus emendat. Additur in antidota & malagmata. Sunt qui admittis helenij comageni præduris radicibus, adulterent: quod deprehensum facile est: siquidem neque gustu feruet helenium, neque validum odorem vibrat, vt caput tentare possit.

Odoratus iuncus. CAP. XVI.

**O**Doratus iuncus, in Africa & Arabia nascitur. Laudatissimus ex Nabathea, proximus Arabicus quem aliqui Babylonium cognominant, alij teuchitim: pessimus ex Africa. Eligendus est rufus, recens, floribus refertus, tenuis, rubentibus fragmentis, qui manibus confricando rosæ odorem emittit, igneæ mordacitatis ad linguam. Floris, culmorum, radicisque est vsus. Vim vringē ciundæ habet, menses pellit, discutit inflationes, caput aggrauat, modicè adstringit, comminuit,

excoquit, ac venarum spiracula laxat. Flos eius in potu utilis sanguinem reiicientibus, doloribus stomachi, pulmonis, iocineris, & renum miscetur antidotis. Radix adstringentior est: ideo fastidiis stomachi, hydropicis, conuulsis, drachma vna cum pari pondere piperis, per dies aliquot datur. Decoctum vuluæ inflammationibus, ad desidentium fatus, vtile est.

Calamus odoratus. CAP. XVII.

**C**alamus odoratus in India nascitur: melior est fuluus, dense geniculatus, & qui assulose frangitur, plena araneorum fistula, albicans, lentus in mandendo, & adstringens, ac cum aliquanta acrimonia amarus. Vrinam potu ciet: quare cum graminis aut apij semine coctus, in aquæ subtercutem fusæ morbo, renum vitiis stillicidio vrinæ, ruptisque commodè bibitur: menses & potu, & appositu pellit: tussi suffitu medetur per se, aut ex resina terebinthina, hausto per arundinem fumo: ad muliebres infusus decoquitur, & clysteribus imponitur. Suffitionibus, malagmatisque odoris gratia commiscetur.

Balsamum. CAP. XVIII.

**B**alsamum, arbor albæ violæ, lycij, siue pyracanthæ magnitudine conspicitur. Folium rutæ proximum longè candidius, perpetuò virens: in Iudæa solùm quadam valle & Aegypto nascens, his differens modis: scabritia, proceritate, gracilitate. Quod igitur tenui & capillacea coma est, theristum vocant, quasi demessile: fortassis quoniam

quoniam ob gracilitatem facilè demetatur. Aestiu-  
 uis sub ortu canis ardoribus, arbor vnguibus fer-  
 reis inciditur, manátque è plaga succas, quem  
 Opobalsamum vocant: sed tam exiguo stillatu,  
 vt annis singulis, ne plures quidem quàm seni  
 septenivè congi cogantur, inibique pondus da-  
 plo rependitur argento. Succu probatio est, vt sit  
 recens, validi odoris, syncerus, non ad acorem  
 vergens, dilui facilis, læuis, adstringens, ac mo-  
 dicè mordens gustu. Sed variè vitiatu, misto  
 ab aliquibus terebinthi, cypri, lentisci, balani vn-  
 guento: item susino, metopio, melle, aut Cy-  
 pria cera liquida: quod maleficio facilè depre-  
 henditur. Namque merus in laneam vestem fu-  
 sus, neque maculam facit, neque si eluatur no-  
 ram relinquit: vitiatu autem inhæret, & lac in-  
 stillatus coagulatur, quod adulteratus non efficit.  
 Quinetiam syncerus in aqua aut lacte celerrimè  
 liquatur, coloreque lactescit: vitiatu verò  
 olei modo innatat, se conuoluens, aut in stellæ  
 modum diffundens. Syncerus senescens crasse-  
 scit, deteriòrque redditur. Hallucinantur, qui  
 abua concretum pessum ire, & ad ima sidere arbi-  
 trantur, postea dissipatum supernatare. E ligni  
 genere, quod xylobalsamum vocant, probatur  
 recens, sarmento tenui, folium odoratum, qua-  
 dàmtenus opobalsamum spirans. Necessarius etiã  
 seminis erampit vsus, quare eligatur flauum, ple-  
 num, grande, ponderosum, mordens gustu, fer-  
 uens in ore, modicè opobalsamum olens. Adul-  
 teratur semine hyperico simili, quod à Petra

oppido defertur. Sed coarguitur magnitudine, inanitate, virium ignavia, sapore piperis. Efficacissima vis inest succo, & quàm maximè calfaciens: abstergit quæ tenebras oculorum pupillis offundunt, medetur perfrictionibus vulvæ cum rosaceo cerato appositus: menses quoque, secundus & partus extrahit, horrores illitu discutit, ulcera sordida expurgat & cruda concoquit, urinam potu ciet, ægrè spirantibus prodest: datur in lacte contra acomitum haustum, aut serpentium ictus: miscetur acopis, malagmatis, & antidotis. In summa, præcipua autoritas succo, secunda semini, minima ligno. Semen commodò potui datur doloribus lateris, pulmonum vitiis, tussi, ischiadicis, comitialibus, vertiginosis, orthopnoicis, vrina difficultati, terminibus ac serpentum moribus: ad muliebres suffitus per quàm utile est: vulvam aperit in defæctionibus balnearum decoctam, & humorem euocat. Lignum eadem habet vires, aliquantò minores. Ex aqua potum cruditatibus, torminosis, vulsis, venenatorum ictibus opitulatur, urinam cit, ad capitis vulnera cum sicca iri conuenit, squammas ossium extrahit, & ad vnguentorum spissamenta additur.

Aspalathus.

CAP. XIX.

**A** Spalathus, alij erysiceptron, frutex est furculosus multis spinis horrens, nascitur in Istro, Nisyro, Syria, & Rhodiorum insula: quoad vnguentorum spissamenta pigmentarij vtuntur

vruntur. Optimus est grauis, detracto cortice rubens, aut in purpuram vergens, densus, odoratus gustata amarus. Est & alterum genus candidum, lignosum, sine odore: quod deterius habetur. Vim calfaciendi cum adstrictione obtinet: vnde decoctum cum vino ad tetra oris vlcera colluenda conuenit, ad nomas genitalium, & sordida vlcera infunditur, subiectum impesso, partum extrahit, aluum sistit eius decoctum: & sanguinis reiectionem potu cohibet, vrinae difficultatem inflationisque discutit.

## Muscus.

## CAP. XX.

**B**Ryon, id est muscus, à quibusdam spachnon appellatur: in cedro arbore, populo alba, & quercu inuenitur. Optimum est cedrinum, proximum populneum: in quo genere candidum & odoratius praestat, nigricans improbatur. Adstringendi vim habet. Decoctum insidentiu vuluis vtile: vnguento balanino, oleisque inspissandi gratia inseritur: thymiamatum, acoporumque compositionibus conueniens.

## Agallochum.

## CAP. XXI.

**A**Gallochum, lignum est, quod ex India atque Arabia deportatur, thuiæ ligno simile, maculatum, odoratum, gustu adstringens, cum quadam amaritudine, cute verius quam cortice vestitur: aliquantulum versicolore. Manditur, aut decocto os colluitur, commendandi halitus gratia. Sordes arceat toto corpori inspersum: pro thure ad suffimenta substituitur. Radix epota drachmae



## 24 DIOSCORIDIS

vnus pondere, humida stomachi vitia, & imbecillitatem, feruoremque mulcet: si lateris, iocineris vè dolor excruciat, si dysenterix, aut tormina infestant, ex aqua bibere prodest.

Narcaphthum. CAP. XXII.

**N**Arcaphthum ex India defertur, corticosum, simile sycomori libro: quod iacundi odoris gratia suffitur. Miscetur thymiamatis compositionibus: constructionibus vuluæ suffitu prodest.

Cancamum. CAP. XXIII.

**C**Ancamum Arabici ligni lacryma est, myrrha quodammodo similis, virosi gustus, quam ad suffimenta vsurpant. Vestes eo, additis styrace & myrrha, suffiuntur. Vim proditur obtinere extenuandi obesos, si ternum obolorum pondere ex aqua, aut mulso aceto, plusculos dies ebibatur: lienosis datur, comitialibus, & suspiriosis: mentes cum aqua mulsa pellit, oculorum cicatrices confestim emendat, vino madefactum medetur eorundem hebetudinibus, aduersus gingiuas humore prægnanteis, doloresque dentium, non aliud efficacius.

Cyphi. CAP. XXIV.

**C**Yphi odorati suffimenti compositio est, dicata diis, qua abundè Aegyptij Sacerdotes vtuntur. In antidota misceri solet, suspiriosis datur in potu. Permultæ componendi rationes, quarum vna hæc est: Sumito cyperi dimidium sextarium, cum pari baccarum iuniperi adultæ modo: vulæ passæ pinguis, exemptis vinaceis, minas duodecim:

decim: resinæ repurgatæ minas quinque: calami  
& iunci odoratorum, & aspalathi, singulorum  
minam: myrrhæ duodecim: vini veteris sextarios  
nouem, cum duabus mellis minis: uuam passam  
detrahis vinaceis tufam, cum vino & myrrha  
subigito: cætera tufa & cribrata aduicito, die vno  
humorem combibere finito, dein mel coquito  
cum sibi glutinis asciscat crassitudinem, eliqua-  
tam resinam accuratè permisceto cum reliquis  
diligenter contritis, & in fictile vas recondito.

## Crocum.

## CAP. XXV.

**C**Rocum, optimum in medēdi vsu Coryceum;  
recens, & boni coloris, paulum candidi ge-  
rens in capreolo, oblongum, omnibus suis parti-  
bus constans, non fragile, plenum à quo detra-  
ctum est nihil, quod madefactum manus inficit,  
nec situm redolet, aut cariem sentit, subacre: sin  
huius generis non est, aut vetus, aut humore per-  
fusum creditur. Secundus locus datur Coriceo, è  
tractu Lyciæ contermino. Tertius Lycio, è  
monte Olimpo: dein ex Aegibus Aetoliæ, Cyre-  
naicum & Centuripinum inter Sicilica omnia  
viribus infirmius est. Omnium natura oleracea.  
Itali tamen ob succi copiam, & coloris venusta-  
tem, tingendis mortariis dicauerunt: quibus de  
causis magno venditur. Vtilissimum in medici-  
na quod antè descripsimus. Adulteratur immi-  
sto crocomagmate tuso, atque etiam sapæ subli-  
tu: contrita, quò pondus adiciatur, simul ar-  
genti spuma, aut plumbagine: sed maleficium  
declarat

declarat infidens pulvis, præsertim si defrutum in odorando subolet. Thessalus ipsum tantum odoratum esse voluit. Alij exitiosam, tribus drachmis ex aqua potis. Proculdubio vim coquendi, emolliendi, atque subfrigendi habet: urinam cit, elegantem colorem præstat, qui ex passio biberint, crapulam non sentiēt: oculorum fluxiones illitum cum humano lacte, cohibet: additur in potiones, quæ interaneorum causa temperantur: ad vuluæ etiam sedisq̃ue cataplasmata, vtiliter inditur: venerem stimulat, vergentes ad ignem sacrum inflammationes mulcet, auriculariis collectionibus vtile. Quò facilius conteratur, in calido fictili sole ficiari oportet, celeriterque versari. Urinam mouet radix ex passio pota. Fit etiam expressis vnguenti crocini odoramentis, & in formas digestis, quod crocomagma vocant. Optimum est odoratum, modicè myrrham olens, graue, nigrum, ligni expers, læuæ, subamarum, quod madefactū croci colorem reddat, gustatumque vehementer dentes ac linguam inficit, multis durans annis, quale est quod à Syria defertur. Habet suas vires ad delenda quæ caliginem oculis obuersant: urinam cit, calfacit, concoquit, & emollit: vires croci proportionem quadamtenus repræsentat, quando quidem plurimam croci partem sibi crocomagma vendicat.

## Helenium. CAP. XXVI.

**H**elenium folia habet verbasci angustioris folij, asperiora, oblonga, caulem quibusdam in locis

locis non emittit, radicem subalbida, interdum subrufam, odoratam, subacrem, vegetem, magnâ, ex qua agnatæ propagines liliorum aut ari modo feruntur. Montibus in vmbrosis, siccoque solo prouenit. Foditur æstate radix, particulatimque dissecta siccatur. Potum radicis decoctum menses & vrinas ciet: ipsaque in eclegmate ex melie prodest tussi, orthopnoæ, ruptis, conuulsis, inflationibus, & serpētium moribus. In summa exalfaciens. Folia ex vino cocta vtiliter ischiadicis illinuntur. Helenium stomacho vtile in passo conditum: siquidem salgamarij paululum siccata radicem, mox decoctam, & frigida aqua madefactam, in sapam coniciunt, & ad vsus recondunt. Trita potaque ad cruentas excreationes efficax est. Alterum helenij genus in Aegypto gigni Crateuas tradit: herba est cubitalibus ramulis, serpylli modo per humum repentibus, foliis lenticulæ circa ramos, sed longioribus crebrisque, radice pallida, digiti minoris crassitudine, per ima tenui, superne crassiore, cortice nigro. Nascitur in maritimis collibusque. Radix vna in vino epota, contra serpentium ictus auxiliatur.

### Omphacinum oleum. CAP. XXVII.

**O**leum, quod ex immaturis oliuis exprimitur, ad multos vsus rectè valentibus accommodatissimum: omphacinum id appellatur. Præstat recens, odoratum, quod non mordeat. Tale vnguentorum compositionibus idoneum intelligi-

tur.

tur. Stomacho vtile est, quòd adstringat: gingi-  
 uas contrahit, dentes firmat, si contineatur in  
 ore, sudores, cohibet, & quòd vetustius ac pin-  
 guius, eò ad medicamenta aptius est. Et ( vt re-  
 liqua in commune dicantur ) omne oleum cal-  
 facit, emollit ventrem, à perfrictionibus corpus  
 tuetur, ipsumque promptius ad obeunda muna-  
 ra reddit, aluum emollit, vlcérantium veneno-  
 rum vires permistum hebetat, contra venena da-  
 tur, assiduè potum redditumque vomitionibus:  
 soluit aluum heminæ mensura cum pari ptisanæ  
 succo, aut aqua potum, ad tormina calidum simul  
 decocta, futa tribus sextariis in potu datur, ven-  
 tris animalia pellit, idem maximè ilei intestini  
 morbo laborantibus infunditur. Vetus magis cal-  
 facit & vehementius discutit, oculorum claritati  
 sublitum confert. Si vetusti non sit occasio, in  
 vase decoquitur ad mellis crassitudinem, vt ve-  
 tustatem repræsentet.

### Oleum syluestris oliuæ. CAP. XXVIII.

**O**leum, quod syluestres oliuæ fundunt, vhe-  
 menter adstringit, & ad sanorum vsus secun-  
 dum sibi locum vendicat. In doloribus capitis  
 vtiliter pro rosaceo substituitur: sudores arcet,  
 defluentes capillos inhibet, furfures, vlcera capi-  
 tis manantia, scabiem, leprâsq; abstergit: tardius  
 cautionem sentiunt, qui eo quotidie perungun-  
 tur. Candidum oleum fit hoc modo: Album co-  
 lore, nec anniculo vetustius, in nouum fictile oris  
 patuli funditur, centū heminarū mensura, & sub  
 solem

solem media quaque die concha refunditur: ex altéque demittitur, vt assidua deuolutione, ictúque agitatam respumet: octaua die fœnū: Gercū mundū quinquaginta denariorū pondere, calida aqua madefactū donec emollescat, in supradictū oleū deiicitur, ita ne extillet aqua: postea tedæ præpinguis piceæ, affulatum cæsæ æquale pondus adiicitur, & tráfactis octo diebus, oleū cõcha mouetur. Vbi candorē contraxerit, in vas nouū vetere vino affusum recõdi debet, substratis fertulæ campanæ corollis drachmas vndecim pendentibus, cū parī iridis pondere sin minus, rursus Soli mandandū; & idem munus obeundū, vsque dum inalbescat.

Sicyonium.

CAP. XXIIX.

Sicyonij componendi ratio hæc est: In lebetem oris lati stanno inductum, funditur olei albi quod crudæ olinæ reddiderūt, congius vnus, aquæ semicongius leui id igne coquitur, leuiter mouendo: at vbi bis efferbuit, & subtracto igne refrixit, innatans oleū concha decapulatur, & adiecta noua aqua conferuescit, & reliquis, vt diximus, peractis reponitur. In Sicyonia maximè fieri consuevit, Sicyonij inde accepto cognomine. Calfactoriam ad quendam vsque modū vim habet. Febri, ac neruorum vitiis prodest: fœminæ ad commendandum faciei nitorem eo vtuntur.

Strigmenta balneorum. CAP. XXX.

Strigmenta à balneis calfaciunt, molliunt, discutunt: ad sedis rimas & condylomata illinantur. Illa verò quæ ex palæstris puluerem sibi ascuerunt,

asciuerūt, in sordis speciem redacta, articulorum modos imposita adiuuant: ischiadicis in fatus aut malagmatis locum, calida commodò sufficiuntur. Derafæ gymnasiolorum parietibus simulacrisque sordes, calfaciunt: tubercula, quæ ægrè ad coctionem perducuntur, dissipant: de squammatis & vlceribus senum profunt.

Elæomeli.

CAP. XXXI.

**I**N Palmyris Syriæ, quod elæomeli vocant, ex quodam caudice manat, oleum melle crassius, sapore dulci. Bilem, cruditatésque detrahit, sextario cum vna aquæ hemina dato. Sed qui sumpserit, torpescunt & viribus deficiuntur: quod minimè vereri oportet, veràm crebro excitare, ne veterno pressi somnos captent. Fit & oleum è pinguitudine surculorum oleæ optimum vetus, crassum, pingue, non turbidum. Calfacit, priuatimque caliginibus oculorum illinitur: lepras, neruorumque dolores illitum emendat.

Cicinum oleum.

CAP. XXXII.

**C**icinum oleum hoc modo temperatur: Maturi Ricini, qua volēs quantitate, torrido sole flaccescunt, & vuarum more instrati tantisper insolantur, dum vestiens cortex fractus decidat. Caro colligitur, & coniecta in pilam diligenter tūdatur: postea in leberem stanno illito, qui aquam habeat, demittitur, subiectoque igni feruescunt: & vbi insitum prorsus humorem redidderunt, sublato ab igni vase innatans oleum concha tollitur, & reconditur. Sed in Aegypto, vbi largior

increbuit

increbuit vsus, longè secus fieri solet. Nam repurgatos ricinos molæ mandant, & accuratè molitos per sportulam torculo exprimunt. Tum quidem ematuruerunt ricini, cum continentibus orbiculis exuuntur. Ad psoras, & vlcera capitis manantia valet: prodest sedis inflammationibus, vuluis conuersis atque præclusis: item indecoris cicatricibus, & aurium doloribus: emplastra efficaciora reddit additum, potu aquam aluo extrahit, ventris animalia pellit.

Amygdalinum. CAP. XXXIII.

**A**Mygdalinum oleum, quod aliqui metopium vocant, hoc fit modo: Semodius ex amaribus nucibus repurgatis sicatisque, in pila ligneo pistillo leniter tunditur in offas, aquæ, quæ ferbuerit, sextarius adiicitur, & vbi dimidia hora humorem hauserit, vehementius quàm antea tunditur, mox tabellis premitur, & quod digitis hæsit, concha excipitur. Pressis nucibus rursum hemina aquæ inspergitur, & postquam ebiberint, idem opus prosequendum. Singulas heminas reddunt singuli modij. Contra vuluarum dolores, strangulatus, conuersiones, & eorundem locorum inflammationes efficax est: vitii renum, calculosis, difficili vrinæ, suspiriosis, lienosisque proficit: dolores capitis, grauitatem auditus, sonos incertos, tinnitusque discutit: maculas & vitia cutis tollit è facie, & eam erugat cum melle, radice lilij & Cypria cera aut rosaceo cerato, & oculorum hebetudines emendat;



dat, ulcera capitis manantia & furfures cum vino  
abstergit.

Balanium.

CAP. XXXIV.

**S**imili modo fit balaninum oleum, quod repur-  
gat maculas, lentigines, varos, & cicatrices  
nigras. Aluum soluit, stomacho aduersatur, con-  
tra aurium dolorem, sonos, & tinitus auxilio  
est, cum anserino adipe instillatum. Similis se-  
samini ratio. Fit etiam e nuce iuglande oleum.  
quod caryinum vocant. Eandem vim habet quam  
balaninum.

Hyoscyaminum. CAP. XXXV.

**H**Yoscyaminum sic fit: Semen candidum, re-  
gens ac siccum tunditur, & calida aspergitur  
aqua, ut in amygdalino diximus: dumque insola-  
tur, siccatur, quæ sub manu sunt, partes cum re-  
liqua massa permisceantur: hoc in ante fieri oportet  
dum nigrescat & grauiter oleat: mox pressum  
atque excolatum reconditur. Ad aurium dolo-  
res efficax est: pessis miscetur, ad emolliendum  
utile. Fit & e grano gnidio purgato & tulo. Vis  
ei aluum soluere potu. Non secus enicinum oleum  
temperatur: cui facultas eadem est, quæ factum  
e gnidio grano, verum inualidior. Raphani-  
num e raphanifemine fieri solet, cæterorum mo-  
re. Phthiriasis mala valetudine contractas tollit,  
scabritias cutis in facie emendat. Ad obsonia  
vtuntur Aegyptij, Melanthinum idem quod rha-  
phaninum potest. Tritum sinapis semen, & ca-  
lida aqua madefactum, adiecto postea oleo ex-  
primitur,

primitur. Id ad diuturnos dolores efficax est; transfert humores, qui in aliqua parte concreuerunt.

## Myrteum. CAP. XXXVI.

**M**yrtei faciendi ratio hæc est: E myrto nigra syluestri, aut satua, foliorum mollissima quæque tusa premuntur: succo pares omphacini olei portiones adiunguntur, subiectisque carbonibus inferuescunt, donec concoquantur, innatans oleum deraditur. Sed longè facilior hæc compositio: Tenera folia contusa coquantur in oleo & aqua, & quod innatat extimitur. Priuatim alij deiecta in oleum folia in sole macerant: alij prius oleum inspissant malicorio, cupresso, cypiro & iunco odorato. Efficacius est amarum gustu & oleosum, viride, translucens, & dens myrtum. Adstringit & indurat, ideò medicamentis miscetur, quæ cicatricem obducunt: prodest viceribus in capite manantibus, ambustis igni; & papularum eruptionibus. Facit ad attrita & furfures, sedis rimas, condylomata, articulos laxatos, corporis sudores compescit, & omnia quæ adstrictionem inspissationemque desiderant.

## Laurinum. CAP. XXXVII.

**L**aurinum fit hoc modo: Lauri bacca cum maturæ sunt, in aqua coquantur: siquidem ex obduo cortice quandam pinguitudinem reddant, quæ manibus subacta concha excipitur. Alij omphacinum prius oleum cypiro, iunco odorato, & calamo inspissant, deinde tenera lauri folia

concoquant: alij etiam baccas, donec oleum odorem contraxerit, alij styracem & myrtam addunt. Optima laurus ad id latifolia & montana. Oleum laurinum vtilius quò recentius, quòque viridius colore amarissimum, & acre. Vis ei ex-calfactoria, emolliens: venarum spiracula aperit, lassitudines discutit, omnibus neruorum vitiis, algoribus, distillationibus, aurium doloribus, malis renum frigore contractis, illitum non aliud iuuantius: attamen potum nauseam parit.

Lentiscinum. CAP. XXXVIII.

**S**imilis lentiscini ratio. Nam è maturo fructu temperatur, factis prius spissamentis, vt in laurino diximus. Hoc scabiem iumentorum canumque sanat: vtilissimum pelsis, acopis, & leprarum medicamentis: sudores cohibet. Nec secus terebinthinum fieri solet, quod refrigerat & adstringit.

Mastichinum. CAP. XXXIX.

**M**astichinum è trita fit mastiche, quod contra omnia vuluæ mala efficax est: mediocriter calfacit, adstringit, & emollit. Aduersus prominentes stomachi duritias, coeliacorum, dysentericorumque cruciatus vtile: faciem emaculat, & colorem nitidum facit: optimum in Chio insula componitur.

Vnguentorum compositio. CAP. XL.

**D**E ratione vnguentorum consequenter tractandum existimauimus, quandoquidem ea in nonnullis corporum vitiis, aut medicamentis  
mista,

mista, aut corpori perfusa, aut naribus obiecta, plurimum profunt: in quorum probationibus consulere nares oportet, an ea oleant, ex quibus temperantur. Optimum huiuscemodi iudicium, quod in quibusdam planè obseruari non potest, propter ea quæ admiscentur odore cæteris præ-  
 uia: ut in amaracino & crocino, telino, & plerisque alijs, quæ crebra circa hæc meditatione experiri conueniunt.

## Rosaceum.

## CAP. XLI.

**R**osaceum sic fit: Iunci obrati quinque libras & bessem tundito, & subacta aqua in viginti olei libris & quincunce subinde macerando, coquito: dùmque percolaueris, in olei libris viginti & quincuncem, adicito rosas non maceratas numero mille, & manibus melle perunctis identidem moueto, interdum premens, finito nocte tota macerari, postea exprimito: & ubi recrementum pessumierit, mutato vase, in craterem melle illitum recondito. Cæterum rosas, quæ antea pressæ fuerunt, in labellam demittito, & affusis octo libris & quadrante spissati olei, iterum premito, eritque secundarium oleum. Quod si tertias usque, quartasve perfusiones infundens exprimere uoles, secundarium fiet, tertiarium, & quartarium uoguentum. Sed quoties id feceris, vasa melle oblini debent. Si uero secundam infusionem instituere libet, in expressum oleum, numero pari recentes rosas, nullo humore imbutas iniicito: manibus melle præmadefactis, agitantibus premito:

premito: & iterum, tertio aut quarto simili modo exprimens facito, totiesque recentis rosas detraxis vnguibz immittito: flet enim ita oleū multo validius: nam septies oleum rosarum infusionem admittit, nec amplius. Prælum melle perungatur, oleum à succo diligenter secerni oportet: nam si minimum quid relinquatur, vnguentum corrumpet. Alij autem detraxis vnguibz, rosas tantum oleo macerant, & iole hoc modo: Rosæ quæ selibram videntur, in sextario olei diebus o& madesunt, & vsque tertiam perfusionem quadraginta diebus insolantur, & sic oleum reco&itur. Alij calamo, aut aspalatho prius olei pissamenta faciunt. Alij coloris causa ap&alam admiscunt, & salem, quò minus oleat, & adstringendi & refrigerandi obtinet, somētis & cataplasmatibus vtile. Potum soluit aluum, stomachi ardorem restringit, vlcera caua replet & mulcet, quæ cacohēthe vocantur: vlcerebus in capite manantibus, atque feruidis eruptionibus illinitur: caput dolens eo perfunditur, dentes inter initia doloris collui prodest, ad genarum duritias illitum efficax est, ad læcessita interanea & concitatas vulvas utilissimè subiicitur.

Elatinom.

CAP. XLIII.

**F**Racta elate tusa & scarificata, in labellum deiicitur: omphacinum oleum triduo infunditur, mox per sportulam exprimitur: verum pares esse debent vtriusque portiones, dein mundo vase ad vsus reconditur. Viribus rosa-

ceo proportione respondet: alium tamen non mollit.

Melinum.

CAP. XLIV.

**M**elinum hoc modo temperatur: Olei congius decem aqua sextariis admiscetur. Adicitur elatæ palmarum fractæ quadrans, & iunci odorati vncia: quæ die vno macerata coquantur, mox in vas oris patuli oleum excolatur, & indita arundinacea crate, aut vetusta tegete, cotonea mala superponuntur, & vestimentis operata tantisper inibi resident, dum malorum vires ad se oleum alliciat. Alioqui cotonea, decem dierum spatio operimentis inuoluunt: vt contineatur odoris suauitas, nec euanescat: postea biduo macerate oleo exprimuntur, oleumque reconditur. Id vim refrigeratorem & adstringentem habet. Contra scabiosa vlcera, & quæ serpunt, ac furfures, perniunculósque effectum præbet: exulceratis vuluis infunditur, citatam vrinam sistit infusam, sudores cohibet, contra cantharidas, buprestim, pignorum crucas, bibitur. Laudatur maximè quòd cotonea mala olet.

Oenanthini compositio.

XLV.

**O**enanthe è labrusca, optimè olens postquam emarcuit, deiecta in omphacinum oleum monetur, voluiturque: & cùm biduo manserit, exprimitur, & reconditur. Adstringit proximum rosaceo effectū præbens: sed alium non resoluit, aut mollit. Probatissimum est, quod odore oenanthæ refert.

## Telini componendi ratio. XLVI.

**F**Oeni Græci libræ quinque, calami libra vna, cypiri libræ duæ, olei libris nouem, septenis diebus macerantur, quotidie ter mouentur, postea premuntur, & reponuntur. Aliqui pro calamo cardamomum substituunt, & cypiri loco xylobalsamum macerant. Alij oleo antea his odoribus spissato scenum Græcum macerantes exprimunt. Hoc telinum abscessus emollit, & concoquit, omnibus vuluarum duritiis magnopere conuenit, foeminis difficilè parientibus subiicitur, ubi præ excretis humoribus loci siccitatem contraxerunt, sedis inflammationes lenit, tenasmo subditum prodest, vlcera capitis manantia furfurésque expurgat, ambustis, & pernionibus addita cera proficit, vitia cutis in facie emendat, pigmentis ad conciliandum faciei nitorem inferitur. Eligi oportet recens, quod non vehementer foeni Græci odorem præferat, & manus abstergat, sapore ex dulci in amarum inclinato: tale enim optimum iudicatur.

## Sampsuchini compositio. CAP. XLVII.

**S**erpilli, cassiæ, abrotoni, florū sisymbrij, frondium myrti, sampsuchi singulæ portione, quadam pro viribus ipsorum coniectatione, vnà tunduntur, atque is omphacini olei modus adiicitur, qui madentium vires non euincat: hæc post quadriduum exprimantur. Denuò nona alia, simili mensura, & æquali tempore macerata premuntur: ita enim validius reddi solet. Eligi oportet

tet sampſuchum colore ex atro viridi, plurimum redolens, mediocriter acre. Vim habet acrem, calfactoriam, extenuantem, aduerſus vuluæ præcluſiones conuerſionéſque efficax eſt, menſes & ſecundas & partus extrahit, vuluæ ſtrangulatus recreat, lumborum inguinúmque dolores lenit: ſed cum melle vti eo præſtat, quandoquidem vehemēti adſtrictione locos indurat. Laſitudines illitum diſcutit, in opiſthonicorum, vulſorúmque cataplaſmata vtiliſſimè additur.

Ocimini compoſitio. CAP. XLVIII.

**O**Cimum oleum fit vt cyprinum: Ocimi folia decerpta librarum vndecim, & beſſis pondó, die noctúque viginti olei libris macerato, premito, colato: cumque exhauſeris quallum, ruruſus parem olei modum fundito, exprimito. Vocatur autem id ſecundarium: nam tertię perſuſionis non eſt capax. Déinde recens ocimū æ quali pondere, vt in roſaceo diximus, ruruſus maceratur, & cum tanto temporis ſpatio maduerit, exprimitur, & oleum reconditur: quod ſi in animo fuerit ter, aut quater madefacere, ſemper ocimum recens addes. Poſteſt ex omphacino confici: ſed illo modo melius. Idem quod ſampſuchinum poſteſt, ſed inefficaciuſ.

Abrotonini compoſitio. CAP. XLIX.

**O**Lei cyprini odoribus imbuti libris nouem & quincunce, foliorum abrotoni libras octo die noctúque madefactas premito. Quòd ſi in longa tempus oleum velis aſſeruari, eiectis priori-



bus foliis, noua appones, & macerata exprimes. Calfacit, ad vuluæ duritias præclusionesque effi-  
cax est, menstrua & secundas pellit.

Anethini compositio. CAP. L.

**O**lei libris octo & dodrante, florum anethi li-  
bras vndecim & bessem, maceratas in oleo die  
vna, manibus premito & recondito. Quod si ite-  
rum perfundere velis, recentes anethi flores con-  
similiter madefacito. Vuluarum duritias emol-  
lit, venarum spiracula laxat, contra horrores fe-  
brium circuitu redeuntes auxiliatur: calfacit  
enim, & lassitudines discutit: prodest articulo-  
rum doloribus.

Susinum. CAP. LI.

**S**usinum, quod alij liliū appellant, sic tempe-  
ratur: Olei libræ nouem cum quincunce, cala-  
mi libræ quinque & quadrans, myrrhæ vnciæ  
quinque, permisto odorifero vino decoquantur,  
& colato oleo, cardamomi tusi & cœlesti aqua  
madedacti libræ tres & semis macerantur, pre-  
munturque, tres libræ cum semisse spissati oleū  
assumuntur: mille lilia decerptis foliis, in latum,  
non tamen profundum, labellum demittuntur:  
iniecctum oleum, manibus melle perunctis agita-  
tur: die noctūque conquiescant, & in pyxidē ma-  
tutinis exprimuntur, quod defluet oleum, protin-  
nus ab aqua, quæ simul expressa fuerat, colo in-  
cerni oportet (non enim, vt rosaceum, moram to-  
lerat: nam concalfactum feruet & computrescit:  
quare sæpius decapulandum) vasa melle illinen-

da, tenuis sal inspargenda, & si qua sordes vasis faucibus hæsit, exiuvenda. Odoramentis iam expressis ex quo<sup>lilio</sup> in labellum transfusis, rursus olei pri<sup>o</sup> odoribus imbuendi, quod primum pondus æquet, & cardamomi tusi drachmæ decem coniiciuntur. Hæc manibus scitè pressa, interiecta brevi mora exprimuntur: quod profluit, repurgatur. Tertio eadem infunduntur, adiecto cardamomo, & sale, & manibus melle madefactis. Longè optimum erit, quod prius exprimitur: secundum, quod sequitur: tertium locum sibi vendicat, quod nonissimum prodit. Denuò in mille lilia euulsis foliis expressum primò oleum infunditur: tum eadem ratione proseguendum, idemque faciendum, vt prius, addito cardamomo, dein expresso: & quò frequentius recentia lilia maccraueris, eò validius vnguentum efficies. Denique cum factum abundè videlitur, singulis compositionibus miscere conuenit myrrhæ quàm optimæ duas & septuaginta drachmas, & croci decem, cardamomi quinque & septuaginta: croci verò & cinnamomi pares portiones tunduntur, & cribratæ in lutram cum aqua demittuntur, expressumque primò vnguentum infunditur: & paulò post excipiuntur vasculis siccis, myrrha aut gummi antea perfusa, & croco, melle & aqua madefactis. Eadem fiunt in altera aut tertia expressione. Aliqui simplex ex balanino, aliòve oleo, & liliis componunt. Optimum esse constat in Phœnice, mox Aegypto factum Sed cum primis laudatur quod lilia redolet. Excalfacis, emol-

## 42 DIOSCORIDIS

lit vuluæ præclusiones . & collectiones aperit, vtilissimum ad muliebria mala : vlcera in capite manantia, feruidas eruptiones, varicellæ, furfuræque emendat : vibices cicatricæque celerrimè ad colorem reducit, ita vt sæpe fallant. In summa extenuat, potum bilem per aluum extrahit, vrinam ciet: sed stomacho alienum est, & nauseam parit.

Narcissinum.

CAP. LII.

**N**arcissini olei spissamenta ita fiunt : Sex libræ aspalathi cum sextante tunduntur , olei eloti libræ septuaginta cum vincis quinque assumuntur. Aspalathus aqua madefactus in tertia olei parte coquitur: quo exempto, calamus quinque libris, & besse adiicitur , cum myrrhæ gleba contunditur, cribratâ que ac vino veteri odorato immista, decoquitur : simulac autem cum iis efferbuerit, eximitur: refrigeratum oleum excolatur, cuius portio in labellum mittitur, flores narcissi quàm plurimi coniiciuntur , qui bidui spatii (vt in susino dictum est ) permoti exprimuntur. Oleum subinde decapulandum, siquidem celerrime putredinem sentit. Valet hoc ad emolliendas vuluæ duritias, præclusionesque : sed capitis dolores facit.

Crocinum.

CAP. LIII.

**C**VM crocinum componere voles, prius olei, vt in susino diximus , spissamenta facies eisdem ponderibus , & mensuris : cuius olei libras treis & semissem, croci vnciam vnâ assumes, identidem quotidie moueto, & sexta die, quàm hoc

hoc assiduo peregeris, oleum à croco colis incernito, eidem croco parem olei modum adiecto, moue triduo, dein contusæ myrrhæ atque cribratæ drachmas quadraginta permisceto, & in pila agitatum recondito. Aliqui oleo aromatibus ad cyprinum imbuto in crocini compositione vtuntur. Optimum est, quod abundè crocum spirat, in medendi vsu expetitur. Proximum, quod myrrham refert. Calfacit, somnum allicit, quare persæpe phreniticis subuenit, perfusum, aut naribus admotum, aut illitum: pus mouet, vlcera purgat, contra vuluæ duritias atque præclusiones, & vlcera, quæ cacoëthe vocantur, prodest cum croco, cera, medulla, duplicato olei pondere. Concoquit enim, emolit, humectat; & permulcet: ad oculorum glaucitates ex aqua illinitur. Huic autem proportione respondent butyrium, onychinum & styracinum: quæ & si nominibus distant, viribus & compositione cognata sunt.

### Cyprini spissamentum. CAP. LIV.

Olei omphacini eloti pars vnâ; aquæ cœlestis tantundem cum semisse, cuius vna parte oleum diluitur, altera adiiciendis odoramentis admiscetur: dein assumptis aspalathi libris quinque, & semisse, calami libris sex, & semisse, myrrhæ libra vna, cardamomi libris tribus, & dodrante, olei libris nouem, & vnciis quinque. Aspalathus tusus, & aqua affusus decoquitur in oleo donec conferuescat: myrrha autem vino vetere odorifero

## 44 DIOSCORIDIS

odorifero subacta, contususque simul calamus, digeruntur in offulas, quæ exempto aspalatho immitantur & ubi efferbuerint, sublato aheno, oleum percollatur. Cardamomum tufum reliqua aqua aspersum infunditur, spatha agitatur, nulla, dum refrixerit, interpellatione. Post hæc colato oleo; in viginti octo libras olei, floris ligustri, quod cyprum vocant, sex & quadraginta libræ cum besse instillantur, quæ sufficienter madefactæ per sportulam exprimuntur. Quod si copiosius desideretur, idem recentium florum pondus iniectum simili modo prematur: & iterum aut tertio si quis velit, madefacere poterit, & ita reddetur efficacius. Eligi oportet bonum, quod cum odoris suauitate nares feriat. Aliqui cinnamomum addunt. Calfacit, emollit, ora venarum adaperit, vulnæ neruorumque vitiiis conuenit, plenriticis, fractis que per se vel cerato immitum: malagmatis imponi solet, quæ opisthotonicis, angina laborantibus, inflammationique inguinum opitulatur: item in acopa adiicitur.

## Irii spissamentum.

## CAP. LV.

Spathæ quàm minorissimè contusæ sex libras cum besse, in tribus & septuaginta libris & quincunce olei, ereo vase, additis decem aquæ hæminis incoquito, quoad odorem acceperit: postea in capulam melle oblitam colato: ex eo aromatibus imbuto oleo, irinum primo temperatur, iride ex oleo inspissato maserata, vt scripsimus.

Sed alia est componendi ratio: In olei septuaginta libris & quincunce, xylobalsami ( vt dictum est ) contusi, libras quinque & sextantem excoquito, postea detracto xylobalsamo nouem libras & dextantem adiiçito, & myrthæ glebam vetere vino odorato perfusam, & in olei ita odoribus imbuti quatuordecim libris, totidem tusæ iridis, binis diebus ac noctibus madefacito, strenuè & vehementer distringito. Quòd, si vis validius fieri, par pondus iterum ab tertio similiter maccratum exprimito. Longè optimum est, quod solum irin olet, quale est in Perga Pamphylæ, & Lide Achaïæ natum. Vim habet calfactoriam atque emollientem, crustas adimit, sordida vlcera & putrida purgat: confert fœminis vuluæ caufariis: item inflammationibus eiusdem atque præclusionibus, partus eiicit, hæmorrhoidas recludit, contra aurium sonitus ex aceto, ruta & amariscibus, prodest: diuturnis destillationibus, naribus illitum, & contra graucolentia earum vlcera, quas oxænas vocant, auxiliatur: aluum purgat cyathus epotus, facit ad ilei cruciatus, vrinam mouet, difficileis vomitiones adiuuat, perunctis eo digitis & immisis, vel iis quæ ad vomitum ciendum induntur: anginae etiam illinitur, aut ex aqua mulsa gargarizatur: item contra arteriæ scabritiam: datur etiam iis, qui cicutæ imcoriandrum, aut venena fungorum hauserunt.

Gleucinum.

CAP. LVI.

Gleucinum absolutè constat omphacino oleo  
iuuaco

iunco odorato, calamo, celtica nardo, spatha, aspá-  
latho, fertula campana, Costo, & musto: circunda-  
tis interim vinaceis vasi, quod aromata, vinum  
& oleum conceperat. Tricenis diebus, bis in die  
mouetur, postea expressum oleum reconditur.  
Calfacit, emollit, remittit: horroribus & neruo-  
rum vuluæque vitis auxiliatur, omni acopo iu-  
uantius, quippe quòd emolliat.

## Amaracinum.

## CAP. LVII.

**A**Maracinum longè optimum in Cyzico fieri  
solet ex omphacino & balanino: spissamentis  
è xylobalsamo, iunco odorato, & calamo factis,  
conditisque amaraci, costi, amomi, nardi, casisæ,  
carpo balsami & myrrhæ odoribus. Aliqui, quò  
pretiosius fiat, cinnamomum addunt. Mel autem  
& vinum assumuntur: hoc in vasorum illitio-  
nem, illud ad cogendas tusorum aromatum of-  
fas. Amaracinum calfacit, soporem mouet, vena-  
rum spiracula aperit, emollit, feruorem excitat,  
vrinam cit, putrilaginibus ac fistulis per quam  
vtile: nec non humentibus herniis, postquam me-  
dica manus operam suam impenderit: crustas, &  
tetra vlcera, quæ theriomata vocant, rumpit: dif-  
ficili vrinæ, illitâ sede, & eius inflammationibus  
auxiliatur: hêmorrhoidas illitu soluit, vuluæ sub-  
ditum menstruos cursus euocat, duritiâs ac vul-  
uæ tumores discutit, vulneratis neruis, & muscu-  
lis confert, laneo centuculo modicè madefactum  
& impositum.

Megalinum.

CAP. LVIII.

**F**aitabatur olim megalinum, sed nunc compositio exoleuit, & prorsus oblitterata est. Cuius ad historiæ complementum meminisse non fuit alienum. Mistura cum amaracino eadem erat, sed resina exuperabat, hac tantum ratione differens. Quare leniter emollit. Resina vnguentis, neque tutelæ neque voluptatis gratia adiicitur, sed coloris crassamentique causa. Ea tantisper coquitur, dum desinat olere: cuius coquendæ ratio declarabitur, dum de resina differemus.

Hedychroum.

CAP. LIX.

**Q**uod hedycroon vocant, in Co fieri solet: eisdem præditum viribus & misturis, quibus amaracinum, sed suavius spirat.

Metopium.

LX.

**F**IT in Aegypto vnguentum, quod metopion patrio nomine appellatur, propter galbanæ mistionem: nam lignum, in quo galbanum nascitur, metopion vocant. Constat amaris nucibus, omphacino oleo, cardamomo, odorato iunco, calamo, melle, vino, myrrha, balsamifemine, galbano & resina. Probatum pingue, grani odore, quod magis cardamomum & myrrham, quam galbanum respiciat. Calfacit vehementer, & adurit, atque extrahit, ora venarum aperit, ulcera purgat, extrahitque: ad præcisos nervos, & musculos, ad hernias humore contractas, cum erodentibus medicamentis efficax est: ceratis & malagmatis inseritur, horroribus, conuulsisque præ-

D

sertim



fertim quibus ceruix in scapulas deiecta, & retrorsum contracta est, vtile habetur: sudores ciet, vuluæ spiracula recludit, & eiusdem duritias laxat: in summa, molliendi naturam habet.

Mendesium. CAP. LXI.

**M**endesium constat balanino oleo, myrrha, casia, & resina. Aliqui tamen post singulorum pondera, cinnamomi exiguum addunt, nullo compendio: nam quæ simul excocta non fuere, vim nullam exhibent. Similem metopio vim obtinet, sed inferiorem multò.

Stactæ. CAP. LXII.

**S**tactæ vocatur pinguitudo recentis myrrhæ cum exigua aqua rosæ, & organo expressæ. Ea perquam odorata, ac pretiosa est: atque vnguentum per se facit, quod stactæ nominatur. Maximè probatur, quæ nullam olei mistionem admisit, cuius minima portio compos est virium plurimarum. Vim calfactoriam myrrhæ & calidis vnguentis respondentem habet.

Cinnamominum. CAP. LXIII.

**C**innamominum confit è balanino oleo, & xylobalcami, calami, iunci odorati spissamentis, atque cinnamomi, & seminis balsamini suauitate conditur, quadruplâque myrrhæ ad cinnamominum portione, mel ad cogenda omnia adiicitur. Laudatur non acre, molli odore, planè myrrham redolens, crassum, odoratû, gustu perquam amaro. Id non à resina, sed myrrha crassitudinem obtinuit: resina enim neque amaritudinem præbet,

bet, neque ullam odoris gratiam adiicit. Vim habet admodum acrem, amaram, & calfacientem. Itaque ora venarum aperit, calfacit, discutit, diffundit, humores & spiritus attrahit, caput aggrauat, contra vuluæ vitia cum duplo oleo, cera, & medulla efficax est. Ita enim ferè multum acrimoniæ exolefcit, & quædam emolliendi vis contrahitur: alioqui adurit, & præ omnibus crassis vnguentis indurat. Facit mirum in modum ad fistulas & vlcera, quæ putredinis vitium fenferunt: item ad hernias humidiores, carbunculos, febriam horrores, tremores, gangrænâsque cum cardamomo: aduersus serpentium morfus illinitur scorpionum & phalangiorum ictibus cum tritis grossis imponitur.

## Nardinum.

## CAP. LXIV.

**R**atio nardini faciendi euariat. Nam aut ma labathrino folio, aut sine eo fit: plerumque autem balanino oleo, aut omphacino, iuncus odoratus spiffamenti gratia adiicitur: sicuti propter odoris suauitatem, costus, amomum, nardum, myrrha, balsamum. Laudatur, tenue, non acre, nardi aridæ aut amomi odorem referens. Vis ei extenuans, acris, expurgat, excalfacit, absterget humores, rarefacit. Hoc liquidum est, nec habet strigmenti crassitudinem, nisi resinam recipiat. Fit etiam simplex ex omphacino oleo, iunco, calamo, costo & nardo.

50 DIOSCORIDIS  
 Malabathrinum. CAP. LXV.

**M**alabathrinum spiffamenta nardini habet, insuper myrrhæ plusculum additur: qua de causa calfacit, crocino aut amaracino viribus respondens.

Iasminum. CAP. LXVI.

**A**puđ Persas fit, quod iasminum cognominatur, ex albis floribus violæ: quorum sextans in Italicum sextarium sesamini olei demittitur, violis, vt in lilino diximus, vicissim permutatis. Apud Persas inter epulandam vsurpatur odoris causa. Nam toti corpori conuenit, præsertim eum in balneas descensum est. Sed his opitulatur corporibus, quæ calfactionem, laxationemque desiderant: grauius enim spirat, quàm vt libenter à plerisque recipiatur.

Myrrha. CAP. LVII.

**M**Yrrha lacryma est arboris, quæ in Arabia gignitur. Aegyptiæ spinæ non dissimilis: è cuius vulnere defluit lacryma in subiectas tegetes, alia circum caudicem conerescit. Dicitur ex his aliqua pediasimos præpinguis, qua expressa, stacte emittitur. Alia gabirea pinguis, læto & pingui solo nascens, ea copiosam sudat stactē. Omnium prima est, quæ Troglodytica appellatur, accepto cognomine à loco, in quo prouenit: splendens, subuiridis, ac mordens. Quinetiam legitur tenuis quædam, quæ à Troglodytica secanda est, bdellij modo mollis, verum odore grauiuscula, apriscis nascens. Alia caucalis cognominatur,

natur, præter modum exoleta, nigra, & retorrida. Omnium deterrima, quæ ergastima dicitur, pingui carens, cano situ obducta, acris: ad gummi imaginem vergens, & vitibus eius proxima. Improbatur aminnea cognomine. Ex iis pastilli fiunt, sed è pinguibus pingues, & odorati: è sicioribus handquaquam pingues, & inodorati, minus odore pollet, quæ oleum non admittit, cum in pastillos digerebatur: adulteratur macerato gummi aqua, in qua myrrha maduerit. Eligenda est recens, squallore obsita, leuis, vndique concolor, quæ contracta venas vnguium modo candidas & læues ostēdat, minutis glebis, amara, acris, odorata, calfaciens: superuacua & inutilis est ponderosa, coloris piceæ. Calfacit, cohibet, soporem gignit, glutinat, siccatur, adstringit, vuluam emollit, & præclusam aperit: mentes & partus celeriter extrahit, cum absynthio, lupinorum cremore, vel succo rutæ admota: tuberculo fabæ deuoratur in vetere tussi, orthopnoea, in laterum pectorisque doloribus, in alui profluuio, & dysenteria: horrores discutit, duabus horis ante febriū accessiones, fabæ magnitudine pota cum pipere & aqua: subdita linguæ liquatæque, scabritiem arteriæ expolit: obtusam vocem expedit, ventris tineas enecat, contra grauem oris halitum manditur, & aduersus alarum tædia cum liquido alumine illinitur: gingiuas & dentes stabilit, coluto cum vino & oleo ore: vulnera capitis illit glutinat, medetur fractis auribus ac ossibus nudatis, peruncta cum cochleæ carnibus. Item puru-

lentis auribus inflammatisque cum meconio, castorio, & glaucio: ad varos autem cum calsia & melle illinitur, impetigines ex aceto purgat, defluentes capillos cum ladano & vino myrteo illita, firmat: diuturnas destillationes lenit, illitis pinna naribus: oculorum vlcera complet, albugines tollit, caliginem descutit, scabritiem laeuigat. Fit è myrrha, perinde atque thure, fliigo, & vt postea ostendemus, ad eadē conueniens. Bœotica myrrha, dissecta radix est arboris cuiusdam in Bœotia nascentis. Melior est, quæ myrrham odoris suauitate repræsentat. Vis ei calfactoria inest, emollit discutitque suffimentis commodissimè inferitur.

Styrax.

CAP. LXVIII.

STyrax lacryma est arboris malo cotoneæ similis. Præfertur fordescens, flauus, resinofus, albicantibus grumis, quam plurimum in sua odoris gratia permanens: qui dum mollitur, melleū liquorem reddit: qualis è Cataballis, Pissidia, & Cilicia deuehitur. Deterior niger, furfurosus, friabilis, canoque situ obductus. Cæterum lacryma inuenitur gummiū similitudine, perlucida, & myrrhæ æmula: verum per pauca manat. Adulteratur ligni scobe, quam vermiculi erodentes excusserunt, melle, & iridis sedimento, & quibusdam aliis. Alij ceram aut adipem odoribus imbutum, flagrantissimis solibus cum styrace subigunt, & per laxa cribri foramina in frigida aqua veluti vermiculos exprimant, venundantque: styracem

styracem hunc [quoniam in vermiculorum specie-  
 ciem contrahatur] scolecitem cognominant, tan-  
 quam syncerū imperiti approbant, non animadu-  
 uertentes ad præcipuam odoris fragantiam: liqui-  
 dem acer admodum est, qui adulterationis vitio  
 caret. Styrax calcificat, emollit, & concoquit: me-  
 detur tussi, destillationibus, ræcedini, grauedini,  
 & interceptæ voci: vuluæ præclusæ duritiæ ve la-  
 boranti conuenit, cit menses potu appositūque,  
 aluum leuiter mollit, si exiguum cum resina te-  
 rebinthina catopotij modo deuoretur. Miscetur  
 vtiliter discutientibus malagmatis, acopis que.  
 A doletur autem & igni torretur, vt fiat ex eo,  
 veluti ex thure, fuligo, ad eadem conueniens ad  
 quæ thuris fuligo. Ex eo etiam in Syria styraci-  
 num oleum componitur, quod calcificat vehemen-  
 ter, & emollit: verūm caput dolore afficit, adgrua-  
 natque, & soporem adfert.

## Bdellium.

## CAP. LXIX.

**B**Delliū alij bolchon appellant, alij madelcon:  
 lacryma est saracenicæ arboris. Probatu-  
 r gustu amarum, translucidum, taurini glutinis in-  
 morem intus pingue, liquefcens facilè, ligni ac  
 fordis expers, suffitu odoratum, vngui simile. Est  
 etiamnum bdellij genus sordidum, nigrum, vbe-  
 rioribus glebulis in offas conuolutum, aspalathi  
 odore, ex India aduectum. Defertur etiam a Pe-  
 tra oppido siccum, resinofum, liuescens, sed fa-  
 cultate secundum. Adalteratur gummi, sed ita  
 vitiatum non perinde gustui amaritudinem re-

præsentat, nec vsque ad eò suffitionibus odorata-  
 rum. Calfacit & emollit, duritias, & turgentia  
 guttura, humidâsque hernias discutit, cum ieiuna  
 saliuâ dilutum: vuluæ spiracula laxat apposi-  
 tu & suffitis, & partus humiditatésque omneis  
 extrahit, calculos potu comminuit, vrinam mo-  
 uet, tussientibus & à serpente percussis, vtilissi-  
 mè datur: valet ad .upta, vulsa, laterum dolores,  
 & discursantes spiritus: malagmatis inseritur,  
 quæ contra duritias & neruotum nodos pro-  
 sunt? contusum resoluitur affuso vino, aut aqua  
 calida.

Thus.

CAP. LXX.

**T**Hus in ea gignitur Arabia, quæ thurifera co-  
 gnominatur. Primatum tenet in eo gene-  
 re masculum, stagonias appellatum, suapte natu-  
 ra rotundum: tale autem indiuiduum est, candi-  
 dum, cum frangitur, intus pingvæ, in suffitu sta-  
 tim ardens. Indicum verò fuluescit, & colore li-  
 uet, sed rotundum industria factitant: nam in qua-  
 drangulares formas dissectum fictilibus versant,  
 donec rotunditatem contrahat: verum huiusmo-  
 di thus tempore flavescit, quod atomum aut sya-  
 gram appellant. Secundum locum habet Arabi-  
 cum, & in Smilo nascens, quod aliqui copiscum  
 vocant, minus multò & fuluis. Est & genus aliud,  
 cui amomitæ cognomen est, alioqui candidum:  
 quod dum mollitur, mastiches more digitis ce-  
 dit Adulteratur in itinere, pini resina & gummi,  
 quod facile deprehendi potest: siquidem suffitum  
 gummi

gummi, quod faciliè deprehendi potest: siquidem  
 suffitum gummi flammam non eiaculatur, & re-  
 sina in fumum euanescit, thus verò statim ardet,  
 idem maleficium odor prodit. Ad calcificandum  
 & adstringendum pollet, oculorum caliginem  
 discutit, caua vlcera complet, & ad cicatricē per-  
 ducit, cruenta vulnera glutinat, infrænátque cū-  
 ctas sanguinis eruptiones, etiam si cerebri mem-  
 branis effluat: vlcera, quæ cacoëthe vocantur, &  
 sedis & reliquarum partium permulcet tritum  
 cum eo & lacte linamentum, formicantes verru-  
 cas inter initia, impetiginésque, ex aceto & pice  
 illitum, tollit: ambusta igni, pernionésque cum  
 suillo adipe, aut anserino, & vlcera in capite ma-  
 nantia cum nitro si infricetur, sanat: paronychiis  
 cum melle, auribus fractis cum pisce, medetur:  
 ad reliquos aurium dolores cum dulci vino in-  
 funditur, inflammatae à partu mammae cum ci-  
 molia & rosaceo magna utilitate perunguntur,  
 additur ad arteriæ viscerumque medicamenta,  
 prodest sanguinis excreationi potum: sed in se-  
 cunda valetudine haustum insaniam mouet, &  
 largius cum vino potum interficit. In fictili mū-  
 do thus crematur, flagrante glebula succensum  
 à lucerna, donec exuratur post perfectam vstio-  
 nem operire oportet, vsque dum restinguatur:  
 sic enim in cineres non redigitur. Aliqui ollam  
 æneo vase cauo circa medium perforato cin-  
 gunt ad excipiendum fulginem, vt in eius men-  
 tione mox ostendemus. Alij crudo fictili lato  
 oblito, & in fornacem indito, cremant. Fictili



etiam nono viuacibus prunis torretur, dum non amplius bullet, aut pinguitudinem vaporémve emittat: facillè enim comminuitur: quod perustum non est.

Thuris cortex. CAP. LXXI.

**P**Ræfertur thuris cortex crassus, pinguis, odoratus, recens, læuis, minimè scaber, sine membranis. Adulteratur admisto pini aut nucis eius cortice, sed horum index ignis est: siquidem reliqui cortices suffati nequaquam incenduntur, sed sine odore fumum eructant: thuris verò cortex ardet, & cum odoris fragantia vaporem eiaculatur. Thuris modo vritur, & vis eadem quæ thuri, sed validior adstringentiórque. Quare potu cruentis excreationibus, vuluis fluxione laborantibus in pefso confert: ad cicatrices oculorum, & caua fordésque efficax est, tostus scabris lippitudinibus auxiliatur.

Maona thuris. CAP. LXXII.

**M**Anna thuris probatur candore, micarū frequentia, & puritate. Vim habet eandem quæ & thus, sed inualidiusculam. Sunt qui cribrata pini resina, ac polline, aut cortice thuris contusi adulterant: sed hæc igne deprehenduntur. Neque enim æquè suffitu aëriam vaporem, sed fuliginosum & impurum expuit, & permistum sua uolentia halitus virus habet.

Thuris fuligo. CAP. LXXIII.

**F**uliginem thuris sic facito: Forcipicula, lucernis accensas singulatim thuris glebas, in no-

nam

nam fistulam ollam concauam imposito: & arce  
 vase in medio perforato, deterfa diligenter for-  
 de, obtegito: alteram admoeto, ex altera eius  
 parte aut vtraque, fubiectis quaternum digito-  
 rum altitudine lapillis, quò facilius perfpici queat,  
 fi vrantur: & quò locus capax fuerit, glebula  
 alias fupponito, & antea quam prorfus prior gle-  
 ba reftinguatur, aliam imposito, donec fufficien-  
 tem fuliginem videaris coëgiffe. Continuo ta-  
 men externæ æramenti partes fpongia, aqua fri-  
 gida madefacta, abftergantur: ita enim tempera-  
 to æris feruore, fuligo omnis inhærebit: quæ alio-  
 qui per leuitatem decidua, thuris cineribus ad-  
 mifcetur. Derafa itaque fuligine, cinis cremati  
 thuris feorfum fubtrahendus eft. Idem opus,  
 quoad fatisfactum tibi videbitur, obeudum. Ocu-  
 lorum inflammationes mitigat, fluxiones fufpen-  
 dit, vlcera purgat, caua explet, carcinomata fiftit.  
 Simili modo è myrra, refina, ftyrace, reliquisque  
 lacrymis, fuligo excipitur, ad eadem conueniens.

Picea & Pinus. CAP. LXXIV.

**P**INUS & PICEA generi eidem adfcribuntur, fed  
 quandam flagitant fpecierum diftinctionem,  
 arbores vulgò cognitæ: quarum cortex adftrin-  
 git, prodeft tritus & illitus intertrigini, vlceri-  
 bus fumum corpus occupantibus, ambuffisque,  
 cum fpuma argenti & manna. Vlcerata delicatulo-  
 rum acrimoniam recufantium, cerato myrtino  
 exceptus, ad cicatricem perducit: tritus cum fa-  
 torie atramento ferpentina cohibet, fuffitu partus

## 58 DIOSCORIDIS

& secundas eiicit, potus aluum sistit, vrinam mouet. Folia eorum tria & illita inflammationes leniunt, vulnera ab inflammatione vindicant, trita autem & decocta in aceto, feruenti collutione, dentium dolores mulcent: hepaticis vtilia sunt, drachmæ pondere in oua aut malsa pota. Pineæ nucis cortex & folia potu idem præstant. Teda earum particulatim secta si in aceto coquatur, & decocto dens colluatur, dolores leuat. Ex his etiã fit spatha acoporum pectorumque compositionibus idonea. Quinetiam earum crematarum fuligo ad librarij atramenti confectionem excipitur: ea circumlitionibus efficacissimè imponitur, quibus palpebras ornant, colorémque mentiuntur, callibrephara Græci vocant: arrosis oculorum angulis, callofis glabrisque genis, & collaetrymationibus opitulatur. Pityides appellantur pinorum piceæque fructus, qui in conis inveniuntur. Vim adstrictoriam habent, & aliquantum excalfacientem: tussi & pectoris vitiis auxiliantur, per se, aut ex melle sumpti. Nuces pineæ cum strobili repurgatæ mandantur, aut cum passo, aut cucumeris semine bibantur, vrinam cient: acrimonias in renibus & vesica hebetant, stomachi rosiones leniunt: datæ cum portulacæ succo, virium infirmitatem roborant, corruptorū quoque humorum labem obtundunt. Pineæ nuces integræ recenter arboribus decepta in passo franguntur, & decoctæ vetustæ tussi ac tabitudini conferunt, si quotidie ex eo liquore terni cyathi bibantur.

Lentiscus.

CAP. LXXV.

**L**entiscus nota arbor est, cui toti vis inest adstringendi: semini enim, folio, ramo, cortici, radicibusque, cognatæ insunt vires. Liquamentum autem ita fieri solet: Folia, cortex & radix in aqua coquuntur, & vbi abundè cocta refrigeratæque sunt, folia abiiciuntur: aqua denuò coquitur, donec mellis habeat crassitudinem. Lentiscus sua adstringendi dote, valet aduersus sanguinis reiectiones, alui profluvia & dyssenterias in potu. Item contra eruptionem sanguinis è vulua, & eiusdem aut sedis procidentia. In totum acaciæ & hypocistidis vicem repræsentat. Idem facit succus è tritis foliis. Decoctum fota caua explet, & fracta ossa ferruminat, vuluæ fluxiones sistit, nomas arcet, urinam pellit, motus dentium collutione stabilit. Virentes sarculi calamulorū vice dentibus repurgandis affricantur. Fit è semine oleum, quod prodest, cūm quid adstringi opus est. Lentiscus resinam gignit, quæ lentiscina cognominatur, & ab aliquibus, mastiche. Potu utilis est sanguinem reiicientibus, & tussi veteri: stomacho auxiliatur, sed ructum mouet. Additur indentificia & illitiones faciei, ad nitorem cuti conciliandam. Palpebras oculis incommodas replicat, manducata halitum oris commendat, gingiuas contrahit. Optima & copiosissima in insula Chio prouenit. Præfertur [ nitedulæ modo ] resplendescens, & candore Tyrrenicæ ceræ similis, adulta, retorrída, friabilis, odorata, stridorem;

fridorem edens. Viridis autem inferior est. Adulteratur thuris, resinæque pinæ nucis mistura.

Terebinthus. CAP. LXXVI.

**T**erebinthus cognita arbor est, cuius folia, & semen, & cortex adstringunt, & ad eadem ad lentiscus conueniunt, simili parata modo sumptaque. Fructus esui aptus est, sed stomacho aduersatur: excalfacit, urinam mouet, venerem excitat, contra phalangiorum morsus conuenienter in vino bibitur. Resina eius ex Arabia Petraea defertur. Prouenit etiam in Iudæa, Syria, Cypro, Africa & Cycladibus insulis: sed præualet candida, perlucida, vitreo colore, & in cæruleū vergente, odorata, terebinthum olens. Terebinthina resinas omneis antecedit: proxima lentiscina, & è pinu, & abiete: has sequitur è picea & pineis nucibus resina. Natura omnibus calfacere, molliere, discutere, expurgare. Tussi ac tabi conueniunt per se, aut in eclegmate ex melle, vitia pectoris expurgant, urinam ciēt, cruda concoquūt, ventrem emolliunt, palpebras commodissimè replicant, lepras tollūt, cū ærugine ac sutorio atramento, nitroque: auribus sanie emanantibus cū melle & oleo, item in pruritu genitalium vtilis: malagmatis, acopisq̄ue admiscetur. Laterum doloribus per se, illitu & appositu auxilio sunt.

Resinæ aliæ. CAP. LXXVII.

**I**quida resina è pinu & picea, à Gallia & Hetruria conuehi solet, atque olim à Colophone petebatur: hinc Colophonix sibi cognomen tum yendi-

vendicauit. A Gallia quoque subalpina : quam  
 vernaculo nomine laricem appellant incolæ. Ea  
 in linctâ, & per se, magnopere prodest tussi ve-  
 teri. Colore inter se distant : siquidem alia candi-  
 da est, alia oleosa, alia mellei liquoris similitudi-  
 ne, vt larigna. Cupressus etiam liquidam fundit  
 resinam, quæ ad eadem pollet. Quæ verò arida-  
 rum generi adscribuntur, quædam ex pincis nu-  
 cibus, aliæ abiete, aliæ picea & pinu exierunt.  
 Eligi debet longè omnium odoratissima, tran-  
 slucens, non retorrída, neque diluta, quandam ce-  
 ræ faciem præbens, & friabilis. E picea & abiete  
 resinæ cæteras antecedunt : odoratæ enim sunt,  
 atque thus odore imitantur. Præstantiores à Pi-  
 tyusa insula deferuntur, quæ secundum Hispani-  
 am sita est. Sed quæ è picea, nucibus pincis &  
 cupresso manarunt, nihil ad illas, nec tantis viri-  
 bus potiuntur. Veruntamen eorundem gratia,  
 quorum & illæ sumi solent. Lentiscina terebin-  
 thinæ respondet. Vritur resina omnis liquida in  
 vase quadruplæ capacitatis ad humorem, qui in-  
 funditur : itaque resinæ congius, in duobus aquæ  
 pluuiæ coquitur, subiectis leuibus prunis, resina  
 assiduè mouetur, donec omnis odor aboleatur,  
 & friabilis & retorrída reddatur, ac digitis ce-  
 dat. Cæterùm vli refrixit, in fistile non pica-  
 tum, quod aconitum vocant, id est non illitum,  
 reconditur. Fiet etiam eximij candoris, si resina  
 omnis eliquata præcoletur, quò faculenta sordes  
 excernatur. Vrantur quoque sine aqua, primùm  
 lento igne : & ybi coire cœperunt, maior car-  
 bonum

bonum strues supponitur, & triduo citra inter-  
 missionem discoquuntur vsque dum, antedictas  
 naturæ suæ notas exuerint: mox, vt dictum est,  
 reponuntur. Aridas vnus diei spatio decoxisse  
 satis est. Vstæ odoratis malagmatibus, & acopis,  
 & vnguentorum colorationibus magnopere vti-  
 les sunt. E resina périnde atque thure fuligo ex-  
 cipitur, ad circunlitiones idonea: quibus palpe-  
 bras fucant, & colorem mentiuntur. Prodest gla-  
 bris genis, collacrymationibus, erosisque oculo-  
 rum angulis: ex ea fit atramentum scriptorium.

Pix liquida. CAP. LXXVIII.

**P**IX liquida, quam alij conũ vocant, e pinguis-  
 simis pini piceæque lignis congregatur. Opti-  
 ma est splendens, sincera, læuis. Contra venena,  
 phtisim, purulentam excreationem, tusses, suspi-  
 ria, & pectoris humores, qui difficilè extalsiun-  
 tur, efficax est, eclegmate cyathi mensura cum  
 melle dato. Tonsillarum & vuæ inflammationes,  
 anginaeque utiliter perunguntur: purulentis au-  
 ribus infunditur cum rosaceo, & illinitur cum  
 trito sale serpentium morsibus adiecta verò pari-  
 cere scabros vngues extricat, impetiginesque  
 emendat: vuluæ duritias, ac sedis tubercula dis-  
 cutit: cum farinaque hordeacea & pueri impubi,  
 vrina decocta, strumas rumpit: cohibet vlceras  
 quæ serpunt, cum pineo cortice, aut sulphure,  
 aut furfuribus illita. Cæterùm cum thuris man-  
 na & cerato profundos vlcerum sinus conglati-  
 nat, rimis sedis & pedum, magno auxilio illi-  
 nitur:

nitur : vlcera replet, & cum melle purgat : quin & cum vna passa, & melle carbunculos, & putrida vlcera emarginat, disrumpitque : erodentibus medicamentis, quas septas vocant, probè immiscetur.

Picinum oleum. CAP. LXXIX.

**E**Pice fit quod pisselæon appellant, separato liquore aquoso, qui supernatat pici, sicut serum lacti. Nam expansa, quamdiu pix coquitur, supra cortinam vellera pura madescunt, acceptoque halitu eius exprimuntur in vas. Quas pix liquida præbet utilitates, alopecias capillo replet cum farina hordeacea illitum, quibus & liquida pix medetur, iumentorū vlcera scabiémque emendat.

Fuligo liquidæ picis. CAP. LXXX.

**F**IT hoc modo è liquida pice fuligo: In lucerna noua, quæ ellychnium habeat, nonnihil picis incendito, lucernamque fictili vase in clibani speciem conformato, superius in angustum fornicato, inferius perforato, vt clibani esse solent, operito, & adoleri finito: consumptoque liquore nouum infundito, quoad sufficientem vsui fuliginem collegeris. Vis ei adstringens, acrisque. Vsui est ad pigmenta, quibus palpebras linunt & venustant, & ad circunlitiones. Itè vbi glabris genis pilos restitui oportet, ad imbecilles lacrymososque oculos, insuper ad corundè vlcera nõ inutilis est.

Pix arida. CAP. LXXXI.

**L**iquida pix decocta in spissam coit, quam vocant aliqui palimpissam; quo in genere quædam



dam visci modo lentescit, boscas cognominata al-  
tera sicca est. Probatum pura, pinguis, odorata,  
subrufa, resinosa. Talis Brutia & Licya, picis resi-  
næque simul naturam habentes. Calfactoriã vim  
habet: dura emollit, pus mouet, tubercula pan-  
nõique discutit, vlcera replet, vulnerariis medi-  
caminibus commodè permiscetur.

Zopiffa.

CAP. LXXXII.

**Z**Opiffam aliqui aiunt de rasam nauibus resinã  
cum cera, quam alij apochyma appellant. Ea  
dissipandi naturam habet: quoniam marino sale  
macerata sit. Alij pineam resinam hoc nomine  
vocauerunt.

Bitumen.

CAP. LXXXIII.

**B**itumen Indicum cæteris anteponitur. Cuius  
probatio est, vt purpuræ modo splendeat, sit-  
que ponderosum, ac validum odorem vibret. Ni-  
gram autem & sordidum, vitiosum est. Adulter-  
ratur pice. Gignitur in Phœnice, Babylone, Za-  
cyntho, & Sidone. Liquidum inuenitur in Aca-  
gantino Siciliae, fontibus innatans, quo vtuntur  
ad lucernarum lumina, olei vice. Hallucinantur,  
qui id Sicilicum oleum nominant: namque liqui-  
di bituminis genus esse constat.

Pissasphaltum.

CAP. LXXXIV.

**N**ascitur in Apolloniatarum agro circa Epi-  
daurum, quæ pissasphaltos appellatur. Ea Ce-  
rauniis montibus deuoluta, impetu fluminis rapi-  
tur, æstuque in litus expuitur, illic coacta in gle-  
bas, mistam bitumini picem redolet.

Naphtha.

## Naphtha. CAP. LXXXV.

**N**aphtam vocant Babylonij, bituminis colamen, colore candidam: inuenitur etiam nigrum. Vis ei ignium rapax, ita vt ex spatio protinus in eam transfiliant. Ad suffusiones oculorum, & albugines utilis. Bitumen omne discutit, glutinat, emollit, ab inflammatione tuctur, vuluarum procidentia, strangulationesque olfactu, suffitu, imposito emendat: comitiales morbos suffitum deprehendit, gagatæ lapidis more: purgationes mulierum cum vino, & castorio potû elicit, tussim veterem & anhelitum adiuuat, serpentium moribus, coxendicum laterumque doloribus auxiliatur, datur cœliacis in catapotio deuorandum, cum aceto potum discutit sanguinem concretum, dysentericis cû ptisana liquatum infunditur, destillationibus suffitione medetur, mitigat dentiû dolores oblitum: cæterum pilos incommodos siccum replicat, specillo impositum: concalsactum autem, & cû farina hordeacea, nitro & cera illitum, podagris, articulorum doloribus, lethargicisque prodest. Pissasphaltoseadem, quæ pix & bitumen, si misceantur, potest.

## Cupressus. CAP. LXXXVI.

**C**upressus refrigerat, & adstringit. Cuius folia ex passo, & exiguo myrrhæ pota, vesicæ rheumatismis, & vrinæ difficultati auxiliantur. Pilulæ autem ex vino tussæ in dysenteria, alui fluxione, tussi, & orthopnoea, aut si reiciatur sanguis, conuenientissimè bibuntur: earum deco-

Etum eadem præbet effectus: tusæ cum fico duritias emolliunt, nariumque polypo medentur: in aceto coctæ, & cum lupinis detritæ scabros vngues eiiciunt, hernias intestinorum prolapsu erumpentes illitu reprimunt. Folia eadem præstant. Pilulæ cum arboris coma suffitæ, culices abigere existimantur. Folia trita & imposita, vulnera conglutinant: sanguinem supprimunt. capillum ex aceto tingunt, illinuntur per se, aut cū polenta ignibus sacris, vlceribus, quæ serpunt, carbunculis & oculorum inflammationibus, ad-mota cum cerato stomachum corroborant.

Iuniperus. CAP. LXXXVII.

**I**uniperi genera duo: altera maior, altera minor: utraque acris est. Excalfacit, & urinam mouet: accensa serpentes fugat. Baccarum nonnullæ nucis iuglandis magnitudine, nonnunquam grandescere, aliæ nucem Ponticam æquare inueniuntur: rotundæ, odoratæ, in mandendo dulces, subamaræ, quæ arceuthides etiam, id est, baccae iuniperi nominantur. Modicè calfaciunt, & adstringunt: stomacho vtilis: cōtra pectoris vitia, tussim, inflationes, tormina, & serpentium ictus efficacissimè bibuntur: urinam cient, vnde ruptis, conuulsis, & vultuæ strangulatu subueniunt. Folia acrimoniam habent: ideò tam ipsa, quàm eorū succus, ex vino contra viperarum morsus illini aut bibi prodest. Corticis cinis cum aqua illitus, lepras eximit. Ramenta ligni deuorata interficiunt.

Herba

## Herba Sabina. CAP. LXXXVIII.

SABINA duorum generum est. Vna foliis cupressifolii similis, spinis horridior, grauer olens, acris & feruens: arbor est coactæ breuitatis, quæ sese magis in latitudinem fundit: huius foliis nonnulli pro suffitu vtuntur. Altera tamarici folio similis est. Vtriusque folia nomas sistunt, collectiones illitu mitigant, & cum melle nigritias sordesque repurgant, carbunculos cum vino potarumpunt, sanguinem per vrinam eliciunt, partus apposita extrahunt, & suffitu idem præstant, vnguentis calfacientibus immiscentur, & priuatim gleucino.

## Cedrus. CAP. LXXXIX.

CEDRUS arbor magna est, ex qua picem colligunt, quæ cedria vocatur: iuniperi modo baccas parit, baccarum myrti magnitudine, rotundas. Cedria optima est crassa, perlucida, grauis odoris: quæ dum effunditur, guttatim non dissipata coit. Cui ea vis inest vt defuncta corpora conseruet, & viuientia corrumpat: qua ex causa mortuorum vitam aliqui appellauerunt. Vestimenta quoque, & pelles eximia calfaciendi & siccandi dote, corrumpit: magni ad ocularia medicamentum vsus, quippe illita oculis claritatem affert, albugines cicatricisque detergit: instillata autem cum aceto vermes aurium necat, cum hyssopi decocto infusa sonitus sibilosque sedat, cauis dentium indita eos frangit, & dolores leuat. Idem facit cum ex aceto colluitur: peruncto ante coitum

tum genitali abortiuum fieri constat: anginae ea perunguntur, tonsillarum inflammationibus auxilio est, lentes pediculosque illitu enecat, cerastae moribus cum sale imposita subuenit, contra hausta leporis marini venena, in passio sumpta, auxiliatur: in elephantia, aut linctu, aut perunctione proficit: pulmonum ulcera purgat: et si cyathus eius sorbeatur, persanat: vermes & tineas subter indita necat, & partus extrahit. Fit & oleum, à cedria separatum, dum coquitur, velleribus supra halitum eius expansis, ut in pice. Eiusdem ad omnia usus: priuatim vehementer perunctum scabiem quadrupedum, canum, bouumque personat: inhaerentes ricinos enecat, ulcera quae ex tonsura acceperunt, ad cicatrices perducit. Cedrides cedri fructus vocantur. Calfactoriam vim habent, stomacho aduersantur, auxilio sunt tussi, conuulsis, ruptis, stranguriae: menses eiunt, ex polline piperis potit: contra haustum leporem marinum in vino sumuntur, serpentes fugantur, peruncto ex adipe ceruino aut medulla, corpore: in antidota adduntur. Fuliginem, quo modo ex pice, congeri oportet, quae eandem, quam picea fuligo vim praebet.

## Laurus.

## CAP. XC.

**L**Aurus quaedam tenui folio constat, altera latiore. Vtraque ex calfactoriam naturam habet, & emollientem. Vnde decoctum earum in muliebres infessus additum, vulvae & vesicae vitiis conuenit. Virentia folia sensim substrigunt: illita quoque

quoque ac trita vesparum apiūmque ictibus opitulantur, eadem cū polenta & pane illita inflammationem omnem mitigant, sed pota stomachum effundūt & vomitiones mouent. Lauribaccę magis, quā folia calfaciunt: ergo in eclegmate tritę cum melle vel passo profunt tibi, ortophncę, & omnibus thoracis rheumatismis: contra scorpionum ictus ex vino bibuntur, vtiligines emaculant. Succus baccarū vtilissimè aurium dolori; & grauitati instillatur, cum vino vetere, & rosa-cco. In medicamenta autem adiciuntur, qua nervorum lassitudines reficiunt, acopa vocant: & ad vnguenta, quę calfaciunt, & discutiant. Cortex radicis calculos rumpit, partus necat, hepaticis prodest, tribus obolis in vino odorato potus.

## Platanus.

## CAP. XCI.

**T**ENERRIMA platani folia in vino decocta, mor illita, oculorum fluxiones sistunt, tumores & inflammationes leuant. Decoctus cortex in aceto, dentes in dolore colluit. Virides pilulę in vino potę, serpentium moribus auxiliantur: exceptę autem adipe, igni ambusta sanant incidens foliorum pilularūmque lanugo, oculos & aures offendit.

## Fraxinus.

## CAP. XCII.

**F**RAXINUS arbor nota est, cuius soliorū succus, & ipsa peruncta, aut ex vino pota, viperarum ictibus auxiliantur. Corticis cinis ex aqua illitus lepras eximit. Ligni ramenta, scobemque potu perniciem asferre tradunt.

**P**orus albæ populi cortex vnciæ vnus ponderē, ischiadicis ac vrinæ stillicido prodest: Abortiuum fieri tradunt, si cum mulino rene bibatur. Folia quoque cum vino post purgationes pota, idem præstare produntur. Tepens foliorum succus vtiliter aurium dolori instillatur. Pilulæ, quæ primo foliorum partu exiliant, illitæ cum melle, oculorum hebetudini medentur. Memoriae prodiderunt corticem albæ populi, & nigræ particulatim cæsum, & sulcis stercoreatis mandatum, omni tempore anni edules fungos proferre. Populi nigræ folia cum aceto illita, magna vtilitate podagricis doloribus illinuntur. Resinam populus fundit, quæ in malagmata additur. Semen potum ex aceto comitialibus vtile est. Lacrymã populorum commemorant, quæ in Padum amnẽ defluit, durari, ac coire in succinum, quod electrum vocant, alij chrysoforum. Id attritu iucundum odorem spirat, & aerum colore imitatur: tritum potumque stomachi ventrisque fluxiones sistit.

**M**Acer ex Barbaria aduehitur, cortex flauescens, crassus, gustu perquam adstringens: qui contra cruentas excreationes, dysenterias, & alui fluxiones bibitur.

**V**Lmi & folia & cortex & rami, vim habent spissandi. Folia trita ex aceto ad lepras efficaciter

ter illinuntur, vulnera glutinant, sed multò magis corticis tilia, si fasciæ loco intorqueatur: nam in lori morem flecti potest. Crassior cortex in vino aut aqua frigida vnciatim potus, pituitas trahit: fracta ossa celerius solidescunt, si decocto foliorum, corticis aut radicis foveantur. Humor in folliculis enascens prima germinis eruptione, cuti illitus nitorem inducit, faciémque splendidiorem præstat. Qui dum siccat, in animalia abit, quæ culicum formam gerunt. Folia cum tenerescunt cocta, olerum more ad obsonia vsurpantur.

## Lignorum marcor. CAP. XCVI.

**E**X caudicibus lignisque veteribus caries congeritur, quæ farinæ modo illita, vlcera purgat, & ad cicatricem perducit: serpentia cohibet, si cum pari aniso & vino subacta, linteisque imposta illinatur.

## Harundo. CAP. XCVII.

**I**N harundinum genere quædam nastos, id est, farctior, vocatur, ex qua sagittæ factitari solent. Alia scœmina, qua tibiæ ligulas efficiunt. Alia quod fistulis addicta sit, syringias: cui multum inest carnis, crebris cincta geniculis, ad librorum conscriptionem accommodata. Alia crassa, concava, apud amnes nascens: quæ à quibusdam cypria, ab aliis donax appellatur. Alia phragmites seu vallatoria, gracilis, candicans, vulgò cognita: cuius trita radix per se, aut cum bulbis suis illita, spicula, aculeosque corpore extrahit, luxata, lum-



borumque dolores cum aceto mulcet : virentia folia tusa & imposita ignibus sacris medentur, & cæteris inflammationibus. Corticis cinere perunctæ cum aceto alopecie sanantur, pan-  
 læ lanugo, si aures intrauerit, exfurdatur. Eundem effectum implet harundo quæ cypria dicitur.

## Papyrus.

## CAP. XCVIII.

**P**apyrus, quæ chartæ fiunt, nullis non cognita, præcipuæ in medicina utilitatis, ad laxandas fistulas : madefacta lino inuoluitur, vsque dum inaruerit : constricta enim atque immissa in hiatum, humore completur, & intumescendo fistulas aperit. Habet nescio quid alimenti radix : itaque Aegyptij eam mandunt, succum tantum deuorantes, & mansam expuunt. Iphis radicibus pro ligno vtuntur. Crematæ papyri cinis depascentia vlcera cum omnium partium, tum oris maximè, cohibet : verum melius id combusta charta præstat.

## Myrica.

## CAP. XCIX.

**M**Yrica seu tamarix arbor vulgè cognita est, cum apud pigras & stagnantes aquas enascatur, fructum quasi florem ferens compage muscosum. Aegyptus Syriæque alteram gignunt mitiorem, tyuestri cætera similem. Fructum parit gallæ proximam, inæqualiter adstringentem gustu : quo conuenienter vtimur vice gallæ in medicaminibus oculorum orisque. Datur cruentæ excretioni in potu, & cæliacis, & con-

tra

tra profluua foeminarum, regium morbum, & phalangiorum morfus: illitus tumores inhibet. Cortex in eisdem vsus adhibetur. Decoctum foliorum cum vino potu, lienem absumit: ad dolorem dentium in collutionibus salutare, & mulieribus fluxioni vulvae opportunis in defessio- nibus, phthiriasi lendibusque circūfusum prodest, abundantiam foeminarum sistit impositus arboris cinis, potorios calices è caudice lienosis mo- liuntur, quò datus in his potus proficiat.

## Erica. CAP. C.

**E**Rica fruticosa arbor, myricæ similis, longè minor: cuius flore apes reprobam melesficiunt, tam flos quàm coma serpentium iectibus illitu medetur.

## Acacalis. CAP. CI.

**A**cacalis fructus est nascentis in Aegypto fruticis, seminis myricæ quadamtenus simili- nis: cuius aqua, in qua maderit, ad collyria additur, quæ ad excitandam oculorum aciem con- veniunt.

## Rhamnus. CAP. CII.

**R**hamnus fruticat in sepibus, ramos ferens re- ctos & aculeos in acutæ spinæ modum, foliis parvis, oblongis, subpinguibus, teneris. Alteram ei genus candidius. Tertiū nigrioribus latioribusq; foliis constat, & quadamtenus rubentibus: cuius rami quinam ferè cubitorū longitudinē implēt, spinosiores quidem, sed infirmioribus minusque rigentibus aculeis. Fructum edit latū, candidum, tenuem,

tenuem, follicularij specie, verticillo similem. Omnium folia igni sacro, & serpentibus vlceribus, efficaciter illinuntur. Fama est ramos huius valuis fenestrisve impositos, veneficia depellere.

Halimus.

CAP. CIII.

**H**alimus frutex est sepimentis idoneus, similis rhamno, sine spinis, foliis oleæ, sed latioribus: nascitur in sepibus & maritimis. Folia decoquantur ciborum gratia. Radix, conuulsa, rupta; torminæque mitigat, drachmæ pondere in aqua mulsa pota: eadem lactis vbertatem facit.

Paliurus.

CAP. CIV.

**P**aliurus frutex cognoscitur aculeatus, durus, cuius semen pingue & fuliginosum inuenitur: quod potum tussi opitulatur, vesicæ calculos comminuit, serpentium ictibus aduersatur. Folia & radix adstrictoriam vim habent: quorum decoctum potu aluum sistit, vrinam trahit, contra venena & serpentium morsus auxiliatur. Radix recentia tubercula, tumoresque omnes discutit, trita & imposita.

Acuta spina.

CAP. CV.

**A**cuta spina, quam pyrinam aut pityanten aliqui vocant, arbor est pyraastro similis, spinosa valde & minor, baccas profert myrti, plenas, rubras, fragiles, & intus nucleum: radicem multifidam, altè descendentem. Huius baccae potu aut cibo, alui profluvium, & abundantiam foeminae sistunt. Radix illita aculeos & spicula extrahit,  
abortum

abortum fieri tradunt, si ter radice venter, aut sensim feriat, aut perungatur.

Rubus canis. CAP. CVI.

**R**utex est arboris instar, rubo longè maior: folia fert multò latiora myrto, robustis circa ramos spinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo oliuæ simili, qui per maturitatem fuluescit, & flocculos intus continet. Fructus exemptes interioribus floccis arefactus, aluum sistit: seruefacti enim ij in vino, mox poti, arteriam infestant.

Ligustrum. CAP. CVII.

**L**igustrum arbor est oleæ foliis circum ramos similibus, latioribus, mollioribus, & colore viridioribus: flore candido, muscoso, odorato: semine sambuci, nigro. Optimum nascitur in Canope & Ascalone. Folia adstrictoriam vim habent: quare commanducata vlceribus oris medentur, illita feruidis inflammationibus, carbunculisque profunt, decocto eorundem igni ambusta fouentur, capillum rufant trita folia, quæ in radiculae succo maduerint. Flos ex aceto fronti illitus, capitis dolorem sedat. Cyprinum oleum quod ex eo fit odoratum, excalfacit, emollitque nervos: si quæ feruenti natura prædita sint, assumat.

Tilia. CAP. CVIII.

**T**ilia arbor est ligustri magnitudine, foliis oleæ, nigrioribus & latioribus, fructu lentiseci, nigro, subdulci, racematim, cohærente, asperis nascitur. Huius folia adstringunt: ad eadem vtilia  
ad

ad quæ oleaster, cum adstrigione est opus: maxime ad oris vlcera, commanducata, aut si decoctio colluantur: pota urinam ac menses cient.

Cistus. CAP. CIX.

**C**istus, quem aliqui citharon, aut cissaron vocant, ramosus frutex est, sed improcerus, foliosus, saxosis locis nascens folij rotundis, acerbis, hirsutis: flos masculo vt mali punicæ, fœminæ albet. Vis adstringens: vnde flores in vino austero bis in die poti, profunt dysentericis, & nomas per se illiti cohibent: vetustati vlcerum, & igni ambustis cum cerato medentur. Hypocistis, orchethron, aut cytinus à nonnullis cognominata, iuxta cisti radices nascitur, floris punici similitudine. Quædam rufa, altera herbacea, tertia candida. Liguatur acaciæ modo: Aliqui tamen exiccant, fractamque macerant, & incoquant, reliquaque vt in lycio prosequuntur. Vires acaciæ habet, verum aliquantò magis siccatur, & adstringit. Prodest dysentericis, cœliacis, sanguinem exerantibus: fœminarum profluvio & pora & indita.

Ladanum. CAP. CX.

**E**ST & alterum cisti genus, ledon à nonnullis appellatum, frutex simili modo nascens, longioribus foliis & nigrioribus: quæ verno tempore quiddam contrahunt pingue. Foliorum vis adstringens, ac eisdem, quos cistus, effectus præbens. Fit ex eo quod ladanum dicitur. Siquidem cum cisti frondes pascuntur capræ, hirci que, pinguita-

guitudinem conspicuè barba carpunt, & suo lentore villosis cruribus adhærescentem reportant: quam depectentes incolæ, colantésque cogunt in offas, & ita recondunt. Alij verò attractis funiculis, insidentem fruticibus lentorem abstergūt, conglomerantque in ladanum. Maximè probatur odoratum, subuiride, facilè mollescens, pingue, quod arenas non collegit, nec squallore oblitum est, resinofum, quale in Cypro gignitur. Arabicam verò Libycumque vilius. Natura ei spissandi, calfaciendi, mollinendi: ora venarum patefacit, capillam fluentem continet, addito vino, myrrha, & myrteo oleo: cicatricibus decorem reddit, cum vino illitum: medetur aurium doloribus, cū hydromelite aut rosaceo infusum: suffitu secundas eiicit, pessis immistū vuluæ duritiem sanat, in medicamenta quæ dolorē tussimque finiūt, & malagmata vtiliter inseritur: aluum sistit cum vino vetere potum, & vrinam ciet.

## Ebenus.

## CAP. CXI.

**E**Benus optima habetur Aethiopica & nigra, nullos habens venarum discursus, factitij cornus læuore cum frangitur densa apparet, mordens gustus, atque leniter adstringens. Suffitur iucundo odore supra carbones, sine fumi tædio. Recens autē ad ignē probata, ob pinguitudinē accenditur, & trita ad cotē rufescit. Altera est Indica, internatis segmentis candicantibus, & modicè fuluis item frequentibus maculis: cæterum prior, bonitate antecedit. Apud quosdam sesamina, aut  
spinea

spinea ligna consimilia pro ebena veniunt: quod discernitur ex eo, quod fungosa sunt, & in purpureas assulas resolvuntur, nihil mordacitatis in gustu, nec redolentiæ in suffitu præferentia. Caliginem oculorum absterget, ad veteres destillationes pustulasque mirum in modum pollet: si quispiam facta ex eo coticula collyriis utatur, melius proficiet. Ad oculorum medicamenta efficacax est, si scobes ramentave vino Chio die noctuque macerata, in collyria digerantur. Nonnulli præterita ipsa excolant, reliquaque eundem in modum peragunt. Alij pro vino aqua utuntur. Vritur in fictili nouo, donec in carbones redigatur. Lauatur plumbi vsti modo, & ita siccis scabrisque lippitudinibus conducit.

## Rosa

## CAP: CXII.

**R**osa refrigerat & adstringit, sed sicca multo magis. Succus recentibus foliis exprimitur, defectis forfice vnguibus ( sic appellantur candidæ foliorum partes ) reliquum in pila premi & teri debet in umbra, donec cogatur, & ita ad oculorum circumlitiones recondi. Siccantur etiamnum folia rosarum, continuo versata, ne muceant, neve stus in iis infideat. Aridis rosis & in vino decoctis expressus liquor, facit ad dolores capitis, aurium, oculorum, gingiuarum, sedis recti intestini æc vuluæ, pinna illitus aut infusus. Eadem sine expressione tusa, præcordiorum inflammationibus, humidis stomachi vitiis, igni sacro illini prodest, siccis ac tritis femina asperguntur. Misceri

fceri solent vulnerariis antidotis, atque compositionibus, quas antheras vocant. Folia vruntur in calliblephara. Flos, qui in mediis rosis inuenitur, siccatuſ, gingiuarum fluxionibus efficaciter inſpergitur. Capita pota citam aluum, & cruentas reſtiones ſiſtunt.

Rosei paſtilli. CAP. CXIII.

**P**Aſtilli, quos rhodides vocant, hac ratione conficiuntur: Roſarum viridium, quæ nullo antea humore madefactæ extabuerint, drachmæ quadraginta, Indicæ nardi drachmæ decem, myrrhæ drachmæ ſex, tritæ digeruntur in paſtillos, qui trium obolorum pondus æquent: ſiccantur in umbra, in ſicili non picato, atque obturato recôduntur. Alij adiciunt coſti drachmas duas, iridis. Illyricæ totidem, & vinum Chium cum melle miſcent. Mulieribus monilium vice collo circumdato uſui ſunt, ad retundendum graue ſudoris virus. Tritis etiam vtuntur ad illitiones & diapaſmata, quæ fiunt ad ſudores coërcendos, ita vt à balneis inareſcant corpora, dein frigida aqua abluantur.

Lycium. CAP. CXIV.

**L**ycium, quod aliqui pyxacanthan vocant, arbor eſt ſpinofa, ramis trium cubitorum, aut longioribus: foliis buxi, denſis: fructu piperis, nigro, læui, amaro, denſoque: cortice pallido, non diſſimili lycio madefacto: radicibus multis, obliquis, lignoſis. Naſcitur plurimam in Cappadocia, Lycia, & plerifque alijs locis. Aspera loca amat.



Succi extrahendi ratio hæc est: Rami cum radiculis tusi, & antè per multos dies inacerati, coquantur, tum abiectis lignis itidem liquor, donec mellis crassitudo fiat. Ad alteratur id lycium, adiecta decoctioni amurca, aut absynthij succo, aut felle bubulo. Innatans spuma inter coquendum exempta, oculorum medicamentis additur: reliquo ad alia vtuntur. Simili modo fit lycium, semine expresso & insolato. Optimum, quod vri potest, restinctumque rubentem spumam ostendit, glebis extrinsecus nigris, intus, cum fregeris, rufis, odore minimè viroso, cum amaritudine adstringens, crocino colore (cuiusmodi Indicum est) cæteris præstantius atque efficiacius. Lycium adstringit, caliginem oculorum discutit, genarum scabiem, pruritus, veteresque fluxiones sanat: facit ad purulentas aureis, exulceratas gingiuas, tonsillas, labiorum fissuras, sedis rimas, attritumque illitum: coeliacis, dysentericis, potum inditumque conuenit: datur sanguinem excreantibus & tussi, ex aqua: contra rabiosi canis morsus in catapotio deuoratur, aut in aqua bibitur: flauo facit pilos: reduit, vlceribus, quæ serpūt aut putrent, medetur: foeminarum profluvia appositum sistit: rabiosorum iutibus ex melle potum aut, vice catapotij deuoratum, auxiliatur. Tradunt Indicum fieri lycium, ex frutice lonchitide appellato: ea spinarum generi adscribitur ramos rectos habens ternum cubitorum longitudine maioresve, rubo crassiores, à radice numerosos. Fractus cortex rubescit, folia olei similia.

Herba in aceto decocta proditur lienis inflammationibus, & regio morbo mederi, & foeminarum purgationes elicere. Aſſeuerant etiam crudam in potu, eodem effecto, præſtare, Semem cyatho dimidio potam, pituitam expurgare: venenis quoque auxilio eſſe.

Acacia.

CAP. CXV.

**A** Cacia in Aegypto nascitur ſpina inſtar arboris, fraticola non ſe in rectum atrollens. Florem habet candidum, & ſemen lupino ſimile in folliculis, ex quo ſuccus expreſſus ſiccatur in umbra, niger ex maturo ſemine, ſubruſus ex viridi. Eligatur modicè ruſus & odoratus, vt in hac arbore eſſe poteſt. Aliqui exprimunt ex foliis & ſemine ſuccum, Manat & gummi ex ea ſpina. Viſci ad ſpiſſandum, refrigerandumque efficax. Succus oculorū medicamentis vtilis: valet ad ignem ſacrum, vlcera quæ ſerpunt, p. rñiones, pterygia, & oris vlcera: procidentes oculos reprimi, menſium abundantiam ſiſtit, procidua vuluam cohibet: citam aluum ſupprimi, aut potus aut ſubter inditus: capillos denigrat. Lauatur oculorum medicamentis, trito in aqua, mox effuſo quod concreuerat, donec pura extet aqua: & ita cogitur in paſtillos. Vritur etiam in cruda fidelia, donec ſiſtile fornacibus percoquatur: torreturque in carbonum halitu perflata. Spinæ decoctum ſolatos artus ſotu committit. Præfertur eius ſpinæ gummi quod in vermiculorū ſpeciem contrahatur, & vitri modo perluceat, ligni

expers: proximum est candidum: sordidum verò ac resinofum inutile. Cutis meatus obstruit, & medicamentorum, quibus admiscetur, acrimoniã hebetat, ambustis ex onno illitum, pustulas non patitur erumpere, Alterũ acaciæ genus in Capadocia Pontóque prouenit. Aegyptiæ spinæ similitudine, lōgè minus, tenerius, humile: aculeorũ vallo munitur, folia habens rutæ. Semen lentacula minus fert autumnò, in localis connexis, ternũ quaternũve capacibus. Succus eius adstringit, viribus inferior, & ocularibus medicamentis inutilis.

## Vitex.

## CAP. CXVI.

**V**itex sine lygos frutex est in arborem assurgens, nascitur in fluminum ripis, asperisque locis, ac torrentium alueis: ramos gerit longos, fructu peruiacates: folia oliuæ: sed molliora. Duo genera eius, vna harum album florem mittit cum purpureo: altera tantũ purpureum, & semen, vt piper. Excalfactorias vires habet, & adstrictorias. Semen eius potum venenatis icibus, aquæ, quæ cutem subiit, lienosisque auxiliatur: lac euocat, menses ciet, drachmæ pondere in vino potũ: geniturã exoluit, caput tentat & soporem affert. Decoctum herbæ & seminis in desefsione, mulieribus vuluæ malo opportunis opitulatur, item inflammationibus: purgationes mouet semẽ cum pulegio potum, etiam suffitu vel appositu: capites dolorem dissoluit illitum, instillatur cum aceto & oleo capiti in lethargo & phrenitide. Folia suffitu

luffita aut substratu fugant venenata illita quoque serpentium morfibus auxiliantur : testium duritias cum butyro & foliis vitium emolliunt : rimas sedis semen cum aqua illitum mitigat , & cum foliis medetur luxatis, vulneribusque. Virgam qui manu teneat dum iter facit, negatur intertriginem sentire. Agnum, quasi dicas castum, vocant Græci, quoniam matrone in thesmophoriis Atheniensium castitatem custodientes, foliis huius cubit sibi sternunt : & lygon quasi vimen, propter inuictam ferè ramorum flexilitatem.

Salix.

CAP. CXVII.

SALIX vulgò nota est: cuius semen, folia, cortex & succus spissandi vim habent. Trita folia cum exiguo pipere & vino pota, ileosis subueniunt: sumpta per se & cum aqua præstant mulieribus ne concipiant. Salignem semen in potu sanguinem expuentibus prodest : cortex eisdem præbet effectus. Corticis cinis admisto aceto maceratus, illitu clauos & callos tolit. Ex foliis & cortice succus cum rosaceo in calice panici calfactus, aurium doloribus auxiliatur. Decocto eorum podagras foueri vtilissimum : furfures purgat in corpore. Excipitur succus, qui manat ex ea cum floret, exciso cortice: in plaga enim concretus humor inuenitur, qui ad purganda, quæ obstant oculis suam vim præbet.

Syluestris olea.

CAP. CXVIII.

Syluestris olea, quam Latini oleastrum appellant, alij Aethiopicam oliuam, folia adstrin-

gunt: trita autem & imposita ignem sacrum, vl-  
 cera, quæ serpunt, epinyctidas, carbunculos, redu-  
 vias nomasque cohibent: crustas emarginant cu n  
 melle illita. Quinetiam sordida vlcera repurgat:  
 inflammationes panosque cum melle imposita  
 discutunt: cutem à capite vullam cong utinant:  
 oris vlceribus, & priuatim infantium, comman-  
 ducata medentur. Succus & decoctum eisdem  
 habent effectus: sanguinis eruptiones, ac mulie-  
 bre profluuiū, ad motus succus inhibet: vna ocu-  
 lorum, pustulisque prodest: vlcera & veteres de-  
 fluxiones sistit, (quapropter in collyria additur)  
 ad genarum erosiones perquam utilis. Exprimi-  
 tur succus tuis foliis, affuso vino aut aqua, sicca-  
 tusque sole in pastillos digeritur: sed longè vali-  
 dior ad recondendum succus habetur, qui cum  
 vino quam cum aqua expressus est. Auribus sub-  
 uenit, siue vlcerentur, siue pus effluat. Folia con-  
 uenienter coeliacis cum farina hordacea illinun-  
 tur: vruntur cum floribus folia, vt spodij vicem  
 cinis præstet, in cruda olla, oblito ore luto vsque  
 dum figlium percoquatur: restinctaque vino &  
 rursus subacta, eodem modo vruntur, postremò  
 cerussæ modo elota coguntur in p stillos. Huius-  
 cemodi cinerem in medicamentis oculorū constat  
 spodio non cedere, sed eisdem viribus præditum  
 esse putandum est. Foliarum satiuæ olea eadem  
 vis intelligitur, sed aliquantò inferior: vnde ocu-  
 laribus medicamentis ob suam mitiorem vim cō-  
 uenientior est. Sudor ligno virenti accenso ma-  
 nans, illitu sanat lichenas, furfures & scabiem.

Oleagi-

Oleaginum semen illitum medetur furfuribus, & vlceribus quæ depascunt vorantque quod autem intra nucleum est, ex adipe & farina scabros vngues excutit. Colymbades tritæ & ambustis illitæ postulas gigni prohibent, sordida vlcera purgant, muriæ succus collutas gingiuas contrahit, & motus dentium firmat. Oliua flaua & recens stomacho vtilior est, ventri difficilis: nigra autem & matura corruptioni opportuna est, stomacho aduersatur, oculis non conuenit, capitis dolorem mouet, arefacta illitu depascentia vlcera sistit, & carbunculos emarginat. Oleum syluestris oliuæ gingiuis putri vligine laborantibus colluitur, dentium mobilitates stabilizat, calfacti foris gingiuis fluxione laborantibus vtilis est, lanam enim specillo circumligatam oleo madefacere oportet, & gingiuis admouere, donec albæ spectentur.

Lacryma Aethiopicæ oleæ.

CAP. CXIX.

**L**acryma, quam Aethiopica olea stillat, scammonio similis quadamtenus est, fulua, stillis exilibus constans, mordax: quæ autem ammoniaci, aut gummi similitudinem refert, colore nigricans, nec gustu mordens, superuacua est. Nostrates oleæ, oleastrisque, similem lacrymam sudant, quæ commodè ad oculorum hebetudines illinitur: cicatrices albuginæque illitu emendat, vrinam & menses ciet, cauis dentium impressa ad dolores efficax est: inter venena scribitur: par-

tus pellit, lepras & impetigines sanat. Appellatur autem Aethiopica & agrestis olea.

Amurca.

CAP. CXX.

**A**murca ( expressæ oliuæ recrementum ) decocta in cupreo vase ad crassitudinem mellis adstringit, cæteros præbens lycij effectus. Insuper dentium dolori & vulneribus, cum aceto, vino aut mulsio commodè illinitur: additur in medicamenta ocularia, & meatibus inductu suo obstruentia. Vetustate meliorem fieri constat. Utiliter infunditur sedis, genitalium, ac vuluæ exulcerationi. Si verò cum omphacino recoquatur ad mellis crassitudinem, cariosos dentes extrahit: iumentorum scabiem cum decocto lupini, & chamaeleonte illita sanat. Cruda & recenti amurca podagras articulariosque dolores foueri, vtilissimum: peruncta in villosa pelle, & hydropicis imposita tumoris molem reprimit.

Quercus, glans, fagus, ilex.

CAP. CXXI.

**Q**uercus omnis adstrictoriam vim habet, præsertim liber, qui cortici & ligno intercedit: quin etiam tunica putamini glandis, subiecta. Decoctum ex iis datur dysentericis, coeliacis, sanguinem excreantibus. Trita in pesto, foeminis fluxione vuluæ laborantibus subiicitur. Glandes eisdem effectus exhibent: urinam ciunt, capitis dolorem & flatus in cibum sumptæ pariunt, resistunt esitatae venenatorum ictibus. Decoctum earum & corticis cum lacte vaccino potû, prod-

est.

est contra toxica: intritæ crudæ, inflammationes illitu leniunt: ad duritias, quas cacoethæ vocant, & malefica vlcera cum falsa axangia conueniunt. Iligneæ glandes viribus quernas antecellunt. Fagus & ilex quercus generi assignantur, & consimile munus obeunt. Iligneæ radicis cortex cum aqua coctus, cum molitus intabescat, & tota nocte illitus, denigrat capillos, prius cimolia terra purgatos. Folia omnium tusa & trita tumoribus profunt, & imbecillas membrorum partes corroborant.

## Castanæ.

## CAP. CXXII.

Sardianæ glandes, quas aliqui castaneas, aut loppima, aut glandes Ionis appellant, adstringunt, similisque effectus præbent: præsertim tunica quæ carnem & corticem media intercurfat. Caro his, qui ephemerum biberunt, conueniens est.

## Galla.

## CAP. CXXIII.

Galla fructus est quercus. Aliqua omphacitis appellatur, parua quidem, sed tuberosa, solida, nullo foramine peruia. Altera plana, leuis, perforata. Eligi debet omphacitis, quæ efficacior est. Vtriusque vis vehementer adstringere. Tritæ excresecentia in carne, fluxiones gingiuarum & vuæ, atque oris vlcerationem cohibent. Nucleus, dentium cauernis inditus dolorem sedat. Crematæ carbonibus, donec igne flagrent, & vino aut aceto aut acida muria extinctæ, sanguinem supprimunt. Decoctum, quibus insidere expedit, ef-



ficax est, & contra vulvas procedentes fluxionésque. Capillos denigrant, aceto aut aqua macerata, dysentericis coeliacisque cum vino aut aqua tritæ conuenienter illinuntur, aut bibuntur: obsoniis addi debent, aut integræ in aqua præconqui, in qua non nihil excoquendum est, quod his affectibus conferat. In summa, his vtendum ad adstringenda, aut siccanda quæ opus sunt.

Rhus.

CAP. CXXIII.

**R**HUS quæ obsoniis aspergitur, ab aliquibus erythros appellata, semen est coriarij fruticis, sic vocati, quoniam coriorum infectores cotantur, ad inspissandas pelles. Arbuscula in petris nascens, binum ferè cubitorum altitudine, foliis oblongis, sabrabentibus, in ambitu serratis acino vuarum gracilium denso, magnitudine terebinthi, quadamtenus lato: cuius corticosa tunica perquam utilis est. Folia vim habent adstringendi, & acaciæ effectus præbent. Decoctum capillos denigrat, dysentericis infunditur, & in potus eorum ineffusque adiicitur: instillatur auribus purulentis. Gangrænas & pterygia cohibent folia ex aceto aut melle illita. Liqueamentum fit ex aridis foliis, ad crassitudinem mellis in aqua decoctis, ad eadem, vt lycium, conueniens. Semen eisdem effectus exhibet: coeliacorum, dysentericorumque obsoniis inspergitur: fracta, desquamata, liuidaque illitum ex aqua, ab inflammatione vindicat: linguæ asperitates cum melle abstergit, candida scemi narum profluvia sistit, hæ-  
morrhoidas

morrhoidas sanat, cum querno carbone intrito admotū. Aqua, in qua semen maduit, decocta, cogitur coitq, efficacior iplo semine. Gūmi defert, quod dētiū cauis imprimitur, ad dolores finiēdos.

Palma.

CAP. CXXV.

**P**ALMA in Aegypto gignitur. Ea medio maturitatis vigore, autumnō decerpi solet, Arabici myrobalani similis, pomatis cognomine, colore viridi, & odore mali cotonei: quod si ad maturitatem peruenire sinatur phœnicobalanus fiet. Palma acerba est & adstringens: contra alui fœminarūmq, profluua, in vino austero bibitur: hēorrhoidas sistit, vulnera glutinat illitu. Phœnicobalani recentes plus siccis adstringunt, capitū do' orem afferunt, copiosiores in cibo inebriāt, sicciores sanguinem excreantibus, stomachicis, & dysentericis vtilēs in cibo: illinuntur cum cotoneo & cerato œnanthino vesicæ vitii. Cariotæ, præsertim esu, fauciiū asperitati medentur. Thebaicarum decoctum potu aestuationem sedat, vires recreat cum hydro melite veteri sumptum: cibo idem faciunt. Fit ex eis vinum ad eadem conueniens. Decoctum per se potu & gargarizatione magnopere adstringit, & cohibet. Nuclei palmarum, cæterorum more, cremati in crudo siccili, & vino restincti cinere loto, spodij vicem efficiunt: miscenturq, in calliblephara. Quod si non iustā vstionem acceperint, denuò cremandi. Vim adstringendi habent, & spiracula cutis obductu suo claudunt: contra oculorum vnam & pullulas, palpe-

palpebrarum defluvia, cum nardo effectum præbent: corporis excrescentias cum vino reprimunt, ulcera ad cicatricem perducunt. Sed inter primas vtilis ex palmis humilibus Aegyptiæ.

Palma elatæ. CAP. CXXVI.

**P**alma, quam aliqui elaten aut spathan appellant, fructus palmarum adhuc florentium, involucrium est calyxque, quo in spiffamenta unguentarij vtuntur. Optima habetur odorata, adstringens, ponderosa, præclusa, intus pinguis. Vis ei adstrictoria: sistit ulcera quæ depascunt, laxatos artus committit, trita miscetur cataplasmatibus & malagmatis: prodest præcordiis, imbecilli stomacho, & iocineri affecto, mista conferentibus cataplasmatibus. Eius decoctum subinde deterfum, capillos denigrat: datur bibendum congruè, renum, vesicæ, & viscerum vitiis: vuluæ ac ventris fluxiones sistit: scabiem cum resina, & cera sanat, si viginti diebus recens apponatur. Inuolutusque in ea elatæ fructus, quem suo amplexu fouet, elatæ etiam vocari solet, & ab aliquibus borassus. Adstringit, & spathæ effectus præstat, non sic unguentis expetitus. Alba medulla caudicis recens in cibo, aut decocta eadem facit, quæ borassus.

Malum punicum. CAP. CXXVII.

**M**alum punicum omne boni succi est, stomacho vtile, perexiguum sufficiens alimentum. Dulcia stomacho vtiliora habentur, sed aliquantulum in eo calorem gignunt, inflationes parunt, vnde in febris abdicantur. Acida adstringunt;

gunt, æstuanti stomacho auxiliantur, & multò magis contrahunt, ac urinam cient. Orægingiuasque lædunt. Vinosa verò mediam sortiuntur naturam. Nuclei acinorum acidi punici in sole siccati, & obsoniis insparsi, concoctive, fluentem aluum stomachumque sistunt. Cœlesti aqua madescent, bibunturque commodè sanguinem excreantibus; ad defessus dysentericorum, sceminarumque fluxione vulvæ laborantium vtilis sunt. Expressus nucleorum succus coquitur cum melle, ad oris, virilitatis, & sedis vlcera, nomas, reducias, & ea, quæ in corpore extuberant, aurium dolores, & varium vitia: præsertim acidorum.

Huius flores cytivi vocantur: qui adstringunt, siccant, cohibent: sanguinolenta glutinant, quas punicam, præstant utilitates: humida giogiuarum vitia mobilis que dentes decocto colluuntur, herniam prolapsu intestini erumpentem cataplasmate repellunt: memoriæ tradunt qui tres quam minimos cytinos deuorauerit, nullam eo anno lippitudinem passurum: eliquatur hypocistidis exemplo. Malicorium, asperum est mali punici putamen, quod aliqui sidion appellant. Id spissandi vim habet, & quos cytini, præbet usus. Decoctum radice potu latus ventris tineas pellet, & easdem euocat. Balanstrium sylvestris punici flos est, cytino similis, cuius complura genera reperiuntur: candidum, fulvum, colore rosaceo. Succus ex eo exprimitur, hypocistidis modo, cui adstrictoria vis inest, eadem faciens, quæ hypocistis, & cytinus.

## Myrtus. CAP. CXXVIII.

**M**Yrtus sativa nigra utilior est medicinae quã candida, & in hoc genere multò magis montana: semen tamen imbecillius parit. Vis & myrti & seminis adstringit. Semen viride aut aridum in cibo datur sanguinem excreantibus, vesicæ erosionibus. Succus virentibus baccis expressus eisdem effectus exhibet: stomacho utilis, urinam cit: prodest contra phalangij morsum, & scorpionis ictus in mero: seminis decoctum capillũ tingit, ius decocti in vino ulcera in extremis membris nata sanat, oculorum inflammationes illitum cum pollinæ polentæ lenit, contra ægilopas illinitur, crapulam ac cet præsumptum vinũ, quod feruefacto aliquantum eius semine exprimat: alias enim acorem contraheret. Præstat idem seminis effectus. Utile præcidentiæ vulvarum in desefionibus, sedis vitis, & foeminis fluxione vulvæ laborantibus: purgat farsures ulcera capitis manantia, atque eruptiones popularũ: fluentes capillos continet. Additur quoque in medicamenta, quas liparas vocant, uti eleũ quod ex foliis eius factum est. Decoctum foliorum ad desefiones balnearum convenit, & contra laxatos artus, & malè solidescentes. Eo fracta feruinationi repugnantia utilissimè fouentur, vitiliginem emendat, purulentis auribus infunditur, & capillos denigrat. Succus eadem efficit. Trita folia, & ex aqua illita humidis vlceribus, & partibus omnibus fluxione laborantibus, cœliacisq̃

liacisq̄ue profunt: & admisto omphacino oleo, aut exiguo rosaceo cum vino, ad vlcera serpentina ignem sacrum, testium inflammationes, epinyctidas, & condylomata. Arentium foliorum farina vtiliter inspargitur paronychiis, pterygiis, & contra alarum fceminumque perfusiones: cardiacorum sudores cohibet. Folia cruda seu cremata cum cerato, ambustis, paronychiis, pterygiisq̄ue medentur. Exprimitur foliis succus adfuso vetere vino aut aqua cœlesti, cuius recentis vsus est: nam exiccatus planè cariem sentit, & vires amittit. Myrtidanum dicitur, adnatum inæquabile, verrucosum intumescensq̄ue, & concolor: quod perinde quasi manus myrti caudicem amplectitur. Magis quàm myrtus adstringit: tussum addito austero vino reponitur, coactumque in pastillos siccatur in umbra, multò efficacius, & folio & semine, cerato, pepsis, infusionsibus cataplasmatis admistum, vbi adstringendum aliquid est.

## Cerasia.

## CAP. CXXIX.

CERASIA aluo vtilia sunt, si viridia samantur: eadem siccata, illam sistunt. Gummi, quod cerasi resudarunt, cum vino diluto tussi vetusta medetur: colorem commendat, visum exacuit, appetentiam inuitat: idem ex vino potum calculosis auxilio.

## Siliquæ.

## CAP. CXXX.

SILIQUÆ recentes stomacho aduersantur, aluum soluant: eadem siccata sistunt, stomachoque vtiliores

vtiliores fiunt. Vrinam ciunt: sed præcipuè, quæ  
vinaceis conduntur.

Mala.

CAP. CXXXI.

**F**olia, flores, & germina cum omnis mali, tum  
maximè cotoneæ adstringunt. Pomis acerbis  
adstringendi vis inest: maturis verò longè secus.  
Eæ iis vernabilem gignunt, nervos omneis læ-  
dunt, inflationes pariunt. Cotonea stomacho vti-  
lia, urinam ciunt: verùm tostâ mitiora habentur.  
Profunt cœliacis, dysentericis, puralenta extuf-  
sientibus, cholericis, præsertim cruda. Macerato-  
rum liquor commodè in stomachi aut ventris  
fluxionibus, potui datur. Succus cradorum as-  
sumptus orthopnoicis salutaris est. Decocto fo-  
uentur vuluæ, & sedes si procidant. Cotonea, quæ  
melle condiuntur, urinam mouent: mel autem  
sibi constringentem illorum vim, & inspissantem  
adsciscit. Quæ cum melle coquantur, stomacho  
atque ori gratiora sunt, sed minus inspissant.  
Cruda cataplasmatibus adiiciuntur, ad cohibendam  
aluam, aut si stomachus æstuet, aut in vomitio-  
nes effundatur, ad mammarum inflammationes,  
præduros lienes, & condylomata. Fit vinum ex  
ipsis tuis expressisque: sed quò perduret, quin-  
decim sextariis succi vnus mellis adiungitur,  
alioquin in acorem degenerat. Prodest ad omnia,  
quæ dicta sunt. Fit & oleum ex iis, quod melinum  
vocauius, quo vtimur quoties adstringenti oleo  
est opus. Eligi oportet vera, quæ sanè sunt rotun-  
da, parua & odorata: quæ verò Struthia dicun-  
tur,

tur, magna quidem sunt, sed minus utilia. Flos & viridis & siccus cataplasmatibus imponitur: iis conueniens, quæ adstrictionem desiderant, inflammationibus oculorum, reiectionibusque sanguinis. Contra citam aluum, & mensium impetus, in vino bibitur. Melimela ventrem molliunt, & ab eo animalia expellunt: stomacho negotium exhibent. Aestiuosa. Ea multis dulcia mala vocantur. Epirotica mala, quæ Latinè orbiculata dicuntur, stomacho utilia: sistunt aluum, vrinas euocant, malis tamen cotoneis inualidiora. Syluestria mala similia sunt vernis, & adstringunt. Sanè in hunc usum immatura omnia opus sunt. Persica poma matura tam stomacho, quam ventri utilia sunt. Acerba aluum cohibent: sed sicca vehementius. Decoctum è siccis alui stomachique fluxiones sistit.

Armeniaca, quæ à Latinis præcocia dicuntur; minora sunt supradictis, & stomacho utiliora.

Medica mala Persicave aut cedromela, quæ Latini citria vocant, nemini non cognita. Arbor ipsa omnibus anni temporibus pomifera, aliis deciduis, aliis subnascentibus. Malum oblongum est, rugosum, colore aurum imitans, cum grauitate odoratum, semen habet pyri. Id in vino potum venenis resistit, aluum mouet, oris suauitatem commendat, decocto eius colluto, aut succo: estur in malacia mulieribus: vestitiis impositum ebrosionis vitio vestes vindicare existimatur.



**P**Yrorum multa genera, quæ tamen omnia adstringunt: proinde adduntur conuenienter in repellentia cataplasmata. Decoctum è siccis & cruda ipsa aluum sistunt: ieiunos esitata lædunt. Achras pyrastris genus est, quod tardissimè maturefcit. Vim pyro adstringentio rem habet, & ad eadem conuenit: stringunt etiam eius folia. Ligni pyrorum cinis efficaciter his auxiliatur, quos fungi strangalant. Aiunt fungos, si syluestria pyra cum eis coquantur, innoxios fieri.

Mespilus.

CAP. CXXXIII.

**M**Espilus, quæ à nonnullis aronia vocatur, spinosa arbor est, folio pyxanthæ: fert pomum suaue, exiguo malo non dissimile, tribus intus ossiculis: qua ex causa id nonnulli tricoccon appellauere. Tardè maturefcit, esus adstringit, stomacho gratum est, aluumque supprimit. Alterum mespili genus in Italia nascitur, quod aliqui setanium, alij epimelida vocant. Arbor foliis mali, sed minoribus: pomum fert rotundam esui aptam, umbilico latiore: quod adstringit, seroque maturefcit.

Lotus arbor.

CAP. CXXXIV.

**L**otus arbor est vastæ magnitudinis, ferēs baccam pipere maiorem, dulcem, cibis gratam, stomacho facilem. Aluum sistit baccis. Ramentorum ligni decoctum siue potu, siue infusione dysentericis ac sceminis fluxione vulnæ laborantia

rantibus, auxilio est rafat capillos, citam aluum cohibet.

Cornus.

CAP. CXXV.

**C**ornus dura arbor est, baccas ferens oliuæ modo oblongas, quæ primùm virent, dein per maturitatem rubescunt, aut ceræ colorem repræsentant. In cibo adstringunt, profluuium alui atque dysentericæ salutares, siue in edulio, siue in defruto exhibeantur. Muria, vt oliuæ, condiuntur. Sanies, quam virentia folia torrendo resudant, impetigini conuenienter illinitur.

Sorba.

CAP. CXXXVI.

**S**orba colorem luteum referentia prius, quam maturescant, dissecta & sole siccata manduntur, vt album sistant. Eadem est functio molitorum farinæ, si polentæ loco samatur: quod & decoctum eorum in potu præstat.

Prunus.

CAP. CXXXVII.

**P**runus arbor est nota, cuius pomum estur: sed stomachum malè habet, aluum mollit. Syriaca pruna, & præcipuè quæ Damasci gignuntur, exiccata stomacho vtilia sunt, aluum adstringunt. Folia pruni in vino decocta collutione, & gargarizatu vuam, gingiuas, & tonsillas fluxione laborant eis reprimunt. Præstant idem syluestriùm prunorum baccæ, post maturitatem exiccatae, cū sapa verò decoctæ, stomacho vtiliores redduntur, aluumque magis adstringunt. Gummi prunorum agglutinat, potum in vino calculos comminuit; ex aceto quoque illitū, lichenas infantium sanat.

Arbutus. CAP. CXXXVIII.

**A**Rbutus, sine vnedo, arbor est coronæ malo non dissimilis, tenui folio: cuius fructus pruni magnitudinem implet, nullo intus nucleo: huic memæcylo cognomen est maturus aut flauet, aut rubescit, in esu acerosus, stomacho aduersatur, capitîsque dolorem mouet.

Amygdalæ. CXXXIX.

**A**mygdalæ amaræ radicem tritarū decoctum vitia cutis in facie corrigit: illitæ nuces idē munus præstant menses admotæ ciunt, caritis dolori auxiliantur, illitæ fronti aut temporibus cum aceto vel rosaceo: epinyctidas sanant ex vino, item putrescentia vlcera, & quæ serpunt, & morsus canum cum melle: earum autem esu dolores finiuntur, aluum emolliunt, somnum faciunt, vrinam cient, contra sanguinis reiectiones cum amylo assumuntur, renum vitiis, & pulmonum inflammationibus ex aqua in potu aut elegmate cum resina terebinthina dantur: calculosis difficilique vrinæ in passo auxiliantur, & illitæ cum melle, & lacte hepaticis, tussi, & inflammationibus coli, nucis auellanæ magnitudine: quinis septenisuè præsumptis ebrietatem non sentiunt potiores: vulpes, si cum quadam esca eas vorauerint, emoriuntur. Gummi eius calfacit, & adstringit; reicientibus sanguinem, potum auxilio est: impetigines, quæ summum corpus occuparunt, illitum cum aceto tollit: tussi vetustæ cum diluto vino potum medetur: calculosis

cum

cum passo bibere prodest. E nucibus Græcis, dulces cibo idoneæ, sed multò minus valent in remediis: quàm amaræ:attamen extenuant:urina-  
nam ciunt, recentium esu cum suo putamine, hu-  
mida stomachi vitia emendantur.

## Pistacia. CAP. CXL.

**P**istacia, quæ constat in Syriâ gigni, piæcis nu-  
cibus similia sunt, & stomacho amica: trita  
cum vino contra serpentium ictus profunt, siue  
edantur, siue bibantur.

## Nux iuglans. CAP. CXXI.

**N**uces iuglandes, quas nonnulli Persicas vo-  
cant, sunt difficiles concoctu, stomacho inu-  
tiles, biliosæ, capitis dolorem inferentes, tus-  
sientibus inimicæ, & vomituris ieiunis in cibo  
aptæ. Cum ruta verò & ficis præsumptæ, & a  
summo cibo, venenis resistunt: nec minus si à  
veneni haustu comedantur: largius etitæ ti-  
neas latas pellunt, illinuntur mammarum in-  
flammationi, abscessibus, luxatisque cum mellis  
exiguo, & ruta: cum cæpa autem, sale & melle,  
canis hominisque morsui proficiunt: tormina,  
cum calyce suo perustæ, & umbilico admotæ,  
sedant. Putamen combustum tritumque in oleo,  
& vino, infantium capite peruncto, nutrit capil-  
lum, alopecias replet. Sistunt menses nuclei vsti,  
si triti ex vino admoucantur: iidem è veteribus,  
illiti carbunculis, gangrænis, & ægilopiis me-  
dentur: alopeciis commanducati, & impositi præ-  
senti sunt remedio. Nucibus tuis oleum expri-  
mitur.

mitur. Recentes stomacho innocentiores sunt, utpote suaviore: itaque alio mixtæ eximunt acrimoniam. Liuores in corpore illita tollunt.

Nuces auellanæ. CAP. CXLII.

**N**uces auellanæ, quas & leptocarya vocant, stomacho infestæ sunt: ipsæ tamen tritæ, & in aqua malsa potæ, tussi veteri medentur: tostæ & cum exiguo piperis potæ destillationem concoquunt, crematarum cinis cum axungia aut adipe vrsi perunctus alopecii capillum reddit. Aiunt nonnulli vsta earum putamina, & in cineris speciem redacta, cum oleo, cæsiorem oculorū papillas infantibus denigrare, perfuso sincipite.

Morus. CAP. CXLIII.

**M**orus arbor nota est, cuius fructus aliam soluit, stomacho inutilis est, & facilè corruptionem sentit. Hoc idem præstat mori succus: decoctus autem æreo vase, atque insolatus, adstringentior redditur. Facit ad fluxiones, nomas, & tonsillarū inflammationes, addito mellis exiguo. sed inolescit vis eius, adiecto scissili alumine, galla, croco, & myrrha: item myricæ femine, iri, & thure. Immatura mori poma sicantur, tãque acinorum rhois vice obsoniis miscentur, ut coeliacos iuent. Radicis cortex decoctus in aqua & potus aluum resoluit, latus ventris tincas excutit, his quoque auxiliatur, qui aconitū hauserunt. Folia trita ex aceto illita, ambustis igni medentur, tinguntque capillum, vitium & fici nigrae frōdibus simul coctis in aqua cœlesti. Suc-

cus foliorum cyathi mensura potus contra phalangiorum morsus auxilio est. Feruifacti corticis & foliorum iure dentes aptissimè in dolore colluuntur. Radix circiter messem incisa, factò in ambitu scrobe, succum emittit, qui postridie concreta inueniri solet. Is in dolore dentiũ efficacax est: tubercula discutit, & aluum purgat.

Sycomorus. CAP. CXLIV.

**S**ycomorum aliqui etiam sycaminum, id est, morum, vocant, cuius, fructus sycomorum etiam propter inefficacem gustum appellatur. Arbor est magna, fico similis, frondosa, multo lacte abundans: foliis mori, pomũ ter aut quater anno fert, non ramis, vt ficus, sed caudice ipso, caprifico non dissimile, dulcius grossis, sine granis interioribus: quod non maturefcit, nisi vngue aut ferro scalpatur. Nascitur plurimũ in Caria, Rhodo, locisque non multi tritici feracibus: vbi prouentu fœcũdo restibilibque iuamentum adfert, cum annonæ caritas premit. Pomũ aluo vtile est sed per quàm exilem præbet alimoniam. Stomacho aduersatur. Succus primo vere tenera arbore, antequam fructuum ferat, eximitur; lapidis ictu summo cortice desquamato: si enim altiore plaga violetur cortex, nihil effluet. Spongia aut vellere lacryma excipitur, quæ siccata & in pastillos coacta fictili vase reponitur. Vis succi emollit, vulnera cõglutinat, discutit collectiones coctioni repugnantes bibitur etiam aut illinitur contra serpentiũ morsus, duratos lienes, stomachi

dolores, & perfrictiones. Celerrimè teredinem sentit. Gignitur & in Cypro arbor genere distans, quæ cum sit vlmus, prædita tamen est foliis sycomori, fructu pruni magnitudine, multò dulciore, supradictis cætera similis.

Fici.

CAP. CXLV.

**F**ICI maturæ recentes stomachum lædunt, aluum solvunt: sed facile contracta ab eis fluxio sistitur: sudorem euocant, papulâsque, sitim sedant, calorem restringunt. Siccis natura exaltandi, vires aiunt, sed sitim magis stimulant, aluo vtilis, rheumatismis ventris & stomachi contraria: gutturi autem, arteriæ, renibus, vesicæ, & iis, quos longa valetudo decolorauit, anhelatoribus, hydropicis, comitialibus aptissima: seruefactæ cum hyssopo & potæ, thoracem purgant: tussi veteri, diuturnisq; pulmonum vitis conueniunt: aluum molliunt rosæ cum nitro & cnico, dein manducatæ. Decoctum arteriæ & tonsillarum inflammationibus gargarizatu prodest. Cum hordeace farina cataplasmatibus miscetur, & in muliebres fetus cum fœnogræco & ptisana. Cæterum cum ruta coctæ torminibus infunduntur. Coctæ illitæque duritias discutiant, parotidas & furunculos emolliunt, panos ad maturationem perducunt, maximè nitro, iri, aut calce addita. Crudæ si cum antedictis tundantur, eadem efficiunt: cum malicorio, pterygia purgant: cum atramento sutorio, deploratis ferè tibiaram fluxionibus, & cacoëthis ulceribus

ceribus medentur: quin & cum vino decoctæ addito absynthio, & hordeacea farina, vtilissimè hydropicis illinuntur. Crematæ cum cerato sanant perniones, prurigines, sonitusque si crudæ terantur, & sinapi liquoréque aliquo exceptæ auribus instillantur. Tam sylvestris, quam fariæ fici lacteus succus coaguli modo lac contrahit, concretumque dissoluit, vt acetum: exulcerat corpora, meatus aperit, soluit alium, vuluam recludit cum detrita nuce Græca potus, menstrua ciet cum luteo oui appositus, aut Tyrhenica cera: podagricorum cataplasmatibus cum farina fœnigræci & aceto vtilis: lepras, lichenas, vtiligines, vitia cutis in facie, psoras: vlcera in capite manantia, cum polenta expurgat: instillatus plagæ, percussis à scorpione, venenatorum ictibus & rabiosi canis moribus auxiliatur: prodest dentium dolori lana exceptus, & cauis eorum additus: verrucarum informicationes tollit cum adipe, circumlita in ambitu carne. Hoc idem præstat succus è teneris ramis sylvestris fici, qui lacte prægnantes, silente adhuc oculo, tussis exprimuntur, & siccatus in umbra reponitur. Et lac & succus imponuntur exulceratoriis medicamentis. Decocti cum bubulus carnibus ramuli ficulni, facilem afferunt decoctionem. Lac efficiunt quod magis soluat, si inter coquendum ficulneo surculo spathæ loco moueatur.

Grossi.

CAP. CXLVI.

Grossi, quæ crinei nonnullis vocantur, coctæ,

G 5

illitæ



illitæ strumas nodôlque omneis emolliunt: crudæ formicas, verrucas & thymos, nitro farinâque additis, tollunt. Folia eadem possunt, illita cum sale & aceto ulcera in capite manantia, epinyctidas, & furfures sanant: his ficosæ extuberationes, & genarum scabritiæ perfricantur. Nigræ ficus foliis cauliculisque candidæ vitiliginis perunguntur, faciunt ad canum morsus, & ulcera quæ ceria, id est fauos, vocant. Grossi cum syluestris papaueris foliis ossa extrahunt, furunculos cum cera discutiunt, contra muris aranei morsus, & scolopendræ venena, cum eruo & vino illitæ, auxiliantur. Fit ex cinere ficus tam syluestris quàm sativæ lixiuium, crematis ramorum cauliculis: quod subinde macerari opus est & in veterascere: siquidem inter caustica intelligitur. Gangrænis prodest: namque expurgat & consumit, quæ excrescunt: eoque sic utendū est. Spongia assiduè hoc lixiuium imbuta superponitur. Interdum dysentericis, & inflexiones vetustas, & sinus cuniculatim excedentes, magnosque instillari conveniet. Etenim purgat, conglutinat, carne replet, & oras committit, non secus atque emplastra, quæ cruentis vulneribus iniiciuntur, enema vocant. Bibitur ad discutendum sanguinem concretum, & contra præcipitationes, rupta, conuulsa, cum cyatho aquæ recenter colatum: addito olei exiguo, cœliacis, dysentericis per te cyathus datus prodest: nervorum vitiis, conuulsionibus commodè illinitur ex oleo, ut pote quod sudores moueat: aduersus gypsi potum, & phalangiorum

langiorum morsus bibitur. Hæc eadem præstant reliqua lixiua, præsertim quernum: omnia tamen adstringunt.


## Persea. CAP. CXLVII.

**P**ersea arbor est, in Aegypto, fructum ferens cibo idoneum, stomacho vtilem: in quo phalangia cranocolapta nomine inueniuntur, præsertim in Thebaide. Arida folia in farinam redacta, illitu sanguinis eruptiones sistunt. Arborem hanc prodiderunt aliqui in Perside exitiosam esse, translataque in Aegyptum, mutata naturam in cibos receperunt.

## Iberis. CAP. CXLVIII.

**I**beris, siue cardamantica, folia habet nasturtij, vere virentiora: caulem cubitalem, aut minorem: in incultis nascitur, æstate lacteum florem promit; quo tempore efficacior est. Radices duas nasturtio similes habet, calfacientes & adurentes: ipsæ enim ischiadicis cum salsa axungia emplastri modo vtilis, quaternis horis alligatæ, vt dein in balneas descendatur, & postea oleo cum lana locus perungatur.

## PRIMI LIBRI FINIS.



PEDANII

DIOSCORIDIS

ANAZARBEI, DE

Medicinali materia,

LIBER II.

Ioanne RVELLIO Sueffionensi  
interprete.

**I**N primo, charissime Aree, libro, quem de medicinali materia condidimus, de aromatibus, oleis, vnguentis, arboribus, & nascentibus ex eis succis, lacrymis, seminibusque differuimus. In hoc autem secundo de animantibus, melle, lacte, adipe, fragibus, atque oleribus explicabimus: subnexis herbaceis, quæ acri prædita sunt facultate, ut pote quæ cum ipsis cognatione iuncta sint: qualia allium, cepa, sinapi, intelliguntur. Idque ideo, ne cognatorum vires disiunxisse videamur.

Fchinus, siue erinaceus. CAP. I.

**M**arinus echinus stomacho ventriq̄ue utilis est: vrinam cit, huius testa cruda inassata commodè

commodè medicamentis admiscetur, quæ pforas abstergunt : crematæ verò cinisfordida vlcera expurgat, luxuriantem carnem reprimit. Terrestris erinacei corium combustum alopeciiis cum pice liquida aptissimè illinitur, assiccatum corpus & cum aceto mulso potum, renum vitiis auxilio est : item aquæ, quæ cutem subiit, conuulsionibus, elephantia, & malè habitis, quos cachectos vocant: viscerum fluxiones exiccat. Eiusdem iecur fictili solibus excocto arefactum, ad eodem vsus vtilissimè reconditur.

Hippocampus.

CAP. II.

**H**ippocampus marinum animal est exiguum, cuius cremati cinis exceptus cum liquida pice, aut axungia seu amaracino vnguento illitus, alopecias replet.

Purpura, buccina, eorumque volutæ.

CAP. III.

**P**urpura vsta exiccat, dentes abstergit, excrementas in carne cohibet vlcera purgat, & ad cicatricem perducit. Eadem præstant concremata buccina, sed vehementius vrunt : si quis salis plena, fictili crudo adurat, dentifricio conueniunt : ambustis vtiliter illinuntur, quibus solui medicamentum non oportet : nam postea quàm vulnus cicatricem duxerit, ipsum in testæ modum induratum, sponte sua deciderit. Fit etiam calx è buccinis, vt in eius mentione demonstrabimus. Cionia vocantur purpurarum buccinarumque mediæ partes, circa quas testæ volumen clau-

claviculatum intorquetur. Cremata simili modo, maiorem purpuris huc inisque facultatem vrendi consequuntur, quoniam apprimendi naturam obtinent. Buccinorum carnes ori gratæ sunt; & stomacho vtilis: sed aluum non molliunt.

## Mituli. CAP. IV.

**M**itulilaudatissimi in Põnto. Cremati eundem buccinis effectum præbent. Priuatim plumbi more eloti, oculorum medicamentis cum melle vtilis habentur: genarum crassitudines absumunt, albugines purgant, & cætera quæ oculis caliginem offundunt: carnes eorum ad canis morsus vtilissimè imponuntur.

## Tellinæ. CAP. V.

**R**ecentes tellinæ aluo vtilis, sed maximè ius earum: salitæ vruntur, tritæque in cinerem & cum cedria instillatæ, auulsos pilos renasci non patiuntur.

## Chamæ. CAP. VI.

**C**hamarum conchularumque in exigua aqua decoctarum ius, aluum ciet: id cum vino assumitur.

## Vnguis odoratus. CAP. VII.

**V**nguis siue onyx conchylij tegumentum est; ei simile quo purpura integitur: quod in India nardiferis lacubus inuenitur: suauem ideo spirans odorem, quod conchyliam inibi nardi pabulo vescantur. Colligitur posteaquam stagnantes aquæ æstiuis caloribus inauerunt. Laudatissimus

simus qui à rubro mari defertur, candicans, pinguis. Babylonicus nigrescit, atque minor conspicitur. Ambo odoris gratia suffiuntur, sed aliquatenus castoreum olent. Iidem suffitu excitant fœminas vulvæ strangulatu oppressas, comitialésque: poti ventrem molliunt. Crematū conchylium eadem efficit, quæ purpura & buccinum.

## Cochleæ. CAP. VIII. ○

**T**errestres cochleæ stomacho vtilis sunt, & non faciliè corrumpuntur. Optimæ Sardoniæ, Aphricanæ, Astypaleicæ, & quæ in Sicilia, ac Chio gignuntur, & quæ in Ligoriæ alpibus, pomatiæ. id est operculares, cognominatæ. Marina stomacho idonea, & faciliè aluo excernitur: fluviatilis virus olet. Quæ verò vepribus frutesisque glutinata cohæret, quam vocant nonnulli sefilon, ventrem & stomachum turbat, vomitiones excitat. Crematæ omnium testæ calfaciendi & vrendi naturam sortiuntur: purgant lepras, vitiligines, dentésque: emendant oculorum cicatrices, & vitia cutis in facie, albugines, ac visus habetudines, si cum carne sua vstæ tritæque ex melle illinantur. Crudæ cum tegumentis impositæ, aquæ intercuté tumores exugūt: sed nō antè solvātur, quā omnis hauriatur humor: podagricas inflammationes leniūt, impactos corpori aculeos illitæ euocāt, menses tritæ & admotæ ciūt. Carnes earum cum thure & myrrha illitæ, cum vulnera alia, tū maximè quæ nervi acceperunt, conglutinant: tritæ in aceto, sanguinem naribus erumpentem

tem infranāt: viuae corpus, & praesertim Aphri-  
canæ, cum aceto deuoratum, stomachi dolores  
mitigat, trita cum testa, vino & myrrha, si exi-  
guum inde bibatur, coli vesicæque cruciatus sa-  
nat. Terrestris pilos incommodos replicat, si  
quis abrafo aculentore eius, pilum attingat.

Caneri. CAP. IX.

**C**Ancrorum fluuiatilium exustorum cinis, qui  
duo cochlearia expleat, adiecto dimidio ra-  
dicis gentianæ modo, triduo potus cum vino,  
magnopere prodest canis rabiosi moribus: rimas  
pedum sedisque, perniunculos, & carcinomata,  
cum decocto melle lenit: trititerudi, potique ex  
asinino lacte, auxiliantur contra serpentium pha-  
langiorumque morsus, atque scorpionum ictus:  
decocti autem & cum iure estati, iis profunt,  
qui tabe conficiuntur, aut leporem marinum hau-  
serunt: necant scorpiones triti, & cum ocimo ad-  
moti. Possunt eadem marini, verum inefficacius  
omnia præstant.

Terrestris scorpio. CAP. X.

**T**errestris scorpio tritus & impositus, suæ pla-  
gæ remedium est quin estur assatus, ad eadem.

Marinus scorpio. CAP. XI.

**M**arini scorpionis fel conuenit ad suffusiones  
oculorum, albugines, & hebetudines.

Draco marinus. CAP. XII.

**D**raco marinus dissectus & apertus imposi-  
tusque ictus spinæ suæ qua feri, medela est.

Scolo-

Scolopendra. CAP. XIII.

Scolopendra in oleo decocta si illinatur, auel-  
lit capillos: sed contactu pruritus facit.

Torpedo piscis. CAP. XIV.

Marina torpedo diuturnis capitis doloribus  
admota, cruciatus vehementiam mulcet:  
eadem apposita euersam sedem prociduamque  
coërcet.

Viperæ. CAP. XV.

Viperinæ carnes si coctæ edantur, claritatem  
oculis afferunt, neruorum vitii auxiliantur,  
increfcentes strumas reprimunt: detracta autem  
cute caput caudaque, quoniam carne vacant, am-  
putari debent, quippe commentitium est, quod  
præcipitur, certam vtrinque mensuram præcidi  
oportere. Reliquum verò corpus exemptis in-  
teraneis elotum dissectumque discoquitur cum  
oleo, vino, salis exiguo, & anetho. Aiunt iis, qui  
viperas esitent, pediculos procreari: quod planè  
à veritate abhorret. Adiciant aliqui longam  
senectutem agere, qui eo cibo vescuntur. Sal ex  
eis ad eadem conficitur, sed inefficacior est. Vius  
autem vipera in fictile nouum demittitur, adii-  
ciuntur salis caricarumque tritarum, singulatim  
quinque sextarij, mellis cyathi sex, mox fictilis  
operculum luto oblinitur, & fornacibus inassa-  
tur, donec sal in carbones redigatur, qui postea  
tritus in pulueris faciem, reconditur. Plerum-  
que, vt ori gratior fiat, immiscetur nardi spica,  
aut folium, aut malabathri momentum.



Senecta angium. CAP. XVI.

**S**enectus angium in vino decocta dolori aurium, infusu, & dentium collutione, auxilio est. Addunt eam in medicamenta oculorum, sed præcipuè viperinam.

Lepus. CAP. XVII.

**L**epus marinus loligini paræ similis est, qui per sese tritus, aut cum vrtica marina illitus capillos euellit. Terrestris leporis inassatum cerebrum manditur, iuuandis tremoribus, qui valetudine contracti sunt: affictu aut cibo facilem infantibus dentitionem præstat: exustum caput & cum adipe vrsino aut aceto illitum, alopecia-rum inanitatibus medetur. Leporinum coagulum post triduum à concubitu potum, conceptum adimere, partusque spem intercipere proditur: vulnæ & alui fluxum sistit, comitiales iuuat, contra venena ex aceto bibitur, præsertim aduersus concretum lac, & viperarum morsus. Sanguis eius si calidus illinatur, vitia cutis in facie, vitiliginem, lentiginemque sanat.

Pastinaca. CAP. XVIII.

**M**arinæ pastinacæ radius, qui eius cauda enatus aduersis squammis reflectitur, dentium dolorem mitigat: nam eos frangit, & euocat.

Sepia. CAP. XIX.

**S**epiæ coctæ dum estur atramentum ægrè concoquitur, aluum mollit, collyriis è testa factis conuenienter genarum scabritiæ perfricantur:

vltu

vestu in sua testa donec id, quod crustosum est, abscedat: postea tritum, expurgat vitiligines, surfurres, dentes & vitia cutis in facie: elotum in medicamenta oculorum adi solet: contra albugines, oculis iumentorum efficaciter inspiratur: pterygia oculorum absumit, cum sale tritum & iniectum.

## Mulus piscis. CAP. XX.

**M**ullorum assiduo cibo, aciem oculorum hebetari constat. Is marini draconis, aranei, ac scorpionis moribus medetur, si crudus atque dissectus admoueat.

## Hippopotamus. CAP. XXI.

**H**ippopotami testes exiccati ac triti cōtra serpentium morsus bibuntur.

## Fiber. CAP. XXII.

**F**iber ancipitis vitæ animal, plerumque cum piscibus & cancris ex aqua victum capefit. Huius testes serpentium venenis aduersantur, sternutamenta mouent, & in vniuersum varios obtinent vsus: siquidem menses ac partus ciunt, duabus drachmis cum pulegio poti: partus secundasque eiicunt: contra inflationes, tormina, singultus, venena, ixiãque ex aceto bibantur: lethargicos, & vt cumque veterno obdormiscentes excitant infusi: cum aceto autem & rosaceo, olfactu & odoris suffitu, idem faciunt: poti & illiti prosunt tremulis, conuulsionibus, & omnibus neruorum vitiis. In summa, calfactoriam vim habent. Eligi debent testes

qui ex vno ortu connexi sunt ( fieri enim non potest, vt gemini folliculi in vna membrana coniuncti reperiantur ) liquore intus veluti ceroso, odore graui & virus redolente, gustu acri, mordente, ac friabili, naturalibus tunicis circumdato. Quem fraude aliqui corrumpunt, conuiciantes in follem gummi, aut ammoniacum cum sanguine & castorio subactam, & ita exiccantes. Vanum est quod traditur, testes ab ipsis euelli, & à sese abiici, quum venatu vrgentur: siquidem tangi nequeunt, ita, vt in sue, substricti. Operæ autem pretium est, diuisa pelle mellcum liquorem cum euestiente tunica assumere, & siccatum potui dare.

Mustela vulgaris. CAP. XXIII.

**M**ustela, quæ in domibus nostris oberrat, ambusta exenteratur, & inueterata sale, in umbra siccatur. Ea binis drachmis cum vno pota, aduersus omnia serpentium venena præsentanea est remedio: toxico, simili sumpta modo, resistit. Eius ventriculus coriandro factus inueteratusque percussis a serpente, & comitialibus potu auxiliatur. Cremata in ficiili podagricis confert, cinere ex aceto illito. Sanguine perunctæ strumæ, iuuantur: comitialibus etiam prodest.

Ranæ. CAP. XXIV.

**C**ontra omnium serpentium venena pro antidoto sunt ranæ, si ex sale & oleo decoctæ edantur, iusque earum itidem sorbeatur: contra  
 inuete-

inueteratos tendinum rigores pollent. Illitus earum cinis profluentis sanguinis impetus sistit: explendis alopeciarum inanitatibus ex liquida pice illinitur. Viridium ranarum cruor auulso-  
genis pilos renasci prohibet, in vestigia euulso-  
rum instillatus: decoctus in aceto & aqua, den-  
tium dolores collutione leniunt.

Silurus.

CAP. XXV.

**S**ilurus recens in cibo nutrit, & facilem prabet aluum: sale verò conditus, minimum suppedi-  
tat alimentum. Arteriam expurgat, & vocem ex-  
pedit, Illita saliti caro, aculeos & infixæ corpori  
spicula extrahit. Muria eius incipientibus dysen-  
teriis prodest, si in desidentium fœtus adiiciatur,  
fluxiones siquidem ad summa cutis elicis: ischia-  
dicis infusa medetur.

Smarides.

CAP. XXVI.

**S**maridis piscis caput exustum, excrecentes vl-  
cerum oras puluillòsque reprimat: nomas co-  
hibet, thymos clauòsque absumit. Caro non se-  
cus atque salsamentum prodest à scorpione per-  
cussis, aut à cane demorsis.

Mænæ.

CAP. XXVII.

**M**ænarum ex capitibus cinis si illinatur, cal-  
losas sedis rimas abolet. Eius etiam garum  
oris putrilagines collutione sedat.

Gobius.

CAP. XXVIII.

**G**obius recens in suillum ventrem coniectus,  
si confuta rima in duodecim aquæ sextariis,

donec duo supersint, decoquatur, excolatus & sub diuo refrigeratus potui detur, alius sine molestia deiicitur. Illitus contra serpentium canumque morsus auxilio est.

Thunnus.

CAP. XXIX.

**C**ondiranei thunni caro, quam omotarichon vocant, sumpta iis auxiliatur, quos vipera nomine prester momorderit: sed oportet vinum quam plurimum subinde cogantur haurire, ita ut vomitione reddatur. Contra acrimonias esciatorum maximè valet, canum moribus utilissimè illinitur.

Garum.

CAP. XXX.

**G**arum omne, quod ex piscibus carnibusque sale maceratis liquamen est, si ex eo fatus fiat, depascentia ulcera sistit: morsus à cane medetur, dysentericis atque ischiadicis infunditur: nonnullis, ut exulcerata adurat: aliis autem, ad laceffenda, quæ ulcera non senserunt.

Ius piscium

CAP. XXXI.

**R**ecentium piscium ius, modò per se, modò ex vino potum, alvum subducit. Priuatim ad hunc usum conficitur è phycidibus & scorpionibus, & iulide: è percis, & recentibus aliis saxatilibus, nec virus resipientibus, simpliciter cum aqua, oleo & anetho.

Cimices lectolarij.

CAP. XXXII.

**C**imices, qui in cobilibus enascuntur, canis fabarum inclusi, si ante febrium significationes

septena

septeni deuorentur, quartanis auxilio sunt: & citra fabas sumpti, percussis ab aspide profunt: vuluarum exanationes olfactu reuocant: potum cum vino aut aceto, adhaerentes sanguingas abigunt: tritici & vrinariae fistulae impositi, vrinæ angustias leuant.

## Millepeda. CAP. XXXIII.

**M**illepedæ, quæ sub aquario vase stabulatur, animalia sunt multis pedibus nitentia, quæ contracta manu contrahuntur in orbem: hæc ex vino potum difficili vrinæ, & regio morbo auxiliantur. Millepedas illini anginis cum melle vtilissimum. Tritæ, & in cortice mali punici calfactæ, doloribus auriû, addito rosaceo, conuenienter instillantur.

## Blatta pistrinaria. XXXIV.

**B**lattæ eius, quæ in pistrinis inuenitur, interanea trita aut cum oleo decocta, aurium dolores instillatu mitigant.

## Pulmones. CAP. XXXV.

**P**odagras pernionésque emendat pulmo marinus recens, tritus & illitus, suillus & agninus vrsinusque pulmo imposito attritus à calceamentis contractos, ab inflammatione tuetur. Vulpinus verò si arefactus bibatur, suspiriosos adiuvat. Adeps quoque liquefactus infususque, auris dolorem finit.

## Genitale cerui. CAP. XXXVI.

**G**enitale cerui tritum & in vino potum, à vipera demorsus auxiliatur.

Vngula asini. CAP. XXXVII.

Vngularum asini cinis per dies multos binis cochlearibus potus proditur comitiales adiuuare, eadem oleo subactæ strumas discutiant; & illitæ pernionibus medentur. Caprinarum cinere perunctæ ex aceto alopecie sanantur.

Lichenes equorum. CAP. XXXVIII.

Lichenes sunt in equorum genibus, & super vngulas in flexu harum partium indurati calli: qui triti & in aceto poti, comitialibus mederi traduntur.

Iocinera. CAP. XXXIX.

Asini iecur inassatum esu comitialibus prodest, veruntamen ieiunis edendum præcipitur. Capræ verò inassati decidua sanie, inungi lutosos prodest: & dum coquitur, apertos oculos halitu eius vaporari: prodest in cibo tostum ad eadem. Tradunt hircini iocineris cibo comitiales deprehendi. Aprinum recens si arefactum teratur, ex vino potum contra serpentium volucrumque morsus auxilio est. Iecur canis, qui rabie exagitur, tostum & in cibo ab emorsis sumptum, ne tententur metu aquæ tueri creditur. Vtuntur autem ad arcendos aquæ pavores dente eo, qui caninus dicitur hunc à cane, qui momordit exemptam, & folliculo inditum, pro amuleto brachio adnectunt. Inueteratum autem sale mergi iecur, ex hydromelite binis ligulis potum, secundas pellit.

Coria

## Coria veteramentaria. CAP. XL

Veteris corij cremati illitus cinis ambusta igni, intertrigines, necnon calceamentorum attritus sanat.

## Galinae.

## CAP. XLI.

Diffectæ gallinae, & adhuc calentes appositæ, serpentium moribus auxiliantur: sed identidem alias sufficere oportet. Earum cerebellum in vino bibendum datur cōtra serpentiū morsus sanguinem à cerebri membrana profluentē sistit. Quæ interiore ventriculi galli sinu residet mēbrana, secti in lamina cornus specie similis (ea verò inter coquendum abiici solet) siccat, tritāque in vino conuenientissimè stomachicis datur in potu. Ius è vetere gallinaceo aluum deicit. Abiectis itaque interaneis salē coniici oportet, & confuto ventre decoqui in viginti sextariis aquæ, donec ad treis heminas redigantur: totum id refrigeratum sub diuo, datur. Aliqui incoquant olus marinum, mercurialem, cnicum, aut filiculam. Crudos humores crassosque, atrabilem, & strigmenta elicit prodest longis febribus, suspiriis, articulariis morbis, & inflationibus stomachi.

## Ovorum natura.

## CAP. XLII.

Ovum molliculum plus alit sorbili, & durum plus molli. Luteum oui contra oculorum dolores vtile est: inassatum sedis inflammationibus prodest, cum croco, & rosaceo: & condylo-matis, cum meliloto: cum vua autem fruticis



cus, quem rhoa dicunt, aut galla in patinis frigitur, ut cibo aluos sistat: per le etiam offerri solet.

Candidum oui crudum refrigerat, spiramenta cutis occludit, inflammationes oculorū infusum lenit, ambusta, si statim eo perungantur, pustulas non sentiant: faciem à Solis adustione tuetur, fronti impositum cum thure fluxiones arceat, auertitque: inflammationes oculorum lana exceptum, addito rosaceo, melle & vino, mitigat, vtiliter contra hæmorrhoidis serpentis morsus crudum sorbetur: summè tepidum prodest vesicæ rosionibus, renum exulcerationibus, gutturis scabritiæ, reiectionibus sanguinis, destillationibus, & thoracis rheumatismis.

Cicadæ.

CAP. XLIII.

**C**icadæ quæ inassatæ manduntur, vesicæ doloribus profunt.

Locustæ.

CAP. XLIV.

**L**ocustæ odoris suffita urinæ difficultates adiuvant, præsertim quæ fœminas malè habent: earum carnes nullo sunt in usu. Est & quoddam genus locustæ, quæ asiracos aut onos dicitur, sine pennis, prælongis cruribus. Exiccata autem si ex vino bibatur, contra scorpionis morsus magnopere proderit. Hac abundè vescuntur Aphri, qui Leptin incolunt.

Ossifragus.

CAP. XLV.

**V**enter eius avis, quam Latini ossifragum appellant, particulatim potus, calculos cum lotio pellere proditur.

Galerita.

## Galerita. CAP. XLVI.

**G**alerita anicula est parua, apicem in vertice, pauonis modo, gestans: quæ assa, & in cibo sumpta, cœliacos adiuuat.

## Hirundines. CAP. XLVII.

**D**iffectis crescente luna pullis hirundinis, qui primo partu exclusi sunt, in ventre eorum lapillos offendes: è quibus duos, vnum colore varium, alterum purum eximes: ij priusquam terram attigerint, in iuuecæ corio, aut ceruina pelle brachio aut collo adalligati, comitialibus proderunt, & sæpe prorsus eos recreabunt. Hirundines, vti ficedulæ, in cibo, aciei visus medicamentum præbent. Tam pullorum, quàm matrû in fictili olla crematarum cinis cum melle oblitus, oculis claritatem adfert, anginae eo commodè perangantur: vna & tonsillarum inflammationibus hoc cinere succurritur. Et ipsæ & pulli exiccati, si drachmæ pondere ex aqua bibantur, hos iuuant, qui anginae morbo conflantur.

## Ebur. CAP. XLVIII.

**E**Boris scobe illito paronychia sanantur. Vim adstringendi ebur obtinet.

## Suillus talus. CAP. XLIX.

**S**vis talus comburitur, dum è nigro albescat: qui tritus & potus inflationibus colli, longisque torminibus medetur.

Cerni-

## Cervinum cornu. CAP. L.

**C**eruini cornu cinis elotus, binis ligulis epotus, prodest dysentericis, excreantibus sanguinem, cœliacis, regio morbo, & vesicæ doloribus cum tragacantha: fœminis fluxione vulvæ laborantibus, cum liquore huic rei accommodato. Cerui cornu contusum, crudo fictili, luto circumlito, & in furnum indito, vritur donec albefcat: id cadmiæ modo elotum, vlceribus oculorum, & defluxionibus salutare est: infriçtum dentes expurgat. Crudi cornu suffiti nidore serpentes fugantur: seruefactum in aceto, si eo gingivæ colluantur, maxillarum à dentitione dolorem adimit.

## Eruca. CAP. LI.

**E**Rucis, quæ in oleribus gignuntur, eum oleo peruncti, à venenatis bestiis feriri negantur.

## Cantharides. CAP. LII.

**F**ruementis congestæ cantharides ad reconduendum idoneæ sunt, quæ fictili vase non picato conduntur, & raro linteo obligato ore, & deorsum conuerso suspenduntur super acciti feruentis quàm acerrimi halitum, donec æstu exanimentur: postea lino transfixæ reponuntur. Potentissimæ omnes variæ, luteis lineis, quas in pennis transversas habent, promissæque corpore crassæ ac blattarum modo perpingues: sed inertes ac imbecillæ, quæ vnius sunt coloris.

Buprestes,

Buprestes, &amp; pinorum erucæ.

## CAP. LIII.

Simili modo reconditur buprestes, genera quædam cantharidam, & pinorum erucæ: quæ supra cribrum suspensum feruenti cinere paulisper in tostæ, reponuntur. Vis omnium communis erodere, vlcerare, calorem elicere: quæ de causa admiscetur medicamentis, quæ lepras, ferâsque lichenas & carcinomata sanant. Menses eunt pepsis emollientibus additæ. Aliqui cantharidas antidotis impositas, aquæ subter cutem auxiliari prodiderunt: argumento, quòd vrinam moueât. Alij pennas pedesque contra potarum veneficia, remedio esse tradiderunt.

Salamandra.

## CAP. LIV.

Salamandra lacertæ genus est, iners, varium, quod frustra creditum est, ignibus non vri. Vim habet erodentem, calfactoriam, exulcerantem. Additur, vt cantharis, in medicamenta, quorum vis est exesse, & lepras abolere: similiq; modo reconditur. Liquefacta in oleo pilos euellit. Exenterata, detractis pedibus & capite in melle seruatur ad eundem vsum.

Araneus.

## CAP. LV.

Araneus, quem holcum, alij lycon, id est, lupum vocant, subactus cum splenio, & linteo illitus, prolatúsque vtriusque temporibus aut fronti, tertianos circuitus persanat. Tela eius imposita sanguinem sistit, vulnera, quæ summam  
cutem

cutem occuparūt, ab inflammationis iniuria vindicat. Est & alterum aranei genus, qui candidam, tenuem, densamque telam orditur: quem in aluta ligatum, & lacerto appensum, quartanis circuitibus mederi narrant. Decoctus ex rosaceo, & infusus, aurium doloribus auxiliatur.

## Lacerta.

## CAP. LVI.

**L**acertæ caput intritum, & appositū, aculeos, & omnia corpori infixæ extrahit: varos, fornicantes verrucas, & pensiles, quas acrochordonas vocant, tollit. Iecur exesis dentibus coniectum dolores finit. Si diuisa admoueatur, ictus à scorpione leuamentum præstat.

## Seps.

## CAP. LVII.

**S**Eps, quam aliqui lacertam chalcidicam vocarunt, in vino pota morsus suos sanat.

## Scincus.

## CAP. LVIII.

**S**Cincus aut Aegypti, aut India, aut rubri maris alumnus, quāuis inueniatur in Lydia Mauritaniæ. Est autem terrestris crocodilus, sui generis, sale inueteratus cum nasturtio. Aiunt carnes, quæ renes amplectantur, id sibi virium vendicasse, vt si drachmæ pondere bibantur, venerem accendant. Verūm decocto lentis cum melle aut semine laudicæ cum aqua potio, veneris cupiditates inhibentur. Additur in antidota.

## Terreni vermes.

## CAP. LIX.

**T**erreni vermes impositi, præcisos nervos glutinant, tertianas discutunt: decocti cum

anse-

anferino adipe, & infusi, affectis auribus medentur: cum oleo autem decocti, si in contrariam aurem instillentur, dentium doloribus præstant auxilium: triti in potu ex passo urinam ciunt.

## Mus araneus. CAP. LX.

**M**VS araneus dissectus, & impositus, sui morsus veneficia laet.

## Mures. CAP. LXI.

**M**VRES, qui in domibus oberrant, cõcisos scorpionum plagis vtilissimè imponi in confesso est: si inaffatos infantes ederint, oris saluam exiccati promittunt.

## Lac. CAP. LXII.

**L**AC generatim omne boni succi est: corpus alit, aluum emollit, stomachum & intestina inflatione vexat: vernum tamen dilutius æstiuo habetur, & è viridi pabulo aluum magis emollit. Probatum autem candidum, æquali crassitudine, quod vngui instillatum cogitur. Aluum minus tentat caprinum: quoniam pecus hoc adstringentibus pabulis, robore, lentisco, & oleaginis frõdibus, & terebintho magna ex parte vescitur: inde stomacho accommodatissimū reddi solet. Ouillū autem dulce, crassum, & præpingue, non vsque adeo vtile stomacho. Bubulum tamen, asiniuum, & equinum, ventri magis idonea: sed ipsum turbant. Quibus in locis pecora, scammoniam, veratrum, clematidem, aut mercurialem pascuntur, lac omne

omne ventrem & stomachum subuertit: quale in Iustinis montibus esse, à nobis proditum est. Si quidem capræ, quibus candidum veratrum pabulo fuerit, primo foliorum partu euomunt: & eorum lac haustum nauseam creat, & stomachum in vomitiones effundit. Ventrem adstringit lac omne decoctum, præcipuaque candentibus calculis marinis existit: & in summa, omnibus auxiliatur internis exulcerationibus, præsertim faucium, pulmonis, interaneorum, vesicæ, & renam; foris verò contra pruritus cutis, eruptiones papularum, & vitiatos corporis succos, recens cum melle crudo, addito sale, datur exigua aqua dilutum. Minus inflat quodcumque semel feruefactum. Decoctam cum calculis marinis ad dimidias, vlcerosas ventris fluxiones adiuvat. Lac quodcumque serum continet implicitum, quod ubi discessit à lacte, multò potentissimum ad purgationes redditur. Datur quibus sine acrimonia volumus deiectionem moliri, vt melancholicis, comitialibus, lepris, elephantiasis, & erumpentibus toto corpore papulis. Ex omni lacte fit, quod schistum, id est scissile, appellant. Lac autem fictili nouo feruet, ramoque ficulneo recenti mouetur, insparsis, postquam bis aut ter efferbuerit, totidem aceti mulsi cyathis, quot sunt heminae lactis: ita enim ferescens liquidum ab eo diuiditur, quod in caseum concreuit. Sed cum feruet, ne superfundatur, conueniet spongia ex frigida continuò fictilis labrum detergere, sextariumque argenteum frigida aqua ple-

num demittere. Bibitur heminis per interualla singulis, vsque ad quinas, ita vt intercedentibus spatiis, potantes ambulent. Lac autem recens efficax est contra rosiones vstionésque, ab exitialibus medicamentis factas: vti à cantharidibus aut salamandra, buprestes, aut pinorū eruca, hyoscyamo, dorycniò, aconito, aut ephemero: præsertim bubulum ad id eximi è confert. Gargari- zatur autem exulceratis faucibus, tonsillisque. A sininum peculiariter collutos dentes gingiuás- que stabilit. Fluxiones alui, si vlcera sentian- tur, tenemósque, ouillum, bubulum, aut ca- prinum cum marinis lapillis decoctum, sistit: per se autem & cum hordeacea ptisana aut ha- licaceo cremore infusum magnopere intestino- rum rosiones mitigat: exulceratæ vuluæ im- mittitur. Humanum lac dulcissimum est, & maximè alit: mammis autem exuctum, prod- est tabi, & stomachi rosionibus: contra hau- stum leporem marinum præsidio est: oculis cruore exictu suffusis cum thuris polline in- stillatur: podagricis vtile est, cum meconio, & cerato illitum. Lac omnè respüendum sple- nicis, hepaticis, comitialibus, vertiginosis, & neruorum vitio laborantibus, febriculosis, & capite dolentibus: nisi si quis interdum pur- gationis gratia, vt ostendimus, schistum præ- beat. Primi pare canis lacte perunctos nar- rant glabrescere: potum contra venena an- tidoti vicem obtinet, abortus mortuos expel- lit.



**C**aseus recens sine sale sumptus alit, stomacho utilis est, & facile in membra delegatur: corpus auget, aluum modicè emollit: alius tamen alio præstantior, pro natura lactis, à quo conficitur. Decoctus autem, & expressus, deinde infusus, aluum sistit: illitus, oculorum inflammacionibus, & sagillatis prodest. Qui verò recens salitus est, minus alimenti præbet: corpus aptè minuit, stomacho aduersantur, negotium ventri interaneisque exhibet: vetustiore sistitur aluus. Sero, quod à caseo manuit, quàm optimè canes aluntur. Quod hippaceni vocant, caseus est equinus: ea virus redolet, magnopere alit, bubulòque proportione respondet. Nec desunt, qui hippaceni, equinum coagulum appellarint.

Butyrum & eius fuligo. CAP. LXIV.

**F**lacte pinguisimo probatum sit butyrum, quale ouillum est: sit & ex caprino, agitato in vasis lacte, donec pingue separetur. Butyrum natura oleosum est & emolliens: vnde largius epotum, ventrem resoluit: prodest, vbi oleum non ad fuerit, contra venena. Cum melle si infricetur, dentitiones adiuuat: gingiuarum pruritus, & oris vlcera infantibus emendat. Illitum foris: capaciora alimètorum facit corpora, & ab albidis pustulis per summa scatentibus asserit. Contra inflammationes & duritias vulvæ, quod nec virus resipit, nec vetustatem sentit, butyrum efficax est: dysentericis, & coli exulcerationibus infunditur:

ditur : in medicamenta addi solet, quæ pns mouent: vtile præsertim cū nerui, aut cerebri membranæ, vesicæ cernix, vulnera acceperit. Id autem purgat, replet, carnem creat, ab aspide percussis vtilissimè imponitur. Recens oblonis additum olei vicem pensat, & adipis vice fungitur in bellariis. Colligendæ ex eo fuliginis ratio hæc est. Butyrum in lucernam nouam ingestum accenditur, fictilique operculato quod supernè in siphuncali speciem desinat, & infima parte cuniculos clibani modo habeat, crematur, & subinde aliud in absumpti locum sufficitur, dum eo acceruetur fuliginis modus, quem facere institueris: pennapost deraditur ad vsus. Eius effectus est in medicamentis oculorum, exiccare & adstringere: fluxiones cohibet, & vlcera celeriter ad cicatricem perducit.

Medicina lanarum. CAP. LXV.

Secidæ lanæ molles, è collo feminibusque laudatissimæ habentur. Subueniant inter initia vulneribus, percussis, desquamatis, liuidis, ossibus fractis, aceto, oleo aut vino imbutæ: siquidem facillè succos combibunt quibus immerguntur, & ob peculum sordem [ sic enim celsypum vocant ] emolliunt: capitis, stomachi, aliarumque partium doloribus, cum aceto & rosaceo efficaciter imponuntur. Crematarum lanarum cinis crustas obducit, exerescentias in carne cohibet, & vlcera ad cicatricem perducit. Mundæ autem & carptæ, in fictili erudo, cæterorum more, vruntur.

Necsecus fimbriati marinarum purpuraru flocculi cremari solent. Aliqui cum sordibus lanas carpunt, & melle irrigant, eodémque modo vrunt. Alij in fictili oris patuli, verucula inter se distantia componunt, & concerptas carminatásque lanas oleo ita suffusas, vt ne stillare quidem possint, assulis tedæ subiectis, & eisdem lanis que permutatim interstratis, leuiter succendunt, & vstas tollunt: quod si è teda pix, pinguitudóve vlla profluxit, collecta reconditur. Lauatur ad oculorum medicamenta: cinerem in labellis, aqua addita, manibus confricant, & confidere patiuntur: idque sæpius, mutant aquam, donec linguam adstringat, nec mordeat.

## Oesyfum.

## CAP. LXVI.

**O**esyfum vocant Græci, succidarum lanarum pinguitudinem. Cuius parandi ratio hæc est: Succidæ molles, radícula non curatæ, calida aqua lauantur, & quibuscumque sordibus expressis, & in labellum oris ampli coniectis, aqua infunditur, magnóque impetu ligula, vti respumet, agitur, aut lignea rude validiusculè conturbatur, quò largius sordida spuma colligi possit, deinde marina respergitur, confidente pingui quod supernatabat, collectóque in altero fictili vase, denuò aqua in labellum fusa agitur: spuma iterum mari perfunditur, & demum eximitur. Hoc tantisper fieri solet, dum consumpta pinguitudine nihil prorsus spumæ extet. Collectum

tum œsypum manibus emollitur, & si qua in-  
 sedit, spurcitia, confestim demitur: exclusaque  
 sensim omni aqua, recentique affusa, manibus  
 misceatur, donec admotum linguæ œsypum ad-  
 stringat leuiter, nec mordeat, atque pingue can-  
 didumque spectetur: tum in fictili vase conditur:  
 Verum omnia feruido sole fiant. Nonnulli ex-  
 colatum pingue frigida aqua eluunt, & mani-  
 bus, non secus atque ceratum mulieres, con-  
 fricant: ita enim candidius redditur. Alij elotis  
 lanis & sordibus quibuscumque exemptis, æ  
 lento igne in æneo vase ex aqua decoctis, pingue  
 quod supernatat collectum, aqua, vt diximus, la-  
 uant: colatumque in fictilem patellam, quæ ca-  
 lidam aquam contineat, linteo operiunt, atque  
 soli mandant, donec calidum fiat, & satis cras-  
 sum. Alij bidui spatio aquam effundunt, nouam-  
 que adiiciunt. Melius est læue, radícula non cu-  
 ratum, quod succidarum virus oleat, & si manu  
 in concha fricetur cum aqua frigida, albescat,  
 nihil in se duri aut concreti habens: veluti quod  
 cerato aut adipe adulteratur. Oesypum excalfa-  
 cit, explet vlcera, & emollit: præsertim sedis  
 ac vuluæ, cum meliloto & butyro: in vellere  
 appositum, menses & partus euocat, vlcera non  
 aurium modò sanat, sed & genitalium cum anse-  
 rino adipe: contra crofos angulos oculorum, sca-  
 biosusque: genas, quæ occalluerunt, & ciliorum  
 defluuia, efficax est. In testa noua torretur, do-  
 nec redactum in cinerem pinguitudinem amit-  
 tat. Ex eo etiam fuligo colligitur, vti demonstra-

uimus: quæ in oculorum medicamenta commo-  
dè addi solet.

## Coagulum.

## CAP. LXVII.

**L**eporis coagulum tribus obolis ex vino, ve-  
nenatorum moribus, cœliacis, dysentericis,  
& foeminis fluxione vulvæ laborantibus, ac re-  
jectionibus à pectore, auxiliatur. Sanguinem in  
grumos concretum dissolvit. Post menstruas pur-  
gationes appositum vulvæ cum butyro, præ-  
stat mulieribus ut concipiant: potum verò par-  
tus enecat, & à puerperio, pariendi spem adi-  
mit. Equi coagulum, quam hippacem aliqui vo-  
cant, privatim cœliacis dysentericisque con-  
uenit. Hœdi, agni, hinnuli, capræ laticor-  
nis, & dorci, apri, cerui, vituli, bubalique  
coagula similes naturas sortiuntur contra aco-  
nitipotum in vino, & concretum lac in aceto,  
conuenienter assumuntur. Hinnuli privatim tri-  
duo à purgationibus admotum, partus spem in-  
tercipit. Vituli marini, castorei vires repræ-  
sentat: comitialibus, strangulatis vuluis, po-  
tu conferre existimatur. Sed si sit vituli ma-  
rini, hoc experimentum est: aqua inspergitur,  
qua paulisper cum alterius animantis, cum præ-  
cipue agni coagulum, maduerit: nam si erit  
syncerum, statim liquefit in aquam: sin mi-  
nus, consimile permanet. Excipitur autem ca-  
tulus, qui nondum natum possunt. In summa,  
coagulum omne dissipata cogit, & coacta dis-  
soluit.

Adeps,

Adeps.

CAP. LXVIII.

**A**deps anserinus aut gallinaceus recens & sine sale conditus, ad vuluæ vitia proficit: sale inueteratus, & qui temporis spatio acrimoniam concepit, vuluæ inimicus est. Recens exemptis membranis in fictilem ollam demissus, quæ altero tantopere capacior sit, quantus sit modus adipis, quem curare institueris: obstructo diligenter vase, flagrantissimo Soli exponitur: eliquescens inde humor in fictile alterum excolatur, donec adeps omnis absumatur, mox loco vehementer frigido reconditur, & ad vsus digeritur. Alij fictile falsciunt super aquam calidam, aut tenuem & elanguidam pranam, quæ Soli vice penset. Est & alia curandi ratio: Exemptis membranis teritur, coniectusque in ollam eliquatur, adiecto minuti salis momento: mox lineo colostransfus reponitur. Utiliter in medicamenta additur, quæ lassitudines & fatigationes leuant. Suillus adeps & vrsinus hoc curantur modo: Recens, præpinguis, renibus potissimū detractus, in largiore aqua cœlesti, & quàm frigidissima, exemptis tunicis, diligentissimè manibus confricatur, & exprimendo fermè siccat, subindèque noua aqua abluitur: cæterùm fictili capacitatis duplæ inditus, in aquam demergitur, & subditis leuibus prunis spatha mouetur: eliquatusque colostransfunditur in aquam: vbi verò refrixit, & gattatim aquam omnem excludit, in prælotum fictile demittitur, & infusa aqua leniter eliquari

debet, & manu deprimi, quò facilius faculentum virus pessum eat: postea in pilam spongia madefactam transfunditur. Vbi coire cœpit, residens in imo sordes eximitur. Tertio citra aquam eliquatur, repurgatusque, fictili benè operculato, per quam frigidis locis reponitur. Hircinum seuum, ouillum, ceruinumque ita curato: Elotum ex his quodcumque, tunicis, (vt in suilli mentione dictum est) exemptis, pilæ emolliendum tradito, ac manibus fricato, affusa paulatim aqua, donec ne amplius quidem cruentum virus excernatur, aut pingue aliquod innatet sed nitida spectetur. Deinde in ollam fictilem conicito, & adiecta aqua, vt superemineat, leui pruna liquefacito, & moueto, atque in aquam colato: eumque refrixerit, iterum in loto fictili eliquato, & quæ antè diximus facito. Tertio sine aqua liquefactum, in perfusam liquore pilam colato, refrigeratumque, vt in suilli ratione diximus, recondito. Bubulum autem seuum, renibus maxime detractum, exemptis membranis aqua marina ex alto petita eluendum est: mox in pila tundendum diligenter, affusa maris aqua. Cùm vero dissolutum fuerit, in fictilem ollam coniciendum, & marina aqua, quæ non minus dodrante superemineat, proluendum, decoquendum donec omnis aboleatur odor, dditis ad singulas seui Atticas minas, quaternis Tyrrhenicæ ceræ drachmis: excolatumque, detractis quæ pessum ierant sordibus, in nouo fictili reponendum: opertumque Soli interdium credendum, vt ad candorem reducatur,

catur, & odoris virus euanescat. Priuatim taurorum pingue sic curari debet: Renibus euulsum pingue profluente annis aqua abluro, detractisque tunicis, fictili iouo, postquam exiguum sale inasperferit, liquefacito: dein in nitete aquam excolato, & ubi concrefcere coepit, manibus iterum confricando vehementer lauato, aqua saepius infusa refusaque, donec quam optimè elotum videatur: rursus in olla cum pari modo vini odorati decoquito, & cum iterum efferbuerit, dempto ab igni vase, ibidem finito pernoctare: postfridie si grauiter adhuc oleat, noua olla repetitū, vino odorato perfundatur: eadem quæ prius fiant, dum omne virus euanescat. Colliquatur & sine sale, præsertim affectionum earum causa, quibus sal aduersari solet, sed ita paratum non magnopere albescit. Eodem modo pardorum ac leonum pingua curari oportet. Taurinum autem & vitulinum pingue, necnon ceruinum, atque etiam huius animalis medulla, odorem imbuatur, hac ratione: Pingue, quod odoratum reddi debet, demptis, quæ diximus modò, membranis, elotum & vino quam odoratissimo, nulla maris aqua diluto, seruetur, pernoctare finitur: alterum id genus vinum eadem mensura infunditur, colliquatur, & exquisite colatur: nouemque eius heminis, ianci Arabici septem drachmæ adiciuntur. Quòd si ipsum odoris fragrantioris fieri uoles, quadraginta floris eiusdem drachmæ, cum paribus palmæ, calami, & casia modis adduntur: & xylobalami, aspalathi singulæ



gulae drachmae: cinnamomi, cardamomi, & nardi, singulae unciae: omnia exactius tundantur, & affuso vino odorato, in vase aperto, quod supra carbones firmiter collocatum sit, ter efferuescunt, & semoto ab igne vase inibi pernoctant: postridie vinum effunditur, aliudque generis eiusdem adicitur. Ter simili modo bene conferuescat. Deinde matutinis exempto adipe vinum effundatur, & abluto vase, si quid imo subsidens haesit, detergatur. Postremo eliquatum pingue & excolatum ad usus reconditur. Hoc autem modo odoris imbuatur, quod antea curatum est: Verum antea dicta prius inspissari solent, quod facilius sibi odoramentorum vires adsuscipiant. Itaque assamens quodcumque horum volens, cum vino feruifacito, impositis una myrti ramulis, serpyllo, cypero, item aspalatho plenius tuso. Aliqui tamen ad hunc usum, vno dumtaxat horum contenti sunt. Cum autem ter efferbuit, exemptum leniter, & linteo colatum, aromatis, uti expositum est, imbuatur. Adipibus spissamenta sic fiunt (quocumque acceperis, oportet ut recens tundatur) Syncerus & sanguinis expers adeps, reliquas habens notas, quas saepe retulimus, in ollam nouam demittitur, infuso vino, albo veteri, odorato, quod semipedis altitudinem superet: lento igni feruescat, dum vernaculus odor aboleatur, pleneque vinum redoleat. At ubi depositum vase refrigit, duae adipis minae in ollam mittantur, & duo vini eiusdem sextarij, & seminis loti, eius, inquam, cuius est ligno ludicrae tibiae  
 facti-

factitantur, tñsi minæ quatuor adiciuntur: len-  
 ro igni subiade miscendo decoquantur: cùmque  
 odoris virus euauerit, excolatúsque adeps re-  
 frixerit, vna contusi aspalathi mina, cum amara-  
 cini floris minis quatuor, & vetere vino subigi-  
 tur. Noctẽ vna hæc odorem rapiunt, combibunt-  
 ne. Postridie in fictilem ollam tricongialem, ea  
 omnia cum adipe iniecta, additis sextariis tribus  
 vini, vna feruescunt, quousque & vim & odorem  
 spissamentorum adeps ipse contraxerit: qui eli-  
 quescens colatur, & reponitur. Quòd si maiorem  
 odoris fragrantia efflagites, drachmas octo quam  
 pinguisimæ myrrhæ vino maceratae, quod mul-  
 tos in annos asseruatum est, misceto. Gallinaceus  
 anserinúsque sic odoribus imbuti solent: Cuius-  
 uis eorum percurati sextarij duo fictili olla ex-  
 cipiuntur: erylisceptri, xylobalsami, palmæ ela-  
 tæ, & calami planè contusi, singulorum fescun-  
 cia admiscetur: vini Lesbij veteris cyathus vnus  
 adicitur: cæter effervescent prunis, mox vase  
 sublato ab igne, die noctúque refrigerantur: po-  
 stridie liquata per linteum crassum, mundam in  
 vas excolantur. Vbi verò adeps coierit, concha  
 excipitur, fictilique nouo densius operto per-  
 frigidis locis reponitur. Hyberno tempore id  
 instituere oportet: æstate siquidem pingua non  
 cogantur. Nec desunt qui Tyrrhenicæ ceræ mo-  
 mentum adiciant, quò facilius in vnum corpus  
 omnia coalescant. Eadem ratione suillus adeps  
 & ursinus, cæteri que id genus, odoramentis  
 imbuuntur. Verùm sampſuchi odorem adeps  
 ipse

ipſe repræſentabit hoc modo: Curati quàm optime adipis, præſertim taurini, mina vna, tempeſtinique ſampſuchi exquisitè contracti, ſeſquimina miſcentur, & inſperfor largiore vino digeruntur in offas, quæ in vaſe cooperto nocte quieſcunt: matutinis in fictili olla leuiuſculo igni, affuſa aqua, leuiter coquantur: dùmque ſuũ adeps odorem exuerit, defæcatus ac bene opertus, nocte tota permanet: poſtero die deterſa ſorde, quæ peſſum ierat, ſampſuchi, vt dictum eſt, conuſi iterum ſeſquimina priori paſtillo adiicitur, eodẽmque modo in offas cogitur: aliis quæ diximus peractis, decoquitur & colatur: & ſi qua fundo hæſit, ſpurcicia, deraditur, & frigido loco reconditur. Si quis tamen incuratum adipem anſerinum, gallinaceum, aut vitulinum, à putredine tueri velit, ita faciendum eſt. Quemuis adipem diligenter clotum & liccatum in vmbra ſuper cribrum, per lintea munda manibus vehementer exprimat, linõque conſutum vmbroſo in loco ſuſpendat, & poſt multos dies noua charta inuolutum, frigido loco recondat. Pinguia autem indito melle vindicantur à putredinis vitio. Vis omnium eſt excaſfacere, mollire, rarefacere. Taurinus adeps, bubulus, & vitalinus aliquantum adſtringunt: earundem virium compos leoninus: nam reſiſtere eum aiunt iis, qui inſidias moliuntur. Ceruino, elephantinõque peruncos, ſerpentes fugiunt. Adſtrigentior eſt caprinus: qua ex cauſa decoctus cum polenta, rhoë, & caſco, dyſentericis datur, & cum ptiſanæ ſucco infunditur.

tur. Ius decocti pthificis in sorbitionibus prodest. Datur quoque vtiliter iis qui cantharidum venena hauserunt hiroinus, vt qui validissime discentiar: podagricis auxiliatur, cum fimo caprae & croco impositus: hanc proportione respondet ouillus. Suillus verò contra vuluæ & sedis vitia idoneus est: ambustis igni medetur. Elue vetustissimus quisque sole conditus excaesfacit, & emollit: elorus vino pleuriticis prodest. Cinere aut calce exceptus, inflammationibus, fistulis, ac tumoribus succurrit. A sininum tradunt cicatrices corporis concolores reddere. Anserinus gallinae cœsusque conueniunt mulieribus malis, & ad labiorum rimas, ad mangonizandam faciam, & contra aurium dolores. Vrsinum constat raptos vitio alopeciae capillos restituere, pernionibus subuenire. Vulpinus medetur aurium doloribus. Flouiatilium piscium pingua perunctis oculis claritatem afferunt, si in sole liquecant: & melli admisceantur. Viperæ adeps contra oculorum hebetudines suffusionésque efficacis est. addita cedria, melle Attico, & pari oleo vetere, pilos alis euulsos perunctis radicibus recens & per se illitus obliterat atque renasci non patitur.

## Medulla.

## CAP. LXIX.

**L**Audatissima est ceruina, mox vitulina, post hanc taurina, dein caprina, & ouilla. Colliguntur æstatis exitu, cū appetit autumnus: quippe cū aliis anni temporibus concrementum sanguinis, & veluti caro friabilis, in ossibus inueniatur:

ueniatur: nec facillè cognosci potest, ni quis eam  
 ossibus extrahat & recondat. Omnes medullæ  
 molliunt, calfaciunt, rarefaciunt: vlcera explent,  
 ceruina perunctos venenata fugiunt. Curantur  
 recentes, adipis modo, aquæ respersu subactæ se-  
 lectisq̃ue ossibus tantisper elotæ, & in linteum  
 expressæ, donec aqua syncera emanet: & de-  
 terfa sorde penna, si quæ innatet, liquatæ in du-  
 plicato, vase in pilam exprimuntur: & vbi coe-  
 re, omni face, quæ ad ima sidit, derasa, fictili no-  
 uo reponuntur. Quod si libet incuratas repone-  
 re, facito omnia quæ de anserum & gallinarum  
 adipe demonstrauimus.

Fel.

CAP. LXX.

**F**EL omne curatur hoc modo: Recens præli-  
 gato ore folliculi lino tãdiu dimissam in fer-  
 uentem aquam, dum quis spatium trium stadio-  
 rum percurreret, mox exemptũ siccatur vmbroso  
 loco, asperginẽ non redolente. Sed quod ad ocu-  
 lorum medicamenta adjici solet, ligatum lino in  
 vitreum vas, quod mel habeat, immittitur: cir-  
 cunuoluto ad os vasis lini principio, & operto  
 vase recorditur. Est enim vis omnium acris &  
 excalfaciens intensis tamen & remissis viribus  
 differant: siquidem præstantius in effectu esse vi-  
 detur fel marini scorpionis, & piscis qui calliony-  
 mus appellatur, marinæ testitudinis, hiænæque:  
 itẽ perdicis, aquilæ, gallinæ candidæ, & syluestris  
 capræ: quod priuatim prodest contra suffusiones  
 incipientes, & oculorum caligines, argemas, &  
 genarum

genarum scabritias. Ouillo, suillo, hircino, atque  
 vrsino, taurinum multò efficacius. Felle omni  
 per facilem, præsertim infantibus, deiectionem  
 quis molietur, si intinctum eo tométum aut sim-  
 briam sedi subiiciat: Priuatim taurino anginae  
 cum melle perunguntur: sedis vlcera sanat, & ad  
 cicatricem vsque perducit. Idem auribus fractis,  
 & purulentis cum muliebri lacte aut caprino in-  
 stiliatum, medetur: & sibilo earundem ex porri  
 succo. Admisceri insuevit vulnerariis emplastris  
 & circumlitionibus, quæ contra venenata paran-  
 tur. Phagedænicis vlceribus, colis & scroti do-  
 loribus, ex melle prodest: lepras, furfures cum  
 nitro & terra cimolia quàm optimè purgat. Ouil-  
 lum & vrsinum contra eadem polent, verùm  
 inefficacius hæc præstant. Vrsinum eclemate co-  
 mitiales adiuuat. Fel testudinum anginis, & ino-  
 re infantium nomis prodest: naribus inditū co-  
 mitiales erigit. Syluestrium caprarum felle pe-  
 culiariter peruncti lusciosi sanantur. Hircinum  
 idem obit munus, thymia abolet, & luxuriantes  
 elephantorum extuberationes illitu reprimi-  
 t. Suillum autem contra auriam vlcera, reliquaque  
 omnia, magno vsu assumitur.

## Sanguis.

## CAP. LXXI.

Sanguis anseris, anatis & hœdi, utilissimè in  
 antidota miscentur. Palumbi autem, turturis  
 & columbæ, necnō perdicis, oculis cruore suffu-  
 sis, & recentibus eorum vulneribus, lusciosisque  
 illi-

illinuntur. Peculiariter columbæ sanguis, cruorem membranis cerebri erumpentem inhibet. Hirci, capræ, cerui & leporis sanguis iussatus sartagine, dysenterias & cœliacorum profluvia sistit: in vino potus contra toxica efficax est. Leporinus sanguis ita vt tepet illitus, vitia cutis in facie, lentiginésque emaculat. Caninus commodè ad his bibitur, quos efferata in rabiem bestia momorderit: contra epotum toxicum auxilio est. Testudinis terrestriis sanguinem epotum tradūt prod se comitialibus. Marinæ autem testudinis cum vino & leporis coagulo cuminóque contra serpentium morsus, & hausta rubetæ venena, cōuenienter bibitur. Taurinus cum polenta illitus, duritias discutit, emollitque. Sanguis equarum, quæ admissuram expertæ sunt, in medicamenta additur, quæ erodunt, septica vocant. Sanguine chamæleonis genarum palpebras euelli creditum est. Hoc enim viridiam ranarum sanguine præstatur. Menstruus sanguis sceminarum, circumlito conceptum inhibere existimatur, aut si omnino mulier menstrua supergrediatur: lenat podagræ dolores & ignem sacrum illitus.

Fimum.

CAP. LXXII.

**A**Rmentariæ bouis fimum, si recens admoueat, vulnerum inflammationes mitigat: foliis autem inuoluitur, & calfactum cinere feruenti superponitur. Coxendicis cruciatus fotu compescit: illitum ex aceto duritias, panos, & strumas discutit. Priuatim suffitu fimi, quod à masculo

culo boue redditum est, procidentes vuluæ reprimuntur: accensi nidore culices abiguntur. Fimum caprarum, præsertim in montibus degentium, potum in vino, regium morbum emendat: menses cit cum odoramentis haustum, & partus enocat: tæitum in farinam, & impositum lanis cū thure, fœminarum profluvia sistit, cæterósque sanguinis impetus ex aceto cohibet: medetur alopecis exustum, & cum aceto aut oxymelite illitum: cum axungia verò impositum, his, qui podagra tentantur, auxilio est. Caprillum in aceto decoctum imponitur serpentium moribus, vlceribus quæ serpunt, igni sacro, & parotidibus. Vtilem ischiadici vñtionem hunc in modum accipiunt: In eo interstitio vbi pollex brachiali committitur, caua veluti lacuna subsidet, in qua lana oleo imbuta substernitur, deinde sigillatim feruentes stercoreis caprini pilulæ imponuntur, dum vapor per brachium ad coxam sentiat peruenire, & coxendicis dolorem mitigare: adustio id genus Arabica appellatur. Quillum ex aceto illitum sanat epinyctidas, clauos, pensiles verrucas, thymos, & ambusta igni, rosaceo cerato exceptum. Fimum suis syluestris aridum, in aqua aut vino potum, reiectiones sanguinis sistit: verustum lateris dolorem mulcet, adrupta & conuulsa ex aceto bibitur, luxatis cum cerato rosaceo medetur. Tam asinorum quàm equorum fimum siue crudum siue crematum, addito aceto, sanguinis eruptiones cohibet. Armentarij, qui herba pascitur, sic cum fimum liquatum in vino, mox potum,



contra scorpionum istus magnopere auxiliatur. Columbinum vehementius & exalfacit & vrit, cum hordeacea farina mistum strumas ex aceto discutit: carbunculos emarginat, tritū cum melle, lini semine & oleo: ambustis igni medetur. Gallinaceum verò omnia eadem, sed inefficacius præstat: priuatim tamen contra venena fungorū, & coli cruciatus ex aceto aut vino bibitur. Ciconiæ simum, si ex aqua hauriatur, comitialibus prodesse credunt. Vulturni fimi nidore partus excuti produntur. Murinum detritum cum aceto, & illitum, ad opeccis medetur: cum thure & mulso calculos expellit: subditæ infantibus mufcerdæ, alui deiectionem promouent. Caninum quod flagrantissimo canis sydere fuerit exceptum, cum vino aut aqua potum, sistit aluum. Humanum steruus illitum, vulnera ab inflammatione vindicat, & obiter intumescere non patitur: sed ea statim glutinat, sicco ex melle anginæ perungi commodissimè traduntur. Terrestris crocodili simum, crocodileam vocant, quæ mulieribus colorem nutrit in facie, nitorémque seruat. Optima est candidissima & friabilis, amyli modo, minimè ponderosa, in humore statim eliquescens; quæ cum teritur, fermenti acorem quædam tenus refert. Adulterant eam sturnorū fimo, quos captos oryza pascunt, ipsūmq; non dissimile vendūt. Alij amyli aut cin: oliam miscet, & adscito anebusæ colore per rarū cribrū paulatim exprimunt, vt se contrahat in vermiculorum speciem: qui siccati pro crocodilea veneūt. Inter

omnes conuenire inuenio, humanum stercus caninumque gutturi impositum, anginis auxiliari.

Vrina.

CAP. LXXIII.

**H**umanā urinā suā cuique bibere, cōtra viperæ morsus, ac venena, incipientemque aquā inter cutē proderit: scorpionis, viperæ marinorū, draconisque morsus ea conuenientissimè fouetur. Caninas ad perfundēdos canis morsus idonea est: pruritus & lepras nitro addito expurgat, sed vetus vlcera capitis manātia, furfures, ploras, & feruidas eruptiones, multò magis abstergit: nomas, & præcipuè genitaliū, cohibet: auribus infusa manās pus supprimit: decoctaque in calyce mali punici, earū vermiculos abigit. Pueri impubis resorpta vrina, orthopnoicis auxiliatur: decocta in aereo vase cū melle emēdat cicatrices, argema, caliginēque, ex ea & cuprō idoneū auri ferrumen cōficiūt. Quod in vrina subsidis, illitu ignē sacrū mitigat: feruesctū cū ciprino, inditūque, vulnæ dolores mulcet: strangulatus leuat, genas detergit, ocalorum cicatrices expurgat. Taurina, si cū myrrha instilletur, auriū dolores lenit. Aprina viribus eisdem prædita est: priuatim committit vesica calculos, & potu expellit. Caprina ad aquā quæ cutem subiit, cum nardi spica quotidie binis cyathis cū aqua bibitur, urinamque per aluum extrahit, auriū doloribus instillata medetur. Asinina traditur renū vitiis mederi. Lyncis urinam, quam lyncurium appellant, simulac excernitur, glaciari coiréve in calculi duritiam, vulgò

creditum est: quare quod de ea proditum est, vanum esse convincitur. Est enim quod à nonnullis vocatur succinum pterygophoron, ideo dictum quòd pennas ad se alliciat. Id potum ex aqua, stomacho aluòque fluxione laboranti convenit. A sininæ urinæ potum renum vitia sanari traduntur.

Mel.

CAP. LXXIV.

**P**Rincipem locum obtinet mel, quod Atticæ regionis est, præcipuè ex Hymetto, mox Cykladibus insulis, & è Sicilia, cognomine hybleū. Magis probatur dulcius & acre, odoratius, subflavum, nec humentum, græve, & minimè fluxum, quod obsequacem lentitiam non faciliè abrum-pitur, tractumque resilit in digitos.

Mel abstergendi vim habet: ora venarum aperit, humores euocat, qua ratione in sordida ulcera sinusque commodissimè infunditur. Decoctū atque impositum, abscedentem carnem glutinat, medetur impetigini coctum cum liquido alumine & illitum, item aurium sonitui & dolori, cum fossili sale trito, tepidū instillatur: lentes & fœda capitis animalia illitum necat, nudam glâdem recuticis operit, præsertim quæ circuncisione aperta non est, si melle præputium à balineo triginta diebus emolliatur: oculorum caliginem discutit, faucibus, tonsillis, anginæ collutum gargarizatūve medetur: urinam ciet, auxiliatur tussi, & à serpente percussis: contra haustū meconium, cum rosaceo calidum assumitur: aduersus

sus venena fungorum, & rabiosi canis morsus  
 linctum aut potum proficit: crudum tamen al-  
 uum inflat, tussim lacepsit, & ea de re despumati  
 vsus aptior est. Primatum tenet in mellis gene-  
 re vernum, deinde æstiuum: hybernum verò, vt-  
 pote quod crassius constet, deterrimum reputa-  
 tur, ceraginis halitum expirat. Quod in Sardinia  
 gignitur mel, amarum est: quoniam apes inibi  
 absynthio vescantur quo vitia cutis in facie &  
 maculæ aptissimè perunguntur. Heracliæ in Põ-  
 to quibusdam anni temporibus, propria quorun-  
 dam florum dote, mel conflatur: quod qui edere,  
 mente ab alienantur, ac sudore diffluunt. Reme-  
 dio sunt, esitata ruta, & salsamenta, aut epotum  
 mulsu, resumpta, quoties vomitione reiciun-  
 tur: acre autem est, & olfactu sternutamenta mo-  
 uet. Quod cum costo illitum, foeminarum cu-  
 tem emendat, & cum sale sugillationes rapit. Est  
 & aliud concreti mellis genus, quod saccharon  
 nominatur. In India verò, & felici Arabia in  
 arundinibus inuenitur: salis modo coactum est,  
 dentibus, vt sal, fragile aluo idoneum, & stoma-  
 cho vtile, si aqua dilutum bibatur: vexatæ vesi-  
 cæ renibusque auxiliatur, illitum ea discutit, quæ  
 tenebras oculorum papillis offundant.

Cera.

CAP. LXXV.

**C**ERA optima est subfulua, suppinguis, pura,  
 odorata, & halitum quadamtenus melleum  
 referens, natione Pontica, aut Cretica. Secun-  
 dum locum obtinet candicans, & suapte natura

pinguis. Candida fit hoc modo: Ex ea radunt album syncerumque, atque transfundunt in vas, quod satis habeat marinæ ex alto petitiæ, inperfectoque nitri momento, decoquunt: cumque iterum tertiove inferbuit, separatum vas refrigerant, ac ceræ pastillum eximunt, deterfa sordē, si qua forte adhæsit: tum denuò indita noua maris aqua feruet: uti retulimus: & vase dempto ex igne, fundum ollulæ nouæ aqua frigida madefactum, in ceram summam suspensa manu intingunt, quò celerius concreseat, & quam minima portio extrahatur. Suscepto primo ceræ orbiculo, iterum vasis inum aqua refrigeratum, tantisper in ceram immitti debet, dum tota excipiat. Orbiculi lino consuti, interuacante spatio, suspenduntur, & interdium continuò sub sole, noctu sub luna aspergantur, vsque dum perfectè albefcant. Verùm si eximius ille cãdor desideretur, eadem factitari, & identidem recoqui operæ pretium est. Nec desunt, qui pro marina, in maria quam acerrima semel aut iterum decoquant, dein laguncula tenui, rotunda, ansam habente, extrahunt postea orbiculos, substrato affatim cæspite herbofo insolant, donec candorem summum contraxerit. Præcipiunt hoc obeundum munus vere, cum sol remissa vehementia humorem pariat, ut non faciliè liqueatur. Cera omnis mollit, calfacit, modicè explet corpora: datur in sorbitione dysentericis, ac milij magnitudine decem grana ceræ hausta, lac in nutricibus non patiantur coagulari.

Propolis,

## Propolis. CAP. LXXVI.

**P**ropolis eligi debet flaua, odorata, styracem referens, in vehementi ariditate mollis, & mastiches more ductilis. Magnopere calfacit, & euocat: aculeos, & omnia infixæ corpori extrahit, in vetere tussi suffita proficit, impetigines ad-mota tollit: ea in alueariorum foribus, cerosæ naturæ inuenitur.

## Triticum. CAP. LXXVII.

**O**ptima è tritici generibus ad secundæ valetu-dinis vsus habentur, quæ recentia, & iam per-fecte adulta, colorem luteum referunt: dein se-quuntur trimestria, quæ nonnullis sitania nominā-tur. Itaque cruda in cibis teretes tineas gignūt, canū moribus profunt, mansa & imposita: con-fectus eorū simlagine panis, plus alit, quàm ci-barius, è trimestriū farina panis leniorem cibum præbet, & qui faciliè in mēbra demandetur. Fa-rina eorū cum hyoscyami succo illinitur aduer-sus neruorum fluxiones, quas Græci rheumatif-mos vocant. Item contra interaneorum inflatio-nes, lentigines ex aceto mulso tollit. Furfu-res autem in acri aceto decocti, turgentis mam-mas sedant: viperarum ictibus auxiliantur, & torminosi profunt. Farinaceum fermentum calfaciendi, extrahendique vim habet: priua-tim callos pedum, clauosque extenuat, & cæ-tera tubercula farunculósque ex sale concoquit, & aperit. Sitaniorum farina, contra venena-tos ictus cum aceto aut vino commoissimè illinitur;

illinitur: eadem si decocta in glutini modum delingatur, cruentis excreationibus proderit: cōtra tulsim, & exasperatas arterias, cum mentha & butyro decocta, efficax est. Tritici pollen si ex aqua mulla, aut hydrelæo decoquatur, omnem discutit inflammationem. Panis & crudus, & coctus cum aqua mulla inflammationes omneis illitu mulcet, cum emolliat, & quadāntenus refrigeret: sed herbis succisve huic rei accommodatis admisceatur. Vetus panis aridus adiectis conuenientibus, citam alnum cohibet. Recens muria maceratus, illitu vetustas impetigines sanat. Glutinam ex similagine, & polline, quo chartæ glutinantur, sangainem excreantibus prodest, si liquidus ac tepidum cochlearis mensura detur forbendum.

### Hordeum CAP. LXXVIII.

**H**ordeum optimum est candidum purūque: id minus quā̄m triticum alit. Ptifana tamen ob cremorem in decoctione redditum, plus alimenti præbet, quā̄m polenta ex ordeo facta. Cōtra acrimonias atque gutturis scabritias, exulcerationēque pollet: quibus etiam triticea ptifana præsidio est, sed plus alit, magis que vrinam mouet. Lac abundē suppeditat, si cum foeniculi semine decocta sorbeat. Hordeum absterget, vrinam ciet, inflationē parit, stomacho aduersatur, tumore concoquit: Farina hordeacea decoquitur in mulla aqua cū fico, vt inflāmationes collectiōnēque discutiat: duritias cū resina, & fimo columbarum

barum concoquit: cum melioto autem, & papaueris calyce dolores finit, qui latus excruciant: aduersus intestinorū inflationes cum lini semine, fœnogræco, & ruta illini iuuat: strumas cum pice liquida, cera, oleo, & impubis pueri vrina, ad concoctionem perducit: & cum myrto, aut vino, aut malicorio, aut syluestribus pyris, aut rubo, alui profluvia sistit: podagricis inflammationibus, cum coroneis aut aceto prodest: decocta in acri aceto, modo quo hordeaceū cataplasma, & calida imposita, lepris medetur. Cremor verò farinæ ex aqua, atque cum pice, & oleo decoctus, pari mouendo est: cum aceto subactus itidem, & cū pice, contra articularum fluxiones prodest. Farina ex his aluum cohibet, inflammationesque mitigat.

## Zythum.

## CAP. LXXIX.

**E**X hordeo potus fit, cui zytho nomen est. Is vrinam cit, renes & nervos tentat, membranis, præsertim cerebrum vestientibus, officit: inflationem parit, vitiosum succum creat, elephantia sin gignit: perfusum zytho ebur, obsequiosum & operi tractabile redditur.

## Curmi.

## CAP. LXXX.

**F**IT & ex ordeo potus, quem curmi nominant, eoque sæpe potu pro vino vtuntur: verūm dolorem capitis mouet, malum succum gignit, neruis nocet. Consimilia etiam potus genera ex tritico fieri solent, in Iberia, quæ occidentem spectat, & Britannia.



Zea seu semen. CAP. LXXXI.

**Z**EA duorum generum est: vna simplex, altera in geminis putaminibus grana bina iuncta gerit, ob id dicoccos appellatur. Plus quàm hordeum alit, ori grata: digeritur in panificia, minus quàm triticum alens.

Crassior farina. CAP. LXXXII.

**C**RIMNON crassior est ex zea triticoque farina, ex qua pultem faciunt. Abundè alit, facile conficitur, alium vehementius adstringit, si zea, ex qua fit, prius torreatur.

Siligo. CAP. LXXXIII.

**E**IDEM generi siligo adscribitur, sed minus aliquantò nutrit: in panes, vt zea cogitur. Fit quoque è siligine crassior farina, quam Græci crimnon vocitant.

Athera. CAP. LXXXIV.

**A**THERA ex zea sic tenuissimè molita est autem sorbitio, quasi liquida pulicula, infantibus conueniens, & cataplasmatibus efficax.

Tragos. CAP. LXXXV.

**T**RAGOS quandam halicæ frugis figuram gerit: multò minus, quàm zea nutrit, quòd multum aceris habeat: quare ægrius conficitur, aliumque magis emollit.

Avena. CAP. LXXXVI.

**A**VENA, genicula quædam habet, folio & stipula triticum imitatur, & in cacuminibus dependentes paruulas veluti locustas bipedes gerit,

in

in quibus semen continetur, vrile ad cataplasma-  
ta, vti hordeum. Pulte huius aluus sistitur, prod-  
est tussientibus in sorbitione succus.

## Oryza. CAP. LXXXVII.

**O**Ryza frugum generis est in plaustribus ri-  
guisq; natus. Mediocriter alit, sed aluum  
supprimit.

## Halica. CAP. LXXXVIII.

**H**alica fit ex zea, quam dicoccon appellau-  
mus: plus alit, quam oryza: aluum magis co-  
hibet, stomacho longè utilior, decocta in aceto  
illitaque lepras tollit, vnguium scabritias extri-  
cat incipientibus ægilopiis medetur. Decoctum  
dysentericis, quos excruciat dolor, infusum, ido-  
neum est.

## Miliun. CAP. LXXXIX.

**M**iliun in panes coactum, minus cæteris fru-  
gibus alit, sistit pulte sua aluum, vrinam cit.  
Torretur miliun, feruensque in sacco ponitur,  
vt torminibus, reliquisque doloribus, si fouea-  
tur, auxilio sit.

## Panicum. CAP. XC.

**P**anicum, fromentaceis seminibus annuera-  
tur, milo simile, eodemque modo in panes sub-  
igitur: eisdem habet vltus, minus tamen & na-  
tuit, & stringit.

## Sesama. CAP. XCI.

Sesama stomacho inutilis cibus, halitus gra-  
uitatem

uitatem facit, quoties inter mandēdum commissuris dentium inhæsit: neruorum crassitiem illitu discutit: medetur auribus fractis, ambustis, inflammationibus, coli doloribus, & cerastæ moribus: capitis dolores, qui æstuatione concitantur ex rosacea lenit: eadem efficit herba decocta in vino, præsertim inflammationibus oculorum doloribusque prodest. Ex ea fit oleum, quo Aegyptij vtuntur.

Lolium.

CAP. XCII.

**L**olium, quod inter segetes nascitur, mollium, illitu nomas, putrescentia vlcera, gangrænâsque emarginat: lanat cum raphanis, sale & aceto feros lichenas, & ex aceto, & sulphure viuo, lepras: strumas quoque discutit, cum fimo columbino, & lini semine decoctum in vino: rumpit, quæ ægrius ad coctionem perducuntur. Decoctū ex aqua mulla, vtilissime ischiadicis illinitur: si cum polenta, thure, myrrha, aut croco suffiatur, conceptionem adiuvat.

Amylum.

CAP. XCIII.

**A**mylum ex eo appellatum est, quod sine mola fiat. Optimum ex timestri, natione Creticum aut Aegyptium. Ratio faciendi amyli hæc est: Purgatum trimestre triticum madescit quinque die, & si fieri potest, nocte: cum emollitum fuerit, effunditur sensim, sine agitatione, aqua, quod minus cremor vtilis vnâ excludatur, vbi mollissimum esse videtur, mutata aqua pedibus calcari oportet: rursus infusa, teri: tum demum  
 enatan-

enatantes ibi furfures incerniculo eximendi, reliquumque quallo sportisque siccatum regulis nouis confestim torreatur flagrantissimo in sole: namque si paulisper vdim maneat, acoré concipit. Contra fluxiones oculorum, pustulas, cauaque vlcera efficax est: sanguinis reiectiones potu cohibet, exasperatas fauces lenit, lacti atque obsoniis admiscetur. Fit etiam amyllum ex zea, quæ maceratur, ac eluitur vno aut altero die, & subactæ farinae modo manibus subigitur: pressaque feruentissimo in sole, vt antè retulimus, exiccatur: nullius in medicina vsus, ad alia tamen conueniens.

## Fœnumgræcum. CAP. XCIV.

**F**œnigræci farina vim habet emolliendi discutientiæque: in aqua malsa decocta aduersus tam internas, quam externas inflammationes, efficaciter illinitur: lienem cum aceto, & nitra trita extenuat. Succus decocti eius fœminarum malis subuenit: & siue tumor, siue præclusio sit vuluæ, fouentur, & insident. Fœnigræci in aqua decocti cremor expressus, capillos, furfures, & manantia capitis vlcera purgat: locus dilatat, & emollit, si cum anserino adipe pelsi vice subiiciatur. Viride cum aceto vtilissimum imbecilibus locis, & vlcera sentientibus. Decoctum eius prodest aduersus tenesmos, fœtidamque dysentericorum proluiem. Oleum quod ex eo exprimitur, & myrto, capillos & genitalium cicatrices absterget.

Linum.

**L**inum vulgò notum est, cuius semen easdem, quas fœnumgræcum, vires habet. Discutit, & emollit omnem intus forisque inflammationem, cum melle, oleo, exiguâque aqua decoctum, aut melle cocto exceptum: vitia cutis in facie varolique crudum tollit, illitum cum nitro & siculneo cinere, parotidas duritiâsque discutit: ulcera, quæ serpunt, fauolique, cum vino decoctum expurgat: vngues scabros eximit, cum pari modo nasturtij & mellis: vitia pectoris extrahit, si ex melle in eclegmatis vicem substituat: tussim lenit, venerem stimulat: si farina piperis, & melle exceptum, pro placenta largius adsumatur. Huius decoctum interaneorum vuluæque erosionibus immittitur, alui excrementa euocat, ad vuluæ inflammationes in deflexionibus perquam utile.

**C**icer sativum alio idoneum est, urinam ciet, inflationem parit, colorem commendat, menses ac partus expellit, lac auget, cum eruo decoctum illinitur ad inflammationes testium, verrucosas informicationes, ad scabiem, ulcera capitatis manantia, impetiginésque: contra carcinoma, & ulcera, quæ cacoëthe vocantur cum melle & hordeo prodest. Alterum genus arietinum nominatur: utrumque cit urinas, dato cum rore marino, hydropicis aut regio morbo laborantibus, eorum decocto. Lædunt ea exulceratam vesicam, & renes.

& renēs. In verrucarum formicantium pensiliūque genere, prima luna singulis granis singulas tangunt, eāque grana linteolo deligata abiici post se præcipiant; ita decidere eas arbitrantur. Sylvestre cicer, foliis fatiua simile est, odore aori, sed semine discrepat: idem quod fatinum præstat.

Faba.

CAP. XCVII.

**F**aba inflationem excitat, ægrè concoquitur, tumultuosa somnia facit, talsi confert, carnem gignit, media calidi, frigidique natura. Decocta in posca, & cum suo cortice esirata, dysenterias, & cœliacorum proflauia sistit: contra vomitiones conuenienter manditur. Inflatio leuior contrahitur, si aqua prior intercoquendum obiciatur. Viridis plus negotij stomacho exhibet, maiorēque flatum parit. Lomentum eius & per se, & cum polenta illitum, inflammationes, quas vulnus excitauit, mitigat: cicatrices concolores facit, turgentes grumoso lacte mammas, etiam si inflammatione tententur, adiuuat: lac restinguit, furunculos, sugillata, parotidalsque cum fœnigræci farina & melle discutit: cum rosa autem, thuræ oui candido, procidentes oculos, tumores, vuasque, reprimat: subactum vino, suffusiones & ictus oculorum recreat. Manducata sine cortice faba, ad auertendas fluxiones, fronti illinitur: decocta in vino testiuū collectiones sanat: quò tardius pubes erumpat, pueris imò ventri illinitur: vitiliginem purgat.

purgat. Fabarum cortice illiti capilli, qui post euulsionem renascuntur, gracilescent, & minus alimenti capessunt: cum polenta, scisso alumine, & vetere oleo impositi cortices, strumas discutiant: decocto earum lanæ inficiuntur. Faba dempto cortice in illas partes diuisa, in quas suapte natura scinditur, imponi solet sanguinis defluxionibus ab hirudine concitatis: namque eas suppressit, si semiscita apprimatur.

Faba Ægyptia. CAP. XCVIII.

**Æ**gyptia faba, quam aliqui Ponticam vocant, in Ægypto plerumque prouenit: in Asia etiam Ciliciæque lacubus, inuenitur. Folia habet ampla etiam si ad arborum frondes comparentur, caulem cubitalem, digiti crassitudine: florem roseum, dupla papaueris amplitudine: & ubi flore exiit, fert folliculos vesparum fauis similes, in quibus faba supra operculum, bullantis ampullæ modo, prominet. Ciborion aut Cibotion ideo nominant, id est arculam, quoniã feratur ipsa, humenti glebæ mandata, & ita in equam demissa. Radice firmatur harundine crassiore, quæ cruda coctâve estur: ei colocasiæ nomen est Faba virens manditur, & exiccata nigrescit, vulgarem magnitudinesuperat. Adstringendi facultatem obtinet, & stomacho vtilem: dyentericis, celiacisque prodest, insparso, polentæ vice, lomento: datur quoque in pulte. Cortices in vino mulso decocti, si terni inde cyathi bibantur, magis proficient. Facit ad aurium dolorem,

lorem, quod in eorum medio viride spectatur, gustu amarum, si tritum & cum rosaceo coctum instilletur.

Leas. CAP. XCIX.

**L**ENS frequenti cibo aciem oculorum obtundit, agrè coquitur, stomachum malè habet, eumque & intestina inflat: sed aluum cum cortice cocta sistit. Præstat in cibo, quæ facillimè coquitur, nihil atri in maceratione reddens. Vim habet adstringendi: quæ ex causa aluum cohibet, si detracto antea cortice discoquatur accuratè, primaque aqua inter coquendū effundatur (quippe primam id decoctum ventrem resoluit.) Somnia tumultuosa excitat, capiti, nervis, ac pulmonè inutilis: melius suo sangetur munere contra alui fluxiones, addito cum aceto, intybo, aut portulaca, aut beta nigra, aut baccis myrti, aut putamine punici, aut aridis rosis, aut mespilis, sorbisve, pyris Thebanis, aut malis cotoneis, aut cichorio, aut plantagine, aut gallis integris: quæ post decoctionem abiciuntur, vel vuarum rhois, quæ obsoniis insparguntur: verum acetum cum eo diligenter percoqui debet, alias aluum conturbat. Contra subuersionem stomachi, triginta grana lentis delibrata deorari proderit: decocta cum polenta, & illita, podagras lenit: sinus cum melle glutinat, crustas rumpit, vlcera purgat, decocta in aceto duritias & stramas discutit, cum coroneo aut meliloto medetur inflammationibus oculorū, sedisque, addito rosaceo: sed in amplo sinu



ant inflammationibus sedis, quæ maius remedium  
exigunt, cū putamine punici, ac siccis rosis, adie-  
cto melle, decoquitur: nomis quæ in gangrænam  
euaserunt, adiuncta maris aqua, pustulis, & his  
quæ serpunt, ignisacro, pernionibusque, vt antea  
dictum est: contra mammas, in quibus lac in gru-  
mos coit, & præ nimia sui copia profunditur;  
cocta in aqua maris, & illata auxiliatur.

Phasioli.

CAP. C.

**P**hasioli inflant, spiritus cient, ægrè coquun-  
tur. Virides cibo aluum emolliunt, ad vomitio-  
nes idonei.

Eruum.

CAP. CI.

**E**Ruum paruum frutex omnibus cognitus, an-  
gusto folio, tenuis, semina in valvulis habens,  
& quibus farina fit, nomine eruina, ad medendi  
vltus conueniens. Eruum capiti onerosum est, al-  
uum elu turbat, sanguinem per vrinam extrahit,  
elixo boues saginantur. Parædæ farinæ ratio hæc  
est: Vberiora grana candidaque deliguntur, per-  
miscendoque aqua respergunt, donec sufficien-  
ter combibant: postea torrentur, vsque dum hiâs  
cortex disrumpatur, molitaque, farinario cribro  
iaccuntur, postremò farina reconditur. Hæc  
aluo utilis est: vrinam cistæ, meliorem colorem  
efficit, sanguinem per vesicam aut aluum cū tor-  
minibus elicit, si largius in cibo aut potu assuma-  
tur: vlcera cum melle purgat, lentigines & vitia  
cutis in facie, & maculas totumque corpus emē-  
dat; namas, gangrænas, duritiâsque, serpere non  
patitur;

patitur: mammarum dūritias emollit, atra vlcera, quæ theriomata vocant, fauōsque emarginat, carbunculos rumpit: cū vino subacta illitu moribus viperarum, canum, hominūmq̃ue medetur: vrinæ difficultates tenesmōsque, ex aceto mitigat. Eruum tabidis, qui alimentum non sentiunt, tostum, & ad nucis magnitudinem melle exceptum, sumptūmq̃ue, conuenit. Eius cremor perniones, & pruritus in toto corpore, sanat fouendo.

## Lupini.

## CAP. CII.

SATIUS lupinus notus est: cuius farina cū melle delincta, aut potu, ventris animalia expellit. Ipsi quoque macerati, & cum sua amaritudine eliti, eadem efficiunt. Decoctum eorum idem munus præstat, cum ruta & pipere potum: quare lienosis prodest. Eodem vlcera tetra, quæ theriomata vocant, gangrænas, incipientem scabiem, eruptiones putularum, vlcera in capite manantia, vitiligines, maculāsque fouere vtilissimum. Menses, & partus extrahit, cum myrrha & melle subditū in vellere. Eorū farina cutem liuoresque corrigit, inflammationes cū polenta & aqua mitigat, tubercula & coxendicum cruciatus ex aceto lenit, strumas in aceto cocta illitaque dissipat, carbunculos rumpit. Decocti cœlesti aqua, donec in cremorem lentescant, faciem abstergunt: medentur pecorum scabiei, cum radice nigri chamæleontis, ita vt tepente decocto abluantur. Cit vrinam radix cum aqua cocta. Lupinū

triti, vbi macerata dulcescere cœperint, cū aceto poti, fastidium detrahunt, & cibi auiditatem faciunt. Gignuntur & syluestres lupini, satiuus similes, sed omnino minores, qui eadem, quæ satiuui possunt.

Rapum.

CAP. CIII.

**D**Ecocta rapi radix alit, inflationem parit, humentem ac fluxam carnem creat, venerē stimulat, decocto podagræ, pernionésque foentur, contritòque rapo atque imposito iuuantur: si excavatæ radici rosaceum ceratum adigatur, & feruenti cinere reliquescat, exulceratis pernionibus proficiet. Cymæ eius decoctæ manduntur, & urinam ciunt. Semen antidotis & theriacis, præsertim quæ sensum doloris auferūt, anodina vocant, idoneum est: potum contra venena salutare est, venerem concitat. Rapum maria conditum, minus alimenti sufficit: sed multò magis appetentiam recreat. Syluestre rapum in aruis nascitur, fruticosum in cubiti altitudinem assurgens, ramosum, læue: in cacumine folia fert læuia, digitali latitudine, aut maiora: & fructum in siliquis calyculatis: eamque eorum inuolucra aperiantur, alia intus siliqua spectatur, quæ quandā capitis speciem præbet, in qua semina paroula concipiuntur, foris nigra, intus alba. Additur in medicamenta, quibus ad detergendam cutem in facie. totòque corpore, utimur: præsertim quæ ex lupini aut crui, tritici aut lolij farina, fieri solent.

Napus

**C**osta napi radix inflat, modicum alit. Semen eius potum venenorum vires hebetat, antidotis admiscetur, conditur sale radix.

**R**Adix (quæ Græcis raphanns dicitur) excalfacit, flatus gignit, ori suavis est: sed stomacho aduersatur, ructus ciet, vrinam pellit, aluo aptior: summo tamen cibo sumi debet, quod magis eius distributionem adiuet: quam autem præsumitur, cibum suspendit: quare vomitoris commodissimè datur ante cibum, sensuum aciem excitat: decocta contra veterem tussim, & pituitæ crassitiem in pectore, efficax est. Cortex ex aceto mulso, celerius vomitiones mouet: hydropicis commodissimè illinitur, lienosis utilis, sigillata cum melle rapit, & nomas amolitur: contra viperarum ictus auxiliatur, alopecias ad pilum reducit, lentigines cum loliacea farina emendat, his qui fungis strangulantur, tam cibo quam potu salutaris est. Semen vomitiones facit, vrinam mouet, menses cit, lienem extenuat, cum aceto illitum gangrænas validissimè emarginat: coctum cum aceto mulso anginis perquam vtiliter gargarizatur, contra cæstis morsus, potum ex vino, auxilio est. Syluestris raphani, quæ Romani armoraciã vocant, folia satiuo similia, sed magis lampsanam imitantur: radix gracilis, tenera, subacris. Tam folium quam radix in olera recipitur: sed hæc excalfacit, vrinam concitat, æstuosa est.

## Sifer. CAP. CVI.

**S**ifer vulgò cognitum, cuius radix decocta oris grata est, & stomacho utilis: urinam ciet, & appetentiam inuitat.

## Lapathum, siue rumex. CAP. CVII.

**E**X generibus rumicis, oxylapathum vocant, quod in acetum tendit, dura habens extrema, in palustribus nascens. Alius est satius, illi dissimilis. Tertium genus sylvestre, paruum, plantagini proximum, humile & molle. Quartum est quod alij oxalida, alij anaxyrida, aut lapathon vocant. Folia eius sylvestri ac exiguo rumici similia, caule non magno, semine subacuto, rubente, acri, in caule & agnatis appendicibus, emicante. Omnium decocto olere alous emollitur. Crudi illitu, melicerides, rosæcco aut croco adiecto, discutiuntur. Sylvestris & oxylapathi, & eius, quam oxalida nominant, semen ex aqua aut vino utiliter bibitur, contra dysenterias, & celiacorum affectus, stomachi fastidia, scorpionum ictus. Quod si quis in potu præsumat, nihil molesti ex ictu patietur. Radices ex aceto coctæ aut illitæ crudæ, lepras, imperigines, & scabrosos vngues persanant, sed antea locus aceto & nitro in sole perfricandus est. Pruritus corporis, decoctum earum sedat, si foueatur, aut in solis balnearum confricetur. Coctæ in vino & infillatæ, aurium dentiumque dolorem mulcent, strumas parotidalesque discutiunt, lienem cum aceto extenuant. Aliqui amolliendis strumis radicem gestamine vtuntur, eas collo

collo appendentes. Trita & admota foeminarum profluua sistunt: cum vino autem pota regio morbo medentur, calculos vesicæ comminuunt, menses cient, scorpionum ictibus auxiliantur. Hippolapathon olus est magnum, in paludibus nascens: eadem habet vires, quas supradicta ramicis genera.

## Lampfana. CAP. CVIII.

**L**ampfana syluestre olus est: plus alit quàm ramex, & stomacho vtilius. Cuius folia caulesque coquantur in cibo.

## Blitum. CAP. CIX.

**B**litum estur oleris modo, alio vtile est, nullius in medicina vsus.

## Malua. CAP. CX.

**M**alua satua, esui longè aptior syluestri: stomacho aduersatur, aluum iquat, sed multò magis caules: interaneis & vesicæ vtilis. Cruda folia cum salis exiguo manducata, ægylopes ex melle sanant: verùm cum cicatricem trahere ceperint, ea demum citra salem vtendum est. Contra aculeatos apium vespriumque ictus illita efficacax est: eadem eruda cum oïao trita peruncti, nõ feriuntur. Vlcerata manantia in capite, farsuresque cù vrina sanat. Sacris ignibus & ambustis decocta folia, tritaque, vtilissimè ex oleo imponuntur. Eius decoctum vulvas inlesione mollit: prod est ecrosionibus vesicæ, & intestinorū, vuluæ, scæque, clystere infusum. Ius decoctæ cum radice ssa, contra omnia venena auxiliatur, si continuò

à bibentibus renomatur. Contra phalangiorum morsus remedio est, lac euocat. Semen in vino potum addito loti sylæstris semine, vesicæ cruciatus lenit.

Atriplex.

CAP. CXI.

**A** Triplicem aliqui chrysolachanon vocant, cognitum olus est. Duo eius genera, syluestre & satium. Coctum estur, vt olus. Aluum mollit, panos discutit, siue crudum, siue coctum illinatur. Semen cum aqua mulsa potum, regium morbum sanat.

Brassica.

CAP. CXII.

**B** Rassica satiaua aluo est idonea, si modò leuiter feruesfacta edatur (nam percocta aluum sistit, sed multò magis bis cocta, aut quæ in lixiuio coquitur) stomachum autem malo habet: acrior est æstiuua. In Aegypto propter amaritudinem non eitur. Cæcutientibus, & tremulis esse prodest: summo cibo sumpta crapulam discutit, & vini noxam restinguit. Melior stomacho cyma, sed acrior, & ad ciendum vrinam validior. Ea condita stomacho inimica est, aluum conturbat. Crudus succus cum nitro & iri deuoratus aluum emollit: cum vino quoque epotus viperarum morsibus auxiliatur: cum fœnigræci farina podagris & articulorum viriis illinitur: prodest & sordidis vlceribus & vetustis illitus: caput purgat naribus infusus: menses extrahit cum loliacea farina inditus. Folia per sese illita, aut cū polenta trita, conferunt inflammationibus, tumoribusque

moribusque: epinyctidas, ignem sacrum, leprasque sanant, carbunculos ex sale rumpunt: fluentes capillos retinent: cocta, addito melle, aduersus depascentia ulcera, gangrænasque valent, lienosisque ex aceto cruda profunt. Mansa, devorato succo, retusam vocem instaurant: Decoctum eius potu, aluum & menses ciet. Flos post conceptionem in pello subditus, partum abortu vitiat. Semen eius, præsertim quæ in Aegypto nascitur, potum tineas repellit: in antidota theiaca additur: faciei cutem lentiginisque expurgat. Virentes cauliculi cum radice cremati, & adipe porci vetusto excepti, diuturnos laterum dolores mitigant.

## Brassica sylvestris. CAP. CXIII.

**S**ylvestris brassica, maritimis præruptisque locis, magna ex parte gignitur: sativæ similis, sed candidior, hirsutiorque, amara: cuius cyma in lixiua cocta, ori non insuavis. Folia illitu vulnera conglutinant, & inflammationes tumoresque discutunt.

## Brassica marina. CAP. CXIV.

**M**arina brassica à sativa prorsus abhorret, quod folia ferat rotundæ aristolochiæ, prælonga tenuia: singula à ramulis rubentibus exeunt, singulari, ut hedera, pediculo: albo succo prædita est. sed paucis, salso gustu, & aliquantū amaro pingui concreta. Herba in totum stomacho inimica, acris, vehementissimè aluum ciet, in cibo cocta. Coquitur propter acrimoniam cū pingui carne.



Beta.

CAP. CXV.

**B**eta duorum generum est, e quibus nigra co-  
quitur cum lenticula, ut ventrem sistat: quod  
magis radice eius præstatur. Candida alio utilis  
est. Vtraque tamen propter nitrosam humorem,  
quem habet in se, noxij succi est. Vnde succus  
earum, cum melle naribus inditus, caput pur-  
gat, aurium doloribus auxiliatur. Decoctum  
radicis & foliorum, furfures leadesque deter-  
get, perniones foru mitigat. Crudis foliis viti-  
ligines, nitro antea perfrietas, alopeciarum ina-  
nitates, scalpello prius exasperatas, atque de-  
passentia ulcera, illini prodest. Eruptionibus  
papularum, igni sacro, ambustisque, cocta me-  
detur.

Portulaca.

CAP. CXVI.

**P**ortulacæ vis adstringit: capitis doloribus, in-  
flammationibus oculorum, cæterisque, cum  
polenta imponitur: ardoribus stomachi, sacro  
igne, vesicæ doloribus, auxilio est: comman-  
ducata dentium stupores sedat: stomachi & inte-  
stinorum æstuationem, fluxionesque mulcet:  
renes & vesicam adiuuat, etiam si erosionem  
sentiant: veneris imperus exoluit: succus epo-  
tus simili effectu prodest, in febribus valens.  
Contra teretes ventris tineas cruentam excrea-  
tionem, dysenteriam, hæmorrhoidas, & pro-  
fluvia sanguinis, percocta efficax est. Item  
contra sepiæ morsus. Ocularibus medicamentis  
utilissimè commiscetur, interaneis fluxione la-  
borantibus

borantibus, atque vuluarum erosionibus, infunditur: contra dolores, quos æstus excitauit, caput ex rosaceo & oleo fouetur: eruptiones papularū in capite, cum vino emendat: vulneribus quæ ad syderationem spectant, ex polenta, illinitur.

## Asparagi. CAP. CXVII.

**C**orrada, siue syluestris asparagus, vulgaris est notitiæ. Huius cauliculi in cibo cocti ventrem emolliunt, vrinam cient. Radicis decoctum contra vrinæ difficultatem, regium morbum, renum vitia, & coxendicam cruciatus, in potu proficit: cum vino autem, phalangiorum moribus auxiliatur. Si decocti succus super dente continetur, eius dolori medetur. Semen potum ad eadem valet. Canes, vt aiunt, si decoctum bibant, emoriuntur. Asparagam etiam nasei prodiderunt, arnetis cornibus contusis, atque defossis: quod quantum equidem sentio, planè à veritate abhorret. Atilis autem asparagus multis ramis fruticæ, folij fœniculi, longis, numerosis: radice rotunda, grandi, spongiam habente. Huius teneri cauliculi triti in vino albo, renum dolores sedant. Assus autem cocti uel, vrinæ stititidum, difficultatēque, ac dysenterias, mitigat. Radix cum vino aut aceto cocta, luxatos artus mulcet. Decocta cū ficis aut ciceribus sumpta, regium morbum sanat: coxendicis cruciatus stranguriamque leuat. Alligata radix, aut haustam eius decoctum, conceptum adimit, & sterilitatem adfert.

## Plantago. CAP. CXVIII.

**D**vo plantaginis genera: minor folia habet angustiora, minora, molliora, leuiora, & tenuiora: cauliculo anguloso in terram inclinato: floribus pallidis: semine summis caulibus emicante. Altera maior, lætior, virentiorque, latis constans foliis, oleracei generis: cuius caulis cubiti altitudinē petit, angulosus, subruher, à medio ad verticem tenui semine circumdatus: radicibus nititur, teneris, hirsutis, candidis, digitorum crassitudine æquantibus: Nascitur in lacunosis, sepibus, & locis humidis. Multò vtilior magna est. Vim habent folia exicatoriam, constringentem:quare omnibus malignis vlceribus, & fluxioni opportunis atque elephanticis, sordidisque illita profunt: profluvia sanguinis, vlcera quæ serpūt, epinyctidas, carbunculos, nomasque cohibent: vetera vlcera & inæqualia cicatrice obducunt, chironia sanant, sinus conglutinant: morsibus canis, ambustis igni, inflammationibus, panis, parotidibus, strumis, ægylopiis, illita cum sale profunt. Coctum cum aceto & sale olus, dysentericis, cœliacisquē sumptum subuenit. Datur & in locum betæ cum lenticula coctum. Et ad aquam inter cutem, cui leucophlegmatix nomen est, datur & herba decocta post aridas epulas, sic vt media antecedit: comitialibus & suspiciosus data proficit. Poliorum succus, colluta subinde oris vlcera, purgat: cum cimolia aut ceruisa ignisacro medetur: fistulis infusus prodest, lipitudinibus &

aurium

varium doloribus idem succus instillatur. Additur quoque in oculorum collyria. Gingiuis eragore suffusis, & sanguinis reiectionibus, potu confert: elytere dysentericis infunditur, contra tabem datur in potu, aduersus strangulationes vuluæ in vellere subiicitur, etiam si vulua fluxione laboret. Semen ex vino potum, alui fluxiones & sanguinis excreationes sistit. Decocta radix & manducata, & collutione, dentium dolores sedat: eadem cum foliis, vlceribus renum & vesicæ in passo datur. Ferunt tres radices cum tribus vini cyathis, & pari aquæ modo, tertianis auxiliari: & quatuor, quartanis. Sunt qui radicis gestaminæ, scutiendis strumis vtantur.

Lauer seu Sium. CAP. CXIX.

**S**ion in aquis inuenitur, frutice pingui, recto, foliis latis, olusatro similibus sed minoribus, & odoratis. Quæ cruda coctaque esu, calculos rumpunt, atque excernunt: vrinas cient, menses & partus extrahunt, dysentericis in cibo auxiliantur. De sio Crateuas tradit, herbam esse fruticis specie, pauca folia ferentem, rotunda, maiora quàm menthæ, nigra, & ad erucam accedentia.

Silybrium. CAP. CXX.

**S**ilybrium (alii serpyllum s. luestre vocant) in solo inculto nascitur, menthæ hortensis similitudine, odoratus, latiore folio. Inferitur coronis. Calfaciendi vim habet: contra stillicidia vrinæ, carculosque, semen ex vino bibitur: tormina & singultus sedat. Folia in capitis dolore,  
fronti

fronti aut temporibus illinuntur: idem contra vesperam apiumque ictus. Vomitiones pota cohibet. Alterum silymbrij genus, quod aliqui cardaminam, alij sion appellant. Et herba riguis gaudet, & eisdem in locis, quibus sion, provenit: quæ ideò nonnullis cardamina nominatur, quòd gustu cardamum, id est nasturtium, repræsentet. Folia primùm rotunda prodeunt, adulta cruceæ modo finduntur. Id excalfacit, urinas mouet, crudum estur, purgat lentigines: cutisquæ vitia in facie, noctibus impositum, matutinisquæ detractum.

## Crithmum.

## CAP. CXXI.

**C**Rithmum, seu potius, vt aliqui, crithamon, fruticosa & vndique foliosa herbula est, cubiti altitudinem ferè petens. Nascitur in maritimis, & petrosis: foliis pinguibus, numerosis, albicantibus, veluti portulacæ: latioribus, & longioribus. salso gustu, flores candidi sunt, & semè, ceu roris marini, odoratum, molle, rotundum, quod siccatum rumpitur: habet intus tritici modo nucleum: radices digiti crassitudine, tres aut quatuor, grate odoris & iucundi. Radix, semen, & folia incocta vino, potu urinae difficultati & regio morbo auxiliantur menses cient, estur crudum coctumve in olera, seruaturn etiam in muria.

## Coronopus.

## CAP. CXXII.

**C**oronopus oblonga herbula est, per terram repens, fissis foliis: coquitur in olera: radicem habet tenuem, adstringentem, quæ in cibo cœli-

his facit. Prouenit in aggeribus, & locis incultis,  
& secus vias.

Sonchus. CAP. CXXIII.

**S**ONCHI duo genera: syluestrior quidam est, & magis spinis horret: alter teneritate quadam mollescit, cibus expetitas; anguloso caule, inani, interdum rubente: foliis in ambitu per interualla dissectis. Vtriusque vis refrigerat, modicè adstringit; vnde æstuantì stomacho & inflammationibus illiti profant. Succus eorum stomachi rosiones sorbitione mitigat, lac elicit, in velle re appositus sedis ac vuluæ collectionibus opituitur. Tam herba quàm radix illita vibratis à scorpione ictibus subuenit. Alter sonchus tenerior, arboris, instar, latis constans foliis: caulem in ramos exeuntem, folia distinguant, sed ad eadem pollet.

Seris siue iotybus. CAP. CXXIV.

**S**ERIS duum generum est: altera syluestris, quæ picris & cichorion vocatur: altera satiuæ, latioribus foliis constat, stomacho quàm hortensis vtilior. Quæ iterum in duas species digeritur: vna folio latiore prodit, lactucarum simillima: altera angustiore est folio, & gustu amara. Vtraque refrigerat, & adstringit, stomacho vtilissima: aluû sistit cocta, si camaceto adsumatur. Syluestres stomacho meliores: quandoquidem æstuantem ipsum, & quem imbecillitas vexet, cibo leniant. Cardiacis, per se, aut cum polenta, vtiliter illinuntur: podagrîs, & oculorum inflammationibus

nibus auxilio sunt. Herba cum radice illita, percussis à scorpione subuenit, igni sacro cum potentia medetur. Succus cum cerusa, & aceto, valet ad illitus eorū, quæ refrigerationem desiderant.

Chondrilla. CAP. XXV.

**C**hondrilla. quam aliqui cichorion, alij serin appellant, caulem, flores, & folia habet cichorio similia: qua ex causa nonnulli syluestris intubi speciem esse pronuntiarunt, verum tenuior rota est in cuius ramulis, gummi mastiches simillimum tuberculo fabæ inueniri solet: quod cum myrrha tritum, & linteo appositum, instar oliuæ, fœminarum menses trahit. Tusa cum radicibus herba, adiecto melle, diuiditur in pastillos, qui nigro admisti vitiligines emaculant. Gummi inordinatos pilos replicat: quod item tenera radix efficit, si intincta succo acus, plus admoueat. Contra viperas in vino pota proficit. Succus decoctæ, in vino, aut per se potus, aluum sistit. Aliud habetur chondrillæ genus, folium ferens, oblongum, circumrosū, humi sparsū, caulem succo madentem lacteo: radice tenui, rotunda, leui, vegeta, flauescēte, succosa. Cuius & caulis, & folia concoquendi vim habent. Succus incommodos palpebrarum pilos reflecti. Nascitur in latis, & cultis.

Cucurbita. CAP. CXXVI.

**C**ucurbita esui apta: cruda, trita illitu tumores, & abscessus mitigat. Ramenta eius infantibus contra capitis ardorem, quam syriasi vocant,

ant, in ſincipite illinuntur: oculorum inflammationes podagrásque refrigerant. Succus è ramentis tuſis per ſe, aut cum roſaceo infuſus, aurium doloribus auxiliatur: aduſtiones cutis in ardenti febre illita adiuuat: totius ſerueta factæ, & expreſſæ ſuccus, cum melle exiguo, & nitro potus, aluum leniter reſoluit. Vinum in cucurbitam recentem excavatam infuſum, ſi miſtus ſub diuo teneatur, potu aluum læuigabit.

Cucumer ſatius. CAP. CXXVII.

Satius cucumis aluo & ſtomacho per quam utilis habetur: refrigerat, corruptionem non ſentit, veſicæ prodeſt, olfactu reuocat, quos animus liquerit. Semen modicè vrinam mouet: cum lacte aut paſſo, veſicæ exulcerationibus ſubuenit. Illita cum vino folia, morſus canum ſanant: & epinyctidas, cum melle. Peponis caro in cibis, vrinam cit: inflammationes oculorum illita ſedat. Ramenta eius contra aduſtionem infantium, quam ſyriam vocant, ſincipiti imponuntur: frõti admota, oculorũ fluxiones auertunt. Succus cum ſemine, adiecta farina, ſiccatus in ſole cogitur in ſmegmata, quæ faciem repurgant, & nitorem afferunt. Radix ſicca, & ex hydromelite pota, drachmæ pondere, vomitionem mouet. Si quisquam moderate ſecundum cœnam vomere cupiat, geminis obolis ſit contentus. Sanat quoque illita cum melle vlcera concreta in modum ſæui, quæ ceria vocant.



**L**actucæ sativæ, quibus natura refrigeratrix inest, stomacho gratæ habentur: somnum conciliant, aluum emolliunt, lac euocant: verum decoctæ magis alunt: stomachicis illotas esse prodest. Epotum semen, assiduas libidinum imaginationes in somno, compescit, & veneri refragatur. Ipsæ verò frequentiores in cibo, claritati oculorum officium: inflammationibus, & ignibus sacris opitulantur maria condiuntur. Cum in caulem exierunt, vim quandam nanciscuntur, succo aut lacti sylvestris lactucæ similem.

## Lactuca sylvestris. CAP. CXXIX.

**S**ylvestris lactuca sativæ similis est, sed longior caulis & candidiora folia, graciliora, & asperiora: amaro gustu est, & viribus aliquantum papaveri similis: vnde lacteum eius succum aliqui meconio permiscuerant. Aquam per aluum elicit, potus in aceto multo succus ad duos obolos: argema caliginemque repurgat, contra adustiones efficaciter illinitur, cum lacte mulierum. In summa, somnum allicit, doloris lenamentum præstat, menses trahit, contra scorpionum, & phalangiorum ictus bibitur. Semen, non aliter, quam sativæ, libidinū imaginationes in somno amolitur, ac venerem arcet. Succus ad eadē valet, sed viribus infirmior. Reponitur in fictili nouo lac eius, antea, vt in aliis liquaminibus moris est, insolatum.

## Gingidium. CAP. CXXX.

Gingidium, aliquid lepidion, in Syria, & Cilicia

licia plerumque nascitur : herba sylvestri pafinacæ similis, tenuior, & amarior : radice parua, candicante, subamara. Olus hoc crudum, coctum, conditumve estur magna stomachi utilitate: vrinam cit. Decoctum ex vino potum vesicæ prodest.

Scandix.

CAP. CXXXI.

Scandix, sylvestre olus est, amarum, subacres quod crudum coctumve manditur, stomacho & ventri utile. Decoctum in potu, vesicæ, renibus, & iocineri confert.

Caucalis.

CAP. CXXXII.

Caucalis, quam alij sylvestre daucum vocant, cauliculo est dodrantali, aut maiore, subhirsuto : foliis apio similibus, foeniculi modo per extrema multifidis, hispidisque : candida in cacumine umbella, suaviter olente. Crudam, coctumve olerum modo estur : vrinam mouet.

Eruca.

CAP. CXXXIII.

Cruda eruca venerem largiore cibo concitrat. Semen eodem effectu prodest : vrinam cit, concoctioni prodest, alio perquam commodata. Semine ad condimenta vtuntur : quod, vti in longum tempus asseruetur, adiecto lacte aut aceto, digerunt in pastillos. Ginitus etiamnum sylvestris eruca, maximè in Iberia, quæ occidentem spectat : cuius semine pro sinapi incolæ vtuntur. Vrinam vehementius pellit, multò satiuâ acrior.

Ocimum.

CAP. CXXXIV.

**O**cimum vulgò cognitum. Id copiosiore cibo oculorum aciem hebetat, aluum mollit, spiritum mouet, vrinam pellit, lac euocat: agrè tamen conficitur. Illitum cum polline polentæ, aceto & rosaceo, pulmonum inflammationibus auxilio est: draconis marini, & scorpionis ictibus per se prodest: & cum vino Chio oculorum doloribus. Succus visus caliginem abstergit, destillationes exiccat. Semen potum conuenit atrabilem gignentibus, difficili vrinæ, inflatîsque: naribus haustum, subinde mouet sternutamenta: quod idem herba efficit, sed oculos premi necessum est, cum sternutamentum vrget. Sunt qui in cibis abdicandum censeant: quandoquidem manducatum, & in sole positum, vermiculos erat. Aphri autem adiiciunt, si feriantur à scorpione, qui ocimum ederint, nullo consistari dolore.

Orobanche.

CAP. CXXXV.

**O**robanche cauliculus est sesquipedalis, & interdum maior, subruber, hirtutus, tener, sine folio, pinguis: flore subalbido, aut in luteum vergente: radice digiti crassitudine, & cum ariditate flaccescit caulis, fistulosa. Hanc inter quædam legumina nasci constat, & ea strangulare: vnde orobanche sibi cognomentum vsurpauit. Estur, vt olus, cruda, & in patinis, asparagi modo decocta. Legumentis addita, coctionem accelerare creditur.

Barbula

## Barbula hirci. CAP. CXXXVI.

**B**ARBULA hirci, quæ ab aliis come vocatur, brevis est caule, foliis croci, radice longa, dulcis, supina, magno super caulem calyce, è cuius summo semen nigrum dependet, vnde nomen inditum est. Herba elui apta est.

## Ornithogalum. CAP. CXXXVII.

**O**RNITHOGALUM cauliculus est tener, candicans, tenuis, sesquipedalis, tribus aut quatuor in cacumine mollibus agnatis: à quibus flores prodeunt foris herbaei, & cum hiantes se pandunt, lactei visuntur: inter quos dissectum cachryos modo, capitulum emicat. Coquitur cum pane, vt melanthium. Radix bulbosa, cruda & cocta manditur.

## Tubera CAP. CXXXVIII.

**T**UBERA rotundæ radices sunt, sine caule, sine foliis flavescentes: vere fodiuntur, cruda & cocta eduntur.

## Smilax hortensis. CAP. CXXXIX.

**H**ORTENSIS smilax, frutex, cuius semen à nonnullis lobia vocatur: folia habet hederæ, molliora tamen tenues caules, & capreolos, vicinis fruticibus circumuolutos: qui tantum adolefcunt: vt topiarias scenas repræsentare videantur, siliquas fœnigræci profert longiores & torosiores, in quibus semina renum similia, sed inæquali colore recluduntur, quæ quadam ex parte fuluescunt. Siliqua cocta, cum semine in ole-

ribus asparagi modo estur. Vrinam ciet, & tumultuosa somnia facit.

Medica.

CAP. CXL.

**M**edica, cum recēter prodiit, foliis & caule trifolio pratenti similis est procedens verò folia contrahit, caules edens trifolij, & siliquas corniculorū modo intortas, in quibus semē lentis magnitudine dependet. Id siccatū, iucundi soporis gratia, cōditaneo sali admiscetur. Viride, quibus refrigeratione opus est, illitu suffragatur. Herba tota pro gramine vtuntur, qui pecora alunt.

Aphaca.

CAP. CXLI.

**A**phaca in aruis nascitur, altior lente, tenuibus foliis: siliquas lenticula maiores fert, in quibus terna quaternave semina nigra, lente minorā continentur: quæ adstringendi vim habent: quare torrefacta, stomachi alique fluxiones sistunt, si fresca lentis more decoquantur.

Porrum capitatum. CAP. CXLI.

**C**apitatum porrum inflationem facit, noxium succum creat: tumultuosum somnum parit, vrinam ciet: aluo accommodatur, extenuat, oculos aciem hebetat, menses pellit: sed lædit exulceratam vesicam, renesque: cum ptisana verò coctum, esu pectoris vitia extrahit. Coma eius in aqua maris, & aceto cocta, in deselsionibus, ad præclusiones vuluæ, & duritias, utilis habetur. Porrum bis aqua mutata coctū, tum frigida maceratum, dulcescit, & multo minus inflat. Semen

acrius

acrius est, & quandam adstrictoriam vim habet quare succus cum aceto, addito thure aut manna, sanguinis profluvia sistit, maxime si naribus erumpat. Venerem stimulat: contra omnia thoracis viciat tabemque, pro delinctu efficax est: arteriam esu purgat, sed si assidue estur, visus obscuritatem inducit: stomacho aduersatur. Succus ex melle potus, aut illitus, contra bestiarum morsus auxiliatio est: ipsam quoque cum aceto aut thuris polliue, lacte aut rosaceo, vtiliter aurium doloribus, & sonitui instillatur. Varos tollunt folia illita cum vua rhois, qua ad obsonia vtuntur: epynictidi medentur: crustas ex sale illita rumpunt, veteres sanguinis reiectiones cohibent, si binis drachmis & æquali baccarum myrti pondere bibentur. Ampeloprasum stomacho magis aduersatur, & plus porro excalfacit: vrinam & menses vehementius ciet. Id contra serpentium morsus esse conuenit.

Cæpa.

CAP. CXLIII.

Cæpa longa acriore est, quàm rotunda, item flaua quàm candida, & sicca, quàm viridis, & eruda quàm cocta, aut sale condita. Omnes tamē mordent, flatus gignunt, appetentiam inuitant, sitim mouent, & extenuant: fastidium pariunt, & expurgant: aluo vtilis sunt. Hæ detractis purgamentis in oleum coniectæ, hæmorrhoidas, reliquosque excretionum exitus referant, subditæ pro balanis. Succus cum melle illitus, oculorum hebetudinibus, argemis, nubeculis, & inci-

pientibus suffusionibus auxiliatur : anginae eodem perunguntur : suppressos menses pellit, caput purgat naribus infusus : canis moribus cum aceto ruta, & melle illinitur : cum aceto autem perunctas in Sole, vitiliginis sanat : & cum pari spondio, scabras lippitudines sedat : varos cum sale reprimat : contra calceamentorum attritus, cum gallinaceo adipe utilis est : citæ aluo prodest : in auribus sonitum, ac gravitatem emendat : ad purulentas aureis, & eliciendum earundem aquam, valet : alopeciae earum succo perfricantur, quicelerius, quam alcyonium pilos euocat : largiore cibo capta capitis dolores ciet, coctaque vehementius vrinam pellit : eos lethargicos efficit, qui valetudinibus aduersis, ea etiam cocta, plus a quo vascantur : elixa, & cum passis uuis, & fico illita, tubercula concoquit, & celerrimè rumpit.

Alium.

CAP. CXLIV.

**A**lium quoddam satium atque hortense habetur, quod in Aegypto, singulari, ut porrum, capite constat, dulce, in pupureum vergens, paruum : reliqua verò magna, & candida, ex pluribus coagmentantur nucleis, quos aglitas, id est spicas, Graeci nominant. Aliud est syluestre, quod Ophioscorodon, id est anguinum, vocant. Vis alijacris est : excalfacit, mordet, excernit, aluum turbat, inflationes facit, stomachum exiccat, sitim gignit, flatum permouet, summam corporis cutem exulcerat, aciam oculorum esu hebetat. Eisdem effectus praebet anguinum, quod & claphosco-

phoscorodon dicitur: latas ventris tineas in cibo sumptum abigit, vrinas detrahit: contra viperarum ictus, & priuatim hæmorrhoi, prodest, ita vt non aliud magis, sic cum vino iugiter assumatur, aut tritum in eodem ebibatur: contra rabioforum morsus & illicitu, & cibo valet. Magnæ & allio vtilitates contra aquarum mutationes: vocem clarificat, veterem talsim crudam coctum ue lenit: potam autem cum origani decocto, pediculos, & lendes enecat: cremati cinis illitus iugillationibus cum melle & alopeciiis cum nardino vnguine, medetur: eruptiones papularū cum oleo & sale sanat: vtiligines, lichenas, lentigines, vlcera capitis manantia, lepras, & furfures, cum melle eximit: cum thure, & teda decoctum, dentium dolorem leuat, si in ore contineatur: contra venenatos maris aranei morsus, cum ficulneis frondibus & cumino illinitur. Feruēfactæ comæ ius, fœminarum defefsionibus additum, menses & secundos partus extrahit. Allium eiusdem gratia suffitur. Factum ex eo, & nigra oliua intritam, quod myttoton vocant, esu cit vrinam, ora venarū patefacit, hydropicis vtile. Scorodoprasam magnitudine porrum æquat, qualitatum porri, & allij particeps: vnde promiscuas sibi vires ex vtroque vendicauit effectus allij, & porri præbens: inefficacius tamen. Coctum, porri modo, dulcescit, & in olerum vicem transit.

Sinapi.

CAP. CXLV.

Sinapi hortense, aliqui napi vocant. Eligi de-

M s

bet



ber adultum, valde rufum, non magnopere ficcum, sed quod fractum internè virescat, & veluti quodam succo madeat, cæsum colore: siquidè recens id genus, tempestiuum habetur. Ad calfaciendum, extenuandum, extrahendum, efficacè est. Ad eliciendam capitis pituitam manditur: contra præduros tonsillarū tumores, ac veterem callosamque arteriæ scabritiem, succus ex aqua, & melle, convenienter gargarizatur: iterutamen, ciet, tritum & naribus admotum: comitialibus quoque auxiliatur. Fœminas vulvæ strangulatu oppressas excitat, lethargicis, derato capite, illinitur cum ficis admistum, donec rubescat locus, & ad coxendicum cruciatus impositum, ad lienes & omne genus dolores confert, cum permutadæ valetudinis causa, ex aliò vitia extrahenda sunt. Alopecijis illitū medetur, faciem purgat, sagillata cum melle, adipe, aut cerato rapit. Heræ impetigines & leproæ, eo cum aceto perunguntur: contra febrium circuitus aridam bibitur, aut potui, potentæ modo inspargitur: extrahentibus emplastris, scabiemque extenuantibus, vtiliter admisceri solet: tritum, gravitati aurium & sonitui: cum hęc impositum prodest. Succus ad hebetudines oculorum & genarum scabritias magna vtilitate illinitur. Expressus recenti semine succus: in sole siccat.

Nasturtium. CAP. CXLVI.

**N**asturtium optimum constat esse Babylonicam. Omnium semen est acre: excalfacit, stomacho

stomacho aduersatur, alium turbat, tinea excutit, lienem immittit, partus exanimat, menses cit, venere[m] stimulat, sinapis & cruce[]e simile intelligitur. Lepras & impetigines absterget. Illitum cum melle, lienem extenuat, fauos expurgat, pulmonum vitia extrahit, sorbitionibus incoctum. Serpentium venenis potum resistit, atque eas sulfure fugat: capillorum defluvia cohibet: carbunculos ad suppurationem perducit, & rumpit: coxendicibus cum polenta commodè ex aceto illinitur, tumores collectionesque discutit, emittit furunculos, illitum cum maria. Herbae ad omnia eadem effectus, licet minor.

## Thlaspi. CAP. CXLVII.

**T**hlaspi, herbula angustis foliis, digitali longitudine, in terram versis, suppinguis, in cacumine diuisis: binum dodrantum cauliculo, tenui, non sine adnatis ramis: fructu circa ipsum totum, ab extremo in latus se pendente: semine nallurtij incluso lenticulae vasis effigie, nisi quod infringitur, (vnde nomen accepit) flos albicat. Nascitur in semitis, & sepius, fossisque. Semen asperi gustus, excalfaciens: bilem vtrinq[ue] extrahit, potum acetabuli mensura: prodest ischiadicis infusum: sanguinem potu educit, internas suppurationes rumpit: menses ciet, sed partus enecat. Alterum thlaspi tradit Crateuas, quod aliqui Persicon sinapi vocant, latis foliis, radicibus magnis: utile ischiadicorum infusioni.

Draba.

CAP. CXLVIII.

**D**Raba herba ad cubiti altitudinem assurgit, tenues spargens ramos, & ex utroque latere folia ceu lepidij sed molliora, & candidiora: in cacumine verò sambuci umbellam gerit, candidos flores habentem. Herba hæc cum ptisana coquitur in Cappadocia maximè. Semen aridum pro pipere obsoniis admiscetur.

Iris.

CAP. CXLIX.

**I**Rysimon, Latini irionem vocant, iuxta vrbes, ruderum, hortosque nascitur, foliis erucæ sylvestris: cauliculis in lori modum lentis & obsequiosis: floribus luteis, siliquis in cacumine gracilibus, ut fœnogræco, cornicularis: semine nasturtij, exiguo, vrentis gustus. Contra thoracis fluxiones efficax est, & si purulenta extussiuntur: regio morbo & coxendicibus prodest: contra venena in delinctu cum melle datur: illinitur ex aqua aut melle vtiliter cæcis carcinomatis, parotidibus, duritiis mammarum, & testium inflammationibus. In totum extenuat, & calfacit. Mitius multò ad clysteres fiet, si aqua madescat atque torreatur. vel linteo illigatum, pinsita, farina oblitum perassetur.

Piper.

CAP. CL.

**P**iper in India nasci breui arbore traditur: quæ inter initia, prælongum fructum, veluti siliquam promit, quod longum piper est: habet intus aliquid tenui milio simile, quod tandem in perfectum piper euadit. Id autem suis temporibus

bus dehiscens, pandensque sese racemos emittit, grana ferentes qualia videmus. Ea acerba candidum piper faciunt, aptum ocularibus remediis, antidotis, & medicaminibus, quæ contravenenata parantur: theriaca vocant. Longum verò vehementius mordet: & quoniam prius, quàm ematurescat, decerptum est, subamarum relinquitur, antidotis & theriacis medicaminibus expetitur. Nigrum verò, ut pote quod tempestiua maturitate collectum sit, odoratum esse constat, candido suavius, acrius, & ori gratius, necnon ad condimenta vtilius. Sed candidum, & adhuc in acerbum vergens, antè dictis infirmius est. Eligi oportet grauissimum, plenum, nigrum, sine multis rugis, recens ac minimè furfurosum. Inveniuntur etiamnum in genere nigri femina nutrimento defecta, cassa, inania, minimique ponderis, quod vocant brasma. Vis omnium exaltat, urinam ciet, concoquit, extrahit, discutit, absterget caliginem, quæ oculis obuersatur. Piper, febrium horroribus circuitu repetentibus, siue potu, siue illitu, subuenit: serpentium moribus auxiliatur, partus extrahit: conceptum adimere creditur, statim à concubitu suppositum: tussi, omnibusque pectoris vitiis, siue eclegmate, siue potu, succurrit: anginæ eo & melle conuenienter perunguntur: potum cum recentibus lauri foliis, tormina discutit: cum vua passa manducatum, pituitam à capite elicit: valetudinem tuetur, dolores finit, appetentiam mouet, concoctionem adiuuat, ad intinctus esculentorum additum:

tum: stramas cum pice difcutit, vitiligines ex nitro emaculat. Fictili nouo, vt lenticula, motum torretur. Non est huius arboris radix gingiber, vt aliqui existimauere, sicuti paulò post ostendemus. Namque piperis radix còsto similis est, oragustantium accendit, saliuam cièt. Hæc lienem reprimit, cum aceto illita, aut pota: caput etiam purgat, manducata cum semine pedicularis herbae, quam staphidem agriam vocant.

Gingiberis. CAP. CLI.

**G**ingiberis sui generis planta est, in Troglodytica Arabia magna ex parte nascens: qua virente, ad multa, pèrinde atque nos ruta vtuntur, & primis potibus & eduliis admiscent. Huius radices, cyperi modò. paræ sunt, candicantes, & odoratæ, atque piper sapore imitantur. Eligi debent quæ teredines non nouerunt. A multistamen ob id condiantur, quòd celeriter cariem sentiant, ac fictilibus in Italiam asportantur. Gingiberis cibo conueniens est, & cum condimento asumitur. Excalfactoriam vim & excoquentem habet aluum leniter emollit, stomacho utilis est, efficax aduersus ea, quæ oculis caliginem offundunt. In antidota addi solet. In summa, piperis viribus respondet.

Hydropiper. CAP. LII.

**H**Ydropiper apud aquas nascitur, quæ stagnat, aut pigro lapsu repunt: caulem edit geniculatum, prædurum multis alis concauum: folia menthae, maiora, molliora, candidioraque, gustu piperis,

pipæris, acri, citra tamen ullam odoris gratiam fructum acrem, in furculis paruis, prope tolia racematin coherentem. Folia cum semine illita tumores veterésque duritias discutunt. fugillata delent: quæ postquam inarduerant, tusa pro pipere in obsoniis admiscentur. Radix parua, nullius in medicina momenti.

Ptarmica. CAP. CLIII.

**P**Tarmica exiguus frutex est, furculos habens paruos, multos, & rotundos, abrotono non dissimiles, & circa eos folia oleæ, longa, multa, & in cacumine capitulum, vti anthemidis, paruum rotundum, quod suo acri odore sternutamentum excitat: vnde nomen accepit. Folia cum floribus illita, fugillationes rapiunt. Flores sternutamenta efficacissimè mouent. Nascitur in montibus & petrosis.

Radicula, seu lanaria herba.

CAP. CLIIII.

**S**Truthium herba vulgè nota, qua purgandis lanis vtuntur, qui eas eluunt. Huius radix est acris vrinam ciet: prodest tussi, iocinerosis, orthopnoæ ex melle sumpta, cochlearis mensura: aluum soluit. Eadem cum panace & caparis radice calculos frangit, & cum vrina exturbat: duritiam lienis absumit: mensis imposita trahit, partus efficaciter enecat. Cum polenta autem & aceto illita, lepras tollit: tubercula discutit, cum farina hordeacea, & vino decocta. Miscetur & malagmatis, & ocularibus collyriis

collyriis, claritatis causa. Sternutamenta mouet, per os purgat, trita cum melle, & naribus infusa.

Cyclaminus. CAP. CLV.

**C**yclaminus folia habet hederæ, purpurea, varia, in quibus supra infraque albicant maculæ: caule nudo, quaternos digitos æquante: floribus in eo purpureis, rosarum effigie: radice nigra, & aliquantum lata, vt rapum videri possit. Quæ cum hydromelite pota, pituitam aquamque detrahit: menses potu appositūve ciet. Tradunt, si prægnans radicem transgrediatur, abortum fieri. Partum appensa accelerat: contra venena, præsertim leporis marini, ex vino bibitur: illita contra serpentium ictus, remedio est: immista vino inebriat: regium morbū discutit, tribus drachmis pota, cum passo aut diluto mulso: Sed oportet eum, qui ebibit, multis vestibis cōtectum, loco calido, & à perfrictionibus tuto, recumbere, quò facilius exudet: eiectioni autem sudores felle colore inueniuntur. Succus eius ad purgandum caput, naribus infunditur: ad deiicienda quoque alui excrementa, in vellere sedi subiicitur: illito umbilico & imo ventre coxarum tenus, alnum emollit, & abortum efficit: suffusionibus, & retusæ oculorum aciei, oblitus cum melle succus prodest. Medicamentis abortum inferentibus admittetur. Succus cum aceto illitus, prociuam sedem restituit. Exprimitur tusa radice succus, & ad mellis crassitudinem decoquitur.

Radix

Radix eum purgat, eruptiones papularum re-  
 primit, vulneribus ex aceto per se aut cum mel-  
 le medetur, lienem absumit: vitia cutis in facie,  
 & alopecias emendat: eius decocto luxata, poda-  
 gras, & capitis vicuscula, pernionesque foueri  
 congruum est: ipsaque in oleo vetere feruēfacta,  
 illito oleo, vlcera ad cicatricem perducit. Canata  
 radix oleo expletur, & cinere feruenti imponi-  
 tur, adiecto interdum Tyrrenicæ ceræ momen-  
 to, vt strigmenti crassitudinem vnguentum cō-  
 trahat, cum primis vtile pernionibus. Radix,  
 scillæ modo, concisa reponitur. Narrant ad ama-  
 toria assami contusam, & in pastillos diuisam  
 nascitur in vmbrosis, maximè sub arboribus.

Altera cyclaminus. CAP. CLVI.

EST & altera cyclaminus, quam cissanthemon  
 aut cissophyllon vocant: foliis hederæ, sed  
 minoribus: geniculatis caulibus, crassisque, circa  
 vicinas arbores, capreolorum modo se voluenti-  
 bus: flore candido, odorato: acinis hederæ molli-  
 bus, lenti gustus, aliquantulum acris: radice su-  
 peruacua: nascitur in asperis. Huius acini, dra-  
 chmæ vnus pondere poti, cum vini albi cyathis  
 duobus, quadraginta diebus, lienem per vrinam  
 & aluum absumunt. Ad orthopnceam bibitur:  
 reliquias à paru purgat.

Dracunculus. CAP. CLVII.

DRACUNCULUS folio constat hederaceo, magno,  
 candidis notis insigni: caule recto, bicubitali,  
 versicolore, maculis resperso purpureis, ita vt  
 N anguem



anguem planè referat, baculi crassitudine: fructus summo caule racematim cohæret, colore primùm herbaceo, & cum ematuruit, croceo, gustu feruens, mordaxque: radice aliquantulum rotunda, bulbosa, aro non ab simili, tenui obducta cortice. Nascitur in sepibus umbrosis. Seminis succus cum oleo instillatus, aurium dolorem mitigat: naribus etiam ex lana impositus, polypum absumit: carcinomata illitus illit: triginta eius grana, si in posca bibantur, abortus inferunt: odorem aiant posteaquam flaccidi flores emarcuerunt, conceptus adhuc teneros enecare. Radix excaesfacit: orthopnoeis, ruptis, vulsis, tussi, destillationibus, auxiliatur: humores pectoris excreatu facilè reddit, siue cocta tostâque cum melle, aut per sese edatur, siue farina eius ex melle delingatur: vrinam pellit, venereum excitat, cum vino pota: phagedænas vlcera, & quæ cacoëthe vocantur, trita cum melle & bryonia alba expurgat, & ad cicatricem perducit: collyria ex ipsa ad fistulas & eiciendos partus fieri solent: qui radice suas manus perfricauerunt, à viperis feriri negantur: illita ex aceto, vitiligines emaculat. Folia recentibus vulneribus, linamentorum vice, conuenienter imponuntur: decocta in vino peritionibus apposuisse prodest: caesus foliis inuolutus, à putredine defenditur. Succus radicis ad nubes, albugines, & oculorum caligines conuenit. Radix cruda coctâve, ad sanorum vsus, proclere recipitur: in Gymnesis insulis, quæ Baleares vocantur, coctam radicem cum melle multo,

in conuiujs placentarum loco offerunt. Radix  
melsibus effoditur, lotaque frustatum concidi-  
tur, & lino traicta, siccat in umbra, & ita re-  
conditur.

Arum.

CAP. CLVIII.

**A**Ron, apud Syros lupha vocitatū, folia emit-  
tit dracunculi, sed longiora, & paucioribus  
distincta maculis: caulem suppurpureum, dodra-  
talem, pistilli specie, à quo croceum semen exit  
radice dracunculi alba, quæ decocta estur, utpote  
cum minus acris sit. Folia ad esum conduntur,  
& arida per se decocta manduntur. Radix, semen  
& folia, dracunculi vires habent. Prinatim radix  
ex simo bubulo podagris illinitur, & dracunculi  
more reponitur. In totum, ob mitiorem eius acri-  
moniam, in cibum expetitur.

Arisarum.

CAP. CLIX.

**A**Risarum exigua herbula est, cuius radix ole-  
magnitudinem implet, longè maioris quàm  
aron acrimoniæ: vnde illitu nomas sistit. Fiunt  
collyria ex ea, ad fistulas efficacia. Illitu ra-  
dicis, genitale animalis cuiuscumque in perni-  
ciem agitur.

Hastula regia.

CAP. CLX.

**H**Astula regia vulgaris notitiæ est, foliis maio-  
ris porri: caule læui, ferente in cacumine flo-  
rem, quem anthericon appellant: radices subia-  
cent oblongæ, rotundæ, glandibus similes. gustu  
acres, quæ excalfaciunt: vrinas & menses epotæ  
ciunt: lateris doloribus, ruptis, conuulsis & tuf-  
sibus,

sibus, drachmæ pondere potæ ex vino, medetur.  
 Ea verò vomitiones adiuuat, ludicri tali magni-  
 tudine commaducata: à serpente demorsis da-  
 tur aptissimè, verùm trium drachmarum ponde-  
 re, foliisque floribus & radice ex vino, morsus  
 illinire oportet. Item vlcera sordida, & depascē-  
 tia, mammarum quoque & testium inflammatio-  
 nes, tubercula, furunculósque, decoctis in fæce  
 vini bulbis, recentibus inflammationibus expo-  
 lenta auxiliatur. Radicis succus adiecto veterè  
 vino dulci, myrrha & croco decoquitur, fitque  
 perquam vtile oculis medicamentum: ad purulē-  
 tas aureis per se, & cum thure, melle, vino &  
 myrrha tritus, prodest: in contrariam autem in-  
 fusus, dentiū dolorem mitigat. Cinis è radice il-  
 litus, alopecias ad pilum reducit. Oleum in ex-  
 cauatis radicibus igni decoctum, illitu exulcera-  
 tis pernionibus & ambustis igni, conducit: & sur-  
 ditati, insillatū in autem, auxiliatur. Candidam  
 vitiliginem, linteo antea perfrictam in sole, illita  
 radix emendat. Semen floresque in vino poti,  
 scelopendræ & scorpionum venenis, mirum in  
 modum resistunt: alium purgant.

Bulbus esculentus. CAP. CLXI.

**E**sculentus bulbus vulgo cognitus, à nobis  
 estur: stomacho & aluo vtilis rufus, & qui  
 ex Aphrica defertur. Amarus verò & scillinus,  
 stomacho aptior est, & concoctionē adiuuat. Bul-  
 bi omnes acrimoniam habent, excalfaciunt: ve-  
 norem stimulant, linguā tonsillásque exasperant,  
 multum

multum alimenti præbent, carnes creant, inflationem pariunt: luxatis, fractis, articulorum doloribus efficaciter illinuntur: spicula extrahunt: gangrænas & podagras ex melle aut per sese, hydropicorum tumores, & canum morsus cum melle & piperis polline illiti cohibent, sudores cōpescunt: stomachi dolores mitigant: furfures & ulcera, quæ in capite manant, cum tosto nitro abstergunt: sugillata varosque per se, aut ex oui luteo, & lentigines cum melle vel aceto, emendant: fractis auriculis unguibusque, ex polenta medentur: iidem calidis cineribus torrefacti, tollunt ficus: item cum cinere emanarum capitibus, impositi: cremati verò, & cum alcyonio misti, vitia cutis in facie, atrasque cicatrices, in sole illiti, emaculant. Faciunt ad rupta, si cum aceto cocti edantur. Sed copiosiore eorum cibo abstinendum, quoniam nervos tentant.

Bulbus vomitorius. CAP. CLXII.

**B**ulbus, quem vomitorium vocant, folia habet lentiora multo & longiora quam bulbus esculentus: radicem similem, cortice nigro. Ea radix mansa, aut decoctum eius potum, vesicæ malis medetur: vomitiones mouet.

Scilla. CAP. CLXIII.

**S**cilla vim acrem atque feruentem habet: assatam ad multa vtiliorem esse constat. Polline ad crustam subacto, aut luto oblita, in clibanum conicitur, aut carbonibus obruitur, donec obduens crusta sufficenter in tosta fuerit: qua exēpta, si non emollefcatur, altero polline simili, aut luto

circumlinitur, & eadem quæ prius fuit: nam quæ ita non affatur, interaneis maximè noxia est. Torretur item in olla, indito operculo, quæ in furnum demittatur. Sumi etiam solet quod maximè est medium, direptis viuo tenus tunicis, quod frustatim conlectam coquitur, mutata sæpius aqua donec ipsa nec amaritudinem nec acrimoniam habeat: traiectâque lino frusta siccantur in umbra, ita vt ne vlla quidem parte se contingant: his scillæ segminibus ad oleum, vinum, aut acetum scillinum vtimur. Ad rimas pedum, interna pars crudæ scillæ in oleo seruefacta, aut cum resina liquefacta imponitur: decocta in aceto demorsis à vipera, cataplasma est. Ad singulas assæ partes adiectis octonis tosti salis, cochlear vnum aut alterû damus ieiunis, ad emolliendam aluum: in potu autem & odoratis medicaminibus, & quibus vrinam ciere volumus, hydropicisque & stomachicis, quibus innatat cibus, regio morbo, torminibus in tussi vetere, suspiriosis, & ore reicientibus tres obolos, in delinctu ex melle sumpsisse satis est. Coquitur cum melle, & estur eorundem gratis, maximè vt concoctionem adiouet. Strigmenta per aluum extrahit. Cocta & simili sumpta modo eisdem præbet effectus: sed cauendus scillæ vsus his, qui intestinum sentiunt vlcus. Ad pensiles verrucas, & perniones, tosta efficaciter illinitur. Tertium semen, & in carica aut melle deuoratum, aluum emollit. Scilla tota in limine ianux suspensa, malè medicamenti noxam arceat.

## De Pancratio. CAP. CLXIV.

**P**ancratium, quod aliqui scillam appellant, radice est magni bulbi, subrufo colore, aut suppurpureo, gustu amaro ac feruente: foliis lilij, sed longioribus. Scillæ vires, & præparationem habet, eodémque pondere in morbis efficaciter assumitur: cui tamen mitior quàm scillæ facultas inest. Radicis succus cum erui farina digeritur in pastillos, qui hydropicis splenicisque cum hydromelite, commodissimè dantur.

## Capparis. CAP. CLXV.

**C**apparis aculeatus frutex est, qui in terra stratus, magis in orbem euagatur: spinas, vt rubus, habet, in hami modum aduncas: folia malæ cotoneæ, rotunda: fructum oleæ similem, qui cum dehiscens panditur, florem candidam promit: quo excusso, nonnihil glandis oblongæ figura inuenitur, quod apertum grana acinis punicorū similia ostendit parua, rubicunda: radices lignosas spargit, grandes, numerosasque. Tenui plerumque solo, asperisque locis, in insulis & iuxta rudera nascitur. Caulis & fructus, cibi gratia cōdiuntur: aluum turbat, stomacho aduersatur, sitim gignit: cocta tamen stomacho quàm cruda vtilior est. Fructus drachmis duabus in vino potus, quadraginta diebus, lienem absorbit, & urinam cruentumque excrementum emittit: bibitur vtilissimè in coxarum doloribus, & neruorum resolutione, item ruptis & conuulsis: menses ciet, caput purgat. Dentium dolorem sedat semen ex

aceto decoctum, colluto inde ore. Aridus radice cortex ad eadem proficit ulcera omnia vetera, & sordida, & quæ occalluerunt, expurgat: lientosis cum farina hordei illinitur: dente demorsâ, dolori eius auxiliatur: cum aceto trita, vituliginas albas absterget. Radix foliâque intrita, strumas ac duritias discutiant. Aurium vermiculos infusus succus enecat. Aphrica, & præsertim Marmarica capparîs, vehementer inflat. Apula vomitus facit, & quæ à Libyco, & quæ Rubro mari defertur, mirum in modum acris est: siquidem in ore pustulas excitat, gingivâsque offe tenus ex est: quare in cibis non abredamnatur.

## Lepidium.

## CAP. CLXVI.

**L**epidium aliqui gingidium vocant, herbula vulgò nota: muria cum lacte servatur. Vis foliorum acris & exulcerans: quapropter ischiadicis trita, præsentissimum est auxilium, si cum helenij radice, quarta parte horæ, illinatur: lientosis simili modo prodest: lepras eximit. Radix appensa collo, dolore dentium liberare existimatur.

## Ranunculum.

## CAP. CLXVII.

**C**omplura ranunculi genera: vis tamen omnibus vna, acris, & vehementer exulcerans. Nam unum coriandri foliis constat, latioribus, subalbidis, pinguibus: flore luteo, interdum purpureo: caule gracili, cubitum alto: radice alba, exigua, amaraque, multis capillamentis, hellebori modo, fibrata:

fibrata: nascitur in limitibus humidis. Alterum lanuginosius, longiori caule, pluribus foliorum incisuris, plerumque in Sardinia proueniens, quàm acertimum, quod syluestre apium appellant. Tertium minimum, odore graui, flore aureo. Quartum huic simile, flore lacteo. Folia, flores, & cauliculi recentes, illita exulcerant, & crustas non sine dolore gignunt: quare vngues scabros extricant, scabiem eximant, stigmata delent, formicantes verrucas, & pensiles, alopeciasque paulisper illita tollunt. Tepente decocto peritiones fouentur. Sicca radix, tritâque, sternutamenta ciet, naribus admota: dentium dolorem appensa leuat, ipsos tamen frangit.

Anemone. CAP. CLXVIII.

DVO anemones genera, vnum syluestre, alterum in cultis nascens. Cuius multæ species: vna phœniceum florem profert: altera candidam, aut lacteam, aut purpureum. Harum folia coriandro similia, cæterum scissa tenuius in terrâ inclinantur: caules lanuginosi, tenues, in quibus flores, vt papaueris, & in medio capitula nigra, aut cœrulea: radix oleæ magnitudine, aut amplius paulò grandescit, ac veluti geniculis quibusdam cingitur. Syluestri amplitudo prorsus maior, latiorâque folia, & duriora: oblongius caput: flore puniceo, tenuibus, & multis radicum capillamentis. Acrior est, quæ nigra habet folia. Vis vtriusque acris: ea de causa succus naribus infusus, purgat caput. Commanducata radix pi-



uitam trahit: decocta in passo & illita, medetur oculorum inflammationibus: cicatrices eorundem & hebetudines emendat, sordida ulcera abstergit. Folia, & caules, si cum pitifana decocti edantur, copiam lactis præbent: menstrua ciunt, vellere apposita. Illita quoque lepras eximunt. Sunt qui errore ducti, argemonen nominari eupatorium putent: quoniam à sylvestri anemone, argemonen & papauer, quod rhœada appellant (de quo inter papaueris genera referemus) propter colorum cognationem in floribus, distinguere non possunt. Verum papauer & argemone colore minus saturato spectantur, & vtraque tardius floret. Quinetiam argemone croceum succum, gustu admodum acrem, reddit: rhœas verò candidiorem & acrem. Insuper anemone & rhœadi capitula sylvestris papaueris similia insunt, sed in anemone supernè crassiusculum, in rhœade subangustius. Anemones genera nec succum remittunt, nec calyces habent, sed quasi asparagi cacumen. In aruis illa sæpius nascuntur.

Argemone.

CAP. CLXIX.

**A**rgemone in totum sylvestri papaueri similis est: folia habet anemones, diuisa: floren puniceum: caput in cauliculo papaueris rhœadis oblongius, & summis partibus latum: radicem rotundam: succum croci colore, acrem dimittit. Argema & nabeculas expurgat. Folia illitu inflammationes compescunt.

Anagallis.

## Anagallis. CAP. CLXX.

**D**VO anagallidis genera, quæ tantùm flore distant. Nam quæ cæruleo flore est, fœmina dicitur: mas, quæ phœniceo. Prutices sunt parui, in terra iacentes, foliis in quadrangulo cauliculo pusillis, subrotundis, ad helixinæ folia accedentibus: semine rotundo. Vtraque mitigandi vim habet: inflammationem arcet, adactos corpori aculeos extrahit, nomas cohibet. Succus caput gargarizatu purgat: & naribus infusus, dolorem dentium lenit, si in aduersam narem iniiciatur: argema cum melle Attico emendat: retusæ oculorum aciei auxiliatur: contra viperarum morsus, iocineris & renum vitia, si ex vino bibatur, prodest. Tradunt eam, quæ cœruleam edit florem, prociduum sedem reprimere: quæ verò phœnicum, illitu euocare.

## Hedera. CAP. CLXXI.

**H**edera differentias multas in specie sortitur, summam autem genere treis: Nam quædam candida est, altera nigra, tertia helix. Candida, fructum fert candidum: nigra, nigrum, aut croci æmulum, quam vulgus Dionysiam vocat: helix fructum non gignit, sed albas habet viticulas, & folia parua, angulosa, & concinniora. Hedera omnis acris est, & adstringens: neruos tentat. Flos trium digitorum carptu, facit ad dysentericos, in vino bis die potus: ambustis cum cerato tritus illinitur. Recentia folia ex aceto cocta, aut cruda cum pane detrita, lienes sanant. Foliorum & corym-

& corymborū succus, cum irino unguento, melle aut nitro, naribus infunditur, & contra veteres capitis dolores caput eo cum aceto, & rosaceo perfundi vtile est: purulentis auribus, aut dolentibus, cum oleo medetur. Nigræ hederæ succus, aut poti corymbi, corpus infirmit, mentemque turbant largius sumpti. Acini quinque triti, calfactique in punici mali cortice cum rosaceo, si instillentur à contraria agre, dolorem dentium mitigant. Denigrant capillam, illiti corymbi. Folia in vino decocta, illiuntur omnium vice- rum generi, etiam si cacoëthe sint: vitia cutis in facie, & ambusta sanant, uti antea diximus, decocta. Mouent menses triti & subditi corymbi: iidē poti, post purgationes fœminarū, drachmæ pondere, concipiendi spem adimunt. Pediculus foliorum melle irrigatus ac vulvæ inditus, mēstrua & partus extrahit. Instillatus succus putrida tædia narium, graueolentiāque emendat, & sanitati restituit. Lacryma hederæ psilothrum est: illitu pediculos enecat. Succus radicum in aceto potus, contra phalangia prodest.

Chelidonium. CAP. CLXXII.

Chelidonium maius, caule est gracili, cubitali aut altiore, agnatis foliosis: folis ranunculi, mollioribus tamen, & colore cæsis: flore violæ albæ, secundum singula folia prodeūte: in eo succus croci, mordax, acris, & aliquantulū subamarus: grauitè olens: radix supernè singularis, infernè in multa crocea capillamenta fibratur: siliqua,

qua, ceu corniculati papaueris, tenuis, in metæ figuram longa: in qua semen papauere maius recluditur. Succus in æreo vase, cum melle prunis decoctus, oculis claritatem adfert. Foliis, caule, radice, succus exprimitur in eunte æstati, & siccat in umbra digeritus in pastillos. Radix cum aniso & vino albo pota, medetur regio morbo, & vlceribus quæ serpunt: imposita cum vino: aut manducata, dentium dolorem sedat. Hoc momē sibi videtur vendicasse, quod aduentu hirundinum exoriatur, & discessu emarcescat. Sunt qui narrant, hirundines matres excæcatis pullis, adnota herba visum restituere.

Chelidonium minus. CAP. CLXXIII.

**C**helidonium minus, quod triticum syluestre aliqui nuncuparunt, herbula pediculis ab radice pēdens, sine caule: foliis hederæ, multò rotundioribus, & minoribus, teneris, & suppinguibus: radices habet ex eodem callo complures, pusillas, in granorum tritici modum acruatim congestas: quarū tres aut quatuor in longitudinem exeunt. Iuxta aquas & lacus nascitur, Vis ei acris, & anemones modo, summam cutem exulcerat: pforas & scabros vagues eximit. Succus radicibus expressus ad purgandum caput naribus infunditur. Decoctum eius cum melle gargarizatum, magnificè id præstat, & omnia pectoris vitia extrahit.

Othonna. CAP. CLXXIV.

**O**thonnam aliqui maioris chelidoniæ succum esse aiunt, quidam glaucij. Alij succum floribus

bus corniculati pipaueris expressum, Alij permiflos cœruleæ anagallidis, hyofcyami, & papaeris succos: esse contendunt. Alij Troglodyticae cuiusdam herbæ succum, quæ othonna vocatur: nascique eam in eo Arabiæ tractu, qui ad Aegyptum spectat. Othonna foliis crucæ, perforatis cribri modo, & veluti à tinea derosis, squallore obfita, paucis: flore croci, latifolio: quare quidam anemones speciem esse putauerunt. Extractus succus oculorum medicamentis adicitur, vbi expurgare est opus: mordet enim & absterget omnem caliginem quæ oculis offunditur. Tradunt humorem quædam ex herba emanare, qui elotus, semotis calculis, in pastillos ad eadem digeritur. Aliqui tamen affirmant, lapidem esse Aegyptiū, in Thebaide nascentem, exigua magnitudine, æreo colore, gustu cum feruore quodam & adstrictione mordaci.

Auricula muris. CAP. CLXXV.

**M**Vris auricula, quam myosotyda vocant, herba est caulibus pluribus ab vna radice, aliquatenus ab imo rubentibus, & concavis: foliis angustis, oblongis, dorso acuto, elato, nigricantibus, per interualla assidue geminatis, atque in mucronem desinentibus, & tenuibus cauliculis ex alarum sinu prodeuntibus: flosculo, vt anagallidis, cœruleo: radix digitali crassitudine, multis capillamentis fibrata. Radix illita ægylopiæ sanat. Sunt qui alsinem, muris auriculam vocitant,

Glastum.

## Glastum. CAP. CLXXVI.


**S**atium glastum, quo infectores lanarū vtuntur, folium habet plantagini simile, verum pinguis nigriusque: cuius caulis duūm cubitorum altitudinem excedit. Illita folia tumores omnes discutiant, cruenta vulnera glutinant, sanguinis profluvia sistunt, ignem sacrum phagedanas, putrescentia vlcera, & quæ serpunt, sanant. Syluestre glastum satiuo simile est: folia fert maiora, lactucaceis proxima: caules prætenues, multifidos, quadrântenus rubentes: in quorum cacumine folliculi multi dependent, quandam linguarum effigiem referentes, in quibus semen flore tenui, luteo. Eadem quæ & supra dicta præstat: potu & illitu lienosis auxiliatur.

## Telephium. CAP. CLXXVII.

**T**elephium herba portulacæ similis est, & caule, & foliis: alas binas in singulis foliorum geniculis annectit, ramuli à radice seni septenive prodeunt, foliis referti cœruleis, crassis, lentis, ac carnosis, flore luteo, aut candido. Nascitur inter vites, & locis cultis vere. Folia senis horis illita albam vitiliginem sanant: sed postea hordeacea farina illini debet: perunctam ex aceto etiam in sole vitiliginem tollunt, sed vbi inaruerunt, absterguntur.

\*\*\*

SECYNDI LIBRI FINIS.



PEDANI

DIOSCORIDIS

ANAZARBEI, DE

Medicina i materia.

LIBER III.

Ioanne RVELLIO Suesſionenſi  
Interprete.



Vperioribus, chariſſime Arée, cõmentarius, tradidimus de aromatibus, vnguentis, oleis, arboribus, earum fructibus & lacrymis, item de animalibus, cerealibus, oleraceis, & herbis acrimonia præditis. In hoc autem tertio radices, succos, ſemina, herbas, & quæ vernacula & inter ſe cognata conſentur, quæque pluribus ſcatent remediis, proſequemur.

Agaricum.

CAP. I.

**A**Garicum radix fertur laſerpitiſi ſimilis, ſed facie ſumma ſolutior, & rariore fungoſoque  
tota

tota contextu. Duo eius genera: fœmina, quæ præfertur, rectis intus venarum discursibus constat, mas rotundus est, & vndique compactior. Vtrique gustus in initio dulcis, mox ex distributione in amaritudinem transit: gignitur in Sarmatiæ regione, quæ Agaria dicitur. Sunt qui radicem esse plantæ affirmant: alij vt fungos nasci in arborum caudicibus, quadam putredine. Gignitur in Galatia Asiæ, & Cilicia, in cedris, sed friabile, & infirmum. Adstringendi calfaciendique naturam habet: efficax est contra tormina; cruditates, & rupta: prodest itidem contusis, & ab alto deuolutis. Datur duobus obolis in vino mulso, febrim non sentientibus: febriculosis verò, in aqua mulsa. Arquatis quoque, suspitiosis, iocineris, renumque vitio laborantibus, dysentericis. Item si vrina ægrè reddatur, si vuluæ strangulatus vrgeat, si pallor membra decoloret, drachma vna dari solet: si tabes infestat, ex passo: si lien negotium exhibet, ex aceto mulso: si dissolutio stomachi est, ita vt cibi tenax non sit manditur, & sine vlla humoris sorbitione deuoratur. Simili modo acida ructantibus propinatur. Sanguinis reiectiones sistit, tribus obolis ex aqua sumptum. Facit ad coxendicum, & articulorum dolores, & comitiales morbos, si cum aceto mulso, pari pondere assumatur: menses ciet: fœminis, quas inflatio vuluæ vexat, vtiliter æquali modo datur. Horrores soluit datum ante febrium accessiones: aluum purgat drachma vna aut altera, si cum aqua mulsa bibatur: venenorum antidotum



est denarij instar, cum diluta portione sumptumj si serpentes ictum vibrarunt, morsumque subsixerunt, tribus obolis ex vino potum, mirè auxiliatur. In summa, internis omnibus vitiis conuenit, pro viribus, & ætate datum, nunc ex aqua, nunc ex vino: iis ex aceto mulso, aliis ex aqua mulsa.

## Rhaponticum.

## CAP. II.

**R**HA, aliqui rheum, Latini rhaponticum vocant, prouenit in iis, quæ supra Bosphorum sunt regionibus, ex quibus affertur. Radix nigra, centaurio magno similis, sed minor & rufior, fungosa, aliquantum læuis, sine odore. Optimum habetur, quod teredines non sensit: si gustata cū remissa adstrictione lentescat, manducatumque colorem reddat pallidum, aut ad crocum inclinantem. Id epotum facit ad inflationes, stomachi imbecillitatem, & omne genus dolores, ad conuulsa, lienosos, hepaticos, tormina, ad renum, vesicæ, & pectoris vitia, aduersus intenta præcordia, & vuluæ mala, coxendicum dolores, sanguinis excreationes, suspiria, singultus, dysenterias, & coeliacorum affectus, contra febrium circuitus, & venenatorum morsus. Datur in singulis valetudinibus eodem, quo agaricum, pondere, & cum eisdem liquoribus: si febris careant, in mulso: si aliter, ex aqua mulsa: si tabem experiuntur, ex passo: si lienis exercet, in aceto mulso, si dissolutio est stomachi, id est cū cibi tenax non est, manditur, & sine sorbitione vlla deuoratur,

voratur : liuentia, lichenâsq̄ tollit, cum aceto  
 illitum. Inflammationes omneis veteres ex aqua  
 oblitam dissipat : summa eius vis adstringens  
 cum aliquanto calore.

## Gentiana.

## CAP. III.

**G**entianę inuentio prima assignatur Gentio  
 Illyriorum regi, à quo cognomen habuit.  
 Foliis partim proximè radicem, iuglandi planta-  
 ginive similibus, subrubris, partim à medio cau-  
 le, & præsertim iuxta cacumen, paulum dissectis  
 caule cauo, & læui, digiti crassitudine, genicula-  
 to, & ex interuallis maioribus foliato, binum sæ-  
 pe cubitorum : semine in calycibus lato, sine  
 pondere, glumoso, satis ad spondylii semen ac-  
 cedente : radice longæ aristolochiæ, crassa, ama-  
 ra. Nascitur in sublimibus montium iugis, um-  
 brosis locis, aquisq̄. Vis radicis excafactoria,  
 & adstringens : contra morsus serpentium, dua-  
 bus drachmis, cum pipere, ruta, & vino pota, au-  
 xiliatur. Extracti succi drachma, laterum do-  
 loribus, & ex sublimi deturbatis, ruptis, &  
 conuulsis, prodest : hepaticis & stomachicis, po-  
 ta cum aqua subuenit. Radix collyrii modo sub-  
 dita, partus eiicit : imposita, vt lycium, vulnera-  
 ria est, & vlcera cuniculatim depascentium  
 medela. Succus præcipuè eodem effectu prodest  
 oculis inflammatione laborantibus illinitur : pro  
 meconio collyriis acris immiscetur. Radix  
 vitiliginem absterget. Succus extrahendi ratio  
 hæc est : Contusa radix quinque diebus aqua

maceratur: postea in eadem tantisper decoquitur, dum extent radices: & ubi refrixit aqua, linreo excolatur: mox discoquimur, dum mellis crassitudo fiat, fistilique reconditur.

## Aristolochia.

## CAP. IV.

**A**ristolochia nomen ex eo sibi adaptavit, quod existimetur optimè puerperis opitulari. Triaeius genera traduntur. Retunda, quæ scœmina vocatur, foliis hederaceis: præstanti odore cū acrimonia, mollibus, subrotundis, multis ab vna radice germinibus, prælongisque palmitibus: floribus candidis, pilei similitudinè, in quibus quod rabram est graüiter olet. Longa, mascula appellatur: nonnullis dactylitis, longiore quàm rotunda folio: tenuibus ramulis, dodrantalibus: flore purpureo, graüiter olente, qui marcescens in pyræ similitudinem turbatur. Radix rotundæ, in orbem conglobata, rapi modo. Longè verò radix digiti crassitudinem, & dodrantis longitudinem implet, nonnunquam paulò maiorem. Ambæ colore intus buxæo, gustu amaro, & graui. Est etiamnum tertia longa, quæ clematitis vocatur, ramulos habens tenues, refertos foliis subrotundis, minori semperuiuo similibus: flores rutæ: radices longiores, tenues, crasso cortice odoratæque vestitas, priuatim vnguentorū spissamentis conuenientes. Rotunda cæteris venenis resistit. Longa verò aduersus angues, & venena, drachmæ pondere ex vino bibitur & illinitur: pota cū pipere, & myrrha, menses, partus, & omnia valuarum

tum onera eiicit: eadem efficit subdita in peffo.  
 Rotunda ad eadem pollet: infuper fingultibus,  
 fufpiriis, horroribus, lieni, conuulfis, laterum do-  
 loribus, pota cum aqua, fingulariter auxiliatur.  
 Aculeos, & fpicula extrahit, ofsium fquamam illi-  
 tu adimit, vlcera putrida exeft, & fordida expur-  
 gat: cauat cum iri, & melle explet, gingiuas, &  
 dentes extergit. Clematidis ad eadem polle-  
 re creditur, viribus tamen inferior eft.

## Dulcis radix. CAP. V.

**D**ulcis radix plurima gignitur in Cappado-  
 cia, & Ponto: fruticofa eft, ramis binam cubi-  
 torum altitudine affurgentibus: foliis lentifci,  
 denfis, pinguibus, tactuque gummosis: flore hya-  
 cinthi: fructu pilularum platani magnitudinis,  
 afperiore, qui filiquas lentium modo habet, ru-  
 fas & paruas: radicibus longis, vt gentianæ, colo-  
 ris buxei, fubacerbis & dulcibus: quæ denfantur  
 in fuccum, lycij exemplo. Is in arteriæ fcabritia  
 efficax habetur: verum oportet vt linguæ fubdi-  
 tus eliquescat, æftuanti ftomacho, thoraci, ac io-  
 cineri conuenit: sanat veficæ fcabiem, & renum  
 dolores, cum paffo porus: idem eliquatus fitim  
 fedit, vulneribus illitus accommodatur, commā-  
 ducatus ori prodeft: recentis radicis decoctum ad  
 eadem conuenit. Eiusdem farina pterigiis com-  
 modiffimè infpargitur.

## Centaurium magnum. CAP. VI.

**C**entaurium magnum foliis habet iuglandis,  
 oblonga, viridi bralficarum colore, ferrata

in ambitu : caulem, ceu ramicis, binum aut ternum cubitorum: multis ab radice adnatis, in quibus capita, ceu papanerum, in rotunditate oblonga: flos coeruleus : semen cnico simile, ceu lanceis floccis quibusdam inuolutam : radix crassa, grauis, solida, tripedalis, succo pragnans, cum ad tritione aliqua & dulcedine acris, & rubescens. Amat solum pingue & apricum, ac sylvas & colles. Copiosissima est in Lycia & Peloponneso, in Arcadia, Helide & Messenia, pluribusque locis circa Pholoen, Lyciam & Smyrnam. Radix conuenit ruptis, conuulsis, pleuriticis, spirandi difficultati, veteri tussi : sanguinem expuentibus, drachmis duabus trita datur, si febris sit, in aqua: caeteris in vino. Item ad tormina, & vuluæ dolores. Rameta eius in collyrij forma in vuluæ subdita, menses atque partus extrahit: succus eadem praestat, vulneribus prodest: nam recens tusa, aut arida antè madefacta, ea glutinat & coiungit. Carnes coalescunt, si tusa simul decoquatur. In Lycia succum exprimunt, quo pro lycio vtuntur.

Centaurium minus. CAP. VII.

**C**entaurium, limnesion aliqui vocauerunt, quoniam rigua met loca. Herba origani aut hyperici similis, caule anguloso, palmum excedente: flore lychnidis, è puniceo in purpuram vergente: foliis rutæ prælongis & paruis: fructu eritico simili: radice pusilla, læui & superuacua, quæ gustanti amara<sup>o</sup> a<sup>o</sup>ritudinem adfert. Herba recens tusa, suo illitu vetera cōglutinat: vetera vlcera purgat

purgat, & cicatrices obducit: bilem crassosque humores per aluum exigit, si decocta deuoretur. Ius: decocti ischiadicis conuenientissimè infunditur: trahit enim sanguinem & dolorem leuat. Succus oculorum medicamentis perquam utilis: siquidem cum melle caliginem oculorum expurgat: in vellere appositus, menfes & partus extrahit: epotus peculiariter neruorum vitiis succurrit. Succo extrahendi ratio: Legitur herba semine prægnans, & diebus quinque madefacta, decoquitur, donec superemineat aquæ: mox ubi refrixit, linteolo exprimitur, & eiecta herba, iterum decoquitur, vsque dum mellis crassitudinè habeat. Nonnulli eam recentè grauidamque contundunt, atque succum fictili non picato exprimunt, & in sole, lignea rude assidue mouentes, inspissant. Quòd si quid concretam faucibus vasis adhærescat, deradunt, reliquoque humori permiscēt. Noctua diligenter operiūt: namque ros nocturnus, liquores coalescere non sinit. Quæ autè siccis radicibus aut herbis liquamenta exprimantur, decocta (vt ingentianæ mentione retulimus,) præparantur: sed quæ ex corticibus humidis, aut contritis herbis factitantur, in sole, vti antè dictum est, coguntur. Sic è thapsia, sic è mandragora reliquisque similis succus, sic ex acerbis vuis melligo elicitur. Lyciū tamen, & absynthium, hypocistis, & cōsimilia, decocta, eo, quo dixim⁹, modo coguntur.

### Chamæleon albus. CAP. VIII.

Chamæleon albus, iuxta ideo aliquibus veratur,

quòd quibusdam in locis viscum circa radicem eius inueniatur, quo pro mastiche vtuntur mulieres: folia habet tilybo aut carduo similia, asperiora, acutiora, nigroque chamæleone validiora: caulem nõ promit, verum ex medio spinas, echini marini, aut cinaræ modo, erigit: flores purpureos, veluti papporum lanugines emittit: semen enici simile: radicem in lætis collibus crassam, in montosis verò graciliorem, in profundo albam: aliquatenus aromaticam, graui odore: dulcem. Quæ pota acetabuli mensura, latas interaneorum tinesas pellit. Bibitur autem in vino austero, cum origani seruefacti succo. Hydropicis commodissimè drachma in vino datur, etenim eos extenuat: contra difficultatem vrinæ decoctum propinatur. Hausta in vino, serpentium venenis resistit: occidit canes & sues: mures item necat, subacta cum polenta aut aqua, & oleo madefacta.

Chamæleon niger. CAP. IX.

Chamæleon niger, foliis scolymo similis efficit, nisi minora, tenuioraque, ac rubro distincta viderentur: caulem emittit dodrantalem, crassitudine digitali, subrubrum: & in umbella flores spinosos, tenues, hyacinthi æmulos, versicolores: radice crassa, nigra, densa, interdum exesa, quæ dissecta flauescit & commanducata mordet. Prouenit in campestribus, siccis, & cliuosis tractibus, & maritimis. Radix trita, addito atramenti sutorij exiguo, cedrino oleo, & axungia, scabiem abigit: eadem, cum sibi sulphur & bitumen ascinit, & cocta

& cocta in aceto illinitur, impetigines absterget. Decoctum collutione dentium dolorem mitigat: cum pari pipere & cera oblita radix, dolenti denti auxiliatur. Radice concisa, & in aceto decocta, dentes fouentur: eos quoque frangit, si scriptorio stylo teruēs adinoueatur: vitia cutis in facie, vitilinesque cum sulphure emendat: erodentibus medicamentis admiscetur: phagedænas, retragque vlcera illata sanat. Quare chamæleo vocetur, a varietate foliorum euenit; mutant enim cum terra colorem: hic viridia, illic albicantia, alicubi cœrulea, nonnusquā rubra inueniuntur.

## Crocodilium. CAP. X.

Crocodilium chamæleontis nigri figuram habet. Nascitur in syluosis, radice longa, læni, aliquantum lata, odore, vt nasturtij, acuto. Feruefacta in aqua & pota radix, sanguinem copiosum per narces pellit. Datur lienosis, eos euidenter adiuuans. Semen ei rotundum inest, duplex uti scutam, quod suapte vi vrinam ciet.

## Dipsacum, siue labrum Veneris.

## CAP. XI.

Dipsacum, aculeatarum generis est: caulem habet altum, spinis horridum, foliis lactuæ, spinosis, binis genicula singula complectentibus, prælongis, ceu quasdā bullas intus & extra aculeatas, in dorsi medio habentibus, cōcauo alarum sinu, in quo imber aut ros asseruetur: vnde dipsaci, quasi sitientis, nomen traxit. In cacumine caulis, singula circuli capitula insunt, oblonga, echi-



nata spinis: quæ arefacta, candida spectantur, dissectâque medulla tenus, vermiculos ostendunt. Sanat rimas sedis, fistulâsque, si tusa & decocta in vino radix, vsquedum sit crassitudo ceræ, immitratur. Medicamentum ærea pyxide recondendum. Aiant fornicationibus, verrucisque pensilibus remedio esse. Vermiculi capitulorum in folliculo alligati, collo aut brachio oppensi, produntur quartanis febribus remedio esse.

Spina alba. CAP. XII.

**S**pina alba nascitur in montibus & syluosis: folia fert albi chamæleonis, angustiora, candidiora, aliquantum hispida, & aculeata, caulem supra bina cubita altum, pollicari aut ampliore crassitudine, albicantem, intus cauum: in cacumine capitulum inest spinosum, echini marini æmulum, sed minus, & oblongum: flores purpurei, in quibus semen ceu cnicum, sed rotundius. Huius radix pota, cœliacis, stomachicis, & qui cruenta extusiant, efficax est: vrinam cit, tumoribus illinitur. Decocto eius dentes in dolore collui prodest. Epotum semen conuulsis infantibus, & à serpente demorsis auxiliatur: gestatum pro amuleto, serpentes abigere traditur.

Spina Arabica. CAP. XIII.

**A**rabicam spinam natura albæ spinæ similem esse constat: ipsa siquidem stringit. Ad sanguinis reiectiones, mensium abundantiam, cæterâsque fluxiones radix etiamnum valet. Provenit in asperis.

Carduus,

## Carduus. CAP. XIV.

**C**arduus, Græci scolymon vocant, folia chamaeleonis habet, aut albæ spinæ, nigriora, & crassiora: caulem longum edit, foliosum, capite spinoso: radice nigra & crassa, quæ illita, graecolentiam alarum totiùsque corporis emendat: item si decocta in vino bibatur, Copiosam autem vrinam foetidamque expellit. Herba cum recens tenerescit, in olera: asparagi modo, transit.

## Poterium. CAP. XV.

**P**oterium, Iones neurada vocant, largè fruticat, cortice obductum tenui, spinis horridum, lanugine spissa, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, tragacanthæ proximis: foliis paruis, rotundis: flore exiguo, candidi coloris: semine nullius vsus, sed gustu acuto & odorato. Nascitur in aquosis, & collibus. Radices demittit binum terminumve cubitorum, nervosas, & firmas: quæ proximè terram recisæ, dant succum gummi similem. Tusæ, præcis nervis & vulneribus glutinandis illinuntur. Decoctum quoque eius neruorum affectibus prodest.

## Acanthium. CAP. XVI.

**A**canthium albæ spinæ simile, foliis nucleatis per extremitates & lanugine araneosa obductis] ex qua collecta & neta, vestes bombycinis similes texunt. Folia vel radices ad rem edia opisthothi bibuntur.

Acanthu'

## Acanthus. CAP. XVII.

**A**canthus, Romani pæderotam vocant, nascitur in hortis, petrosis, & riguis: folia habet multò lactucaceis latiora, & longiora, erucæ diffusura, nigricantia, pinguis, læuis: caulem binum cubitorum, digitali crassitudine, læuem, prope verticem ex interuallis circūdarum foliolis, cennocamenta quædam oblonga referentibus, spinosis, è quibus flos prodit albus: semen oblongum, luteum: caput thyrsi specie. Radicibus nititur longis, mucosis, rubris, & glutinosis: quæ vltis igni & luxatis artubus illitæ subueniunt: potæ vrinam ciunt, sed aluum cohibent. Ruptis, conuulsis, tabem sentientibus, mirè profunt. Nascitur & syluestris acanthus, scolymo similis, aculeatus, breuior quàm satiuus, & is qui hortis prouenit: cuius radix ad eadem, ad quæ superior, efficax.

## Anonis.

## CAP. XVIII.

**A**nonis, quam aliqui ononida appellant, ramos habet fruticosos, dodrantaes, aut paulò maiores, frequentibus geniculis cinctos, cauis alarum multis, capitibus rotundis, foliis lenticulæ, tenuibus, pusillis, ad rutæ aut pratensis loti folia accedentibus, subhirsutis, odoratis, non iniucundè olentibus. Muria conditur, antè quàm spinosa fiat, cibus gratissima. Rami acutioribus spinis, & veluti spiculis firmioribus horrent: radicem mittit candidam, quæ excalfacit, & extenuat: huius corte x ex vino potus, vrinam ciēt: calculos comminuit,

minuit, margines vlcerum erodit. Radix cum decoquitur in posca, dolorem dentium collutione mitigat. Decoctum eius potu hæmorrhoidas sanare creditur.

Leucacantha. CAP. XIX.

**L**euacantha, prædita est radice cyperi, valida & amara, quæ manducata dolorem dentium sedat: veteri laterum dolori, atque ischiadicis prodest, decocto cyathis tribus ex vino potu. Eadem ruptis & conuulsis medetur. Radicis epotus succus eisdem præbet effectus.

Tragacantha. CAP. XX.

**T**ragacanthæ radix lata & lignosa, summo cæspite nititur, vnde furculos humiles, robustos, latissimè fundit, in quibus minuta folia; multa, nonnunquam tenuia exoriantur, quæ sub se spinas albas, rectas & firmas occultant. Est etiamnum tragacantha, lacryma, quæ, vulnerata radice manans, concreuit. Præstat pellucens; gracilis, læuie, syncera & subdulcis. Cutis spiracula, vt gummi, obstruit. Huius increbuit vsus ad oculorum medicamenta, ad rursim, exasperatas fauces, retusas voces, cæterasque destillationes, cum melle in delinctu: subdita quoque linguæ liquescit, & in passo madefacta; drachmæ pondere bibitur, contra renum dolorem, & vesicæ rosiones, misto cornu cerui vsto & eloto, aut scissi aluminis momento,

Hryngium.

Eryngium.

CAP. XXI.

**E**Ryngium aculeatarum generis est. Cuius folia in principio, sale condita, in cibos recipiuntur: lata autem sunt, & extremo ambitu aspera, gustu aromatica. Sed ubi adoleuerunt, circa complures caulium eminentias in spinas aculeantur, in quorum summitatibus globosa capitula, durarum acutissimarumque spinarum ambitu stellatim circumuallantur, quorum colos aliàs viridis, aliàs albus, interdum cœruleus inuenitur. Radix oblonga, lata, foris nigra, internè candida, pollicis crassitudine, odorata. Naschitur in asperis & campestribus. Vim habet calfacentiam: pota menses & urinas pellit, tormina inflationesque discutit: contra iocinerum vitia, serpentium morsus, & hausta venena, cum vino prodest. Bilitur aduersus plurima, cum seminis pastinacæ drachma vna: appensa illitave, tubercula discutere proditur. Pota cum hydromelite radix, opisthotonicis & comitialibus medetur.

Aloe.

CAP. XXII.

**A**Loës folium scillæ similitudinem habet, crassum, pingue, modicè latum, rotundum, retrorsus pandum: folia vtrimque ex obliquo longioribus interuallis striantur, & in spinulas desinunt retusas truncasque. Caulis emittitur non dissimilis antherico: flos albus: fructus hastulæ regię cognatus: graui tota est odore, & gustu amarissima: radice vna ceu palo, in terram, depa-

da,

ſta. Plurima præpinguisque in India gignitur, ex  
 qua coactus succus adfertur. Nascitur etiã in Aſia  
 & Arabia, in locis quibusdam maritimis: & in In-  
 ſulis (vt in Andro) non valde ſucco extrahendo  
 idonea: ſed ad glutinanda vulnera ſanè quàm  
 utilis, ſi detrita illinatur. Duo ſucci genera: quod-  
 dam arenosum, quod ſedimentum puriſſimæ eſſe  
 videtur: alterum ad iocineris imaginem vergit.  
 Eligi debet ſyncera, quæ nihil doli ſenſit, niti-  
 da, calculorum experta, ruſi coloris, friabilis, ac  
 iocineris modo coacta, facilè liqueſcens, eximie  
 amaritudinis: improbatur nigra & fractu contu-  
 max. Gummi eam adulterant: quod deprehendi-  
 tur gactu, amaritudine, & valido odore: eoque  
 argumento, quòd digitis friata non ad minima  
 uſque fruſta reſoluitur. Nec deſunt, qui acaciam  
 immiſceant. Natura eius eſt ſpiſſare, exiccare,  
 ſomnum allicere, & corpora denſare, aluum re-  
 ſoluere. Stomachum repurgat binãm cochleariũ  
 menſura, in aqua frigida aut egelida pota: ſangu-  
 nis reiectiones ſiſtit: regium morbum purgat, tri-  
 bus obolis ex aqua, aut drachmæ pòdere in potu:  
 deuorata cum reſina, aut cum aqua, vel melle co-  
 cto ſumpta, aluũ ſoluit: purgationis perfectæ cau-  
 ſa, tribus drachmis ſumitur: aliis purgatoriis me-  
 dicaminibus admixta, præſtat vt minus ſtoma-  
 chum infeſtent: ſicca glutinandis vulneribus in-  
 ſpargitur, vlcera ad cicatricem perducit, cohi-  
 betque eadem peculiariter exulceratis genitali-  
 bus medetur, & diſrupta puerorũ præputia iungit:  
 condylomata, rimasque ſedis ex paſſo ſanat: hæ-

morrhoi-

morrhoidum abundantiam & sanguinis eruptiones sistit, pterygia ad cicatricem ducit, liuores & insignita, ex melle tollit: priuatim scabras lippitudines, pruriginésque angulorū, permulcet: dolorem capitis sedat, temporibus & fronti illita, ex aceto & rosaceo; capillum fluentem continet, cum vino, tonsillis, gingiuis, & omnibus oris vlceribus, cum melle & vino proficit: oculorum medicamentis torretur, in munda & candenti testa, pennaque subinde versatur, vt possit æqualiter torrerī. Lauatur, vt quod sit arenosissimum, tanquam inutile subsidat, & leue ac pinguisimum assumatur.

## Absynthium.

## CAP. XXIII.

**A**bsynthium, aliqui bathypicron herba vulgè cognita. Præstantius in Ponto & Capadocia, in monte Tauro nascitur. Vim habet calfaciendi & adstringendi: bilem expurgat, quæ & stomacho & ventri inhæsit: vrinam cit, & crapulam præsumptum arceat. Ad inflationes ventris, & stomachi dolores prodest, cum seseli & nardo Gallico potum: fastidia discutit, & anquatos sanat madefacti dilutum, aut decocti ius, quotidie tribus cyathis haustum: menses cit potum, aut cum melle appositum. Contra fungorum strangulationes conuenienter ex aceto bibitur. Aduersatur ixiæ venenis cum vino: item cicutæ, & muris aranei moribus, & draconi marino. Anginæ eo cum melle & nitro perunguntur, & epinyctides ex aqua. Ad sagillata & oculorum caliginēs

nes ex melle illinitur : item auribus, si manat sanies. Dentium auriumque dolores decoctum vaporis suffitu compescit. Decoctum in passo dolentibus oculis oblinitur : item præcordiis & iocineri, tritū cum cerato cyprino : stomacho quoque longa valetudine laboranti, cum rosaceo : cum ficis autem, aceto & loliacea farina, aquæ inter cutem lienosilique subuenit. Vinum ex eo fit, quod absynthiten vocant, præsertim in Proponide & Thracia, quo ad antè dicta vtuntur, cum febris caret : alioquin in æstate propinant, & acceptam huic vino incolumitatem referunt. In sparsum arcis absynthium, vestes ab erodentium iniuria vindicat : culices ex oleo perunctum abigit, & à corpore arcet : atramentum librarium diluto eius temperatum, literas à murium erosione tuetur. Existimatur liquamentum eisdem præstare effectus. Attamen potionibus improbat, quoniam stomachum malè habet, & capitis eiet dolorem. Sunt qui cocta amurca, liquamentum adulterant,

### Marinum absynthium. CAP. XXIV.

**A**bsynthium marinum, quod aliqui seriphium vocant, copiosissimū in Tauro monte : iuxta Cappadociam & in Taphorisi Aegypti gignitur : quo Isiaci pro oliuæ ramo vtuntur. Herba est tenuis, abrotoni parui similitudine, re certa minutulis seminibus, subamara, stomacho inimica. Fragranter olet, & cum quadam calfactione adstringit : per sese, aut cum oriza cocta, interancorum

R animalia



animalia, teretesque tineas, adiecto melle enge-  
cat, alium læuigat: cum edulio autem vellenti-  
cula decocta, eadem præstare potest. Pecora ma-  
ximè pinguescunt hoc pabulo. Tertium genus  
absynthio assignatur, quo Gallia alpibus finiti-  
ma scætet: id patrio nomine Santonicum vo-  
cant, regionis in qua nascitur cognomento, ab-  
synthio non dissimile, verùm subamarum est,  
non adeò seminis fœcundum. Eadem quæ scri-  
phium potest.

Abrotonum. CAP. XXV.

**A** Brotonum duorum est generum. Fœmina  
quadam arboris specie fruticans, candicat, cir-  
cum ramulos toliis, serphi modo, minutim in-  
cisis: floribus referta est comantibus in summo,  
fulgore auri, corymbis: quod per æstatem pro-  
diit, suauiter olet, cum granitate quadam & ama-  
ro gusto: id genus Siculam esse constat. Alterum  
mas vocatur, sarmentosum, gracilibus ramulis  
vti absynthium. Plurimum in Cappadocia gi-  
gnitur, & Galatia Asiatica, atque in Syriae Hie-  
rapoli. Crudum semen, tritum & fernesactum  
ex aqua, in potu auxiliatur orthopnoicis, con-  
uulsis, ruptis, coxendicibus, vrinæ angustis,  
mensibus suppressis, aut remorantibus. In vino  
potum exitia iū venenorum antidotum est: hor-  
roribus ex oleo illinitur: serpentes & substratu  
& nidore fugat: contra ictus eorum cum vino  
potum prodest: priuatim efficax contra scorpionū  
phalangiorum venena oculatorum inflammationi-  
bus

bus commodè illinitur, cū cotoneo cocto, aut pane: tritū cum farina hordeacea: decoctumque, tubercula discutit: irini cōpositionibus admiscetur.

**Hyssopum. CAP. XXVI.**

**H**YSSOPŪ, herba nulli non cognita, duūm generum est, montanū & hortense. Optimū est Ciliiciū. Vim habet extenuandi & calfaciendi: decoctum cū ficis, aqua, melle, & ruta, potumque peripneumoniacis, diuturnæ tussis, suspiriosis destillationibus, & orthopnoicis auxiliatur: tineas enecat. Idē facit, si cū melle delingatur. Crassum humorem per aluū extrahit, decoctū ex aceto mulso epotū: & ad subducendam aluū cum ficis viridibus detritis manditur, vehemētiūque addita iri, gardamomo, aut irione, deicit: colorē in corpore fouet: lieni, & aquæ inter cutē, cū fico nitroque, inflammationibus quoque ex vino illinitur: cū feruente aqua impositū, sugillata discutit: cū decocto ficorum, optimè anginis gargarizatur. Decoctū cum aceto, dentiū dolorē in collutione sedat: inflationes auricularum vaporis suffitu discutit.

**Stoechas. CAP. XXVII.**

**S**TŒCHAS iuxta Galliam in insulis eiusdem nominis è regione Massiliæ gignitur, vnde cognomentū accepit. Herba tenuibus surculis, coma thymi, longiore folio, sabamara gustu, & aliquantū acris. Cuius decoctum, hyssopi modo, ad pectoris vitia efficax est. Antidotis miscetur. Viscera omnia & vniuersum animantis habitum extenuat, ab obstructionibus & farctis liberat.

## Origanum. CAP. XXVIII.

**O**Riganum Heracleoticum, quod & cunilam vocant, folium habet hyssopo non dissimile: umbellam autem non in rotæ speciem orbiculatam, sed veluti multifidam, semine in summis virgis haudquaquam denso. Excalfacit: vnde decoctum cum vino potum, demorsis à serpente conuenit. Si cicutam aut meconion hauserunt, ex passo: si gypsum aut ephemeron, ex aceto mulso propinatur. Ruptis, conuulsis, hydropicis, cū fico esui datur. Aridum acetabuli mensura potum in aqua mulsa, atros humores per aluum extrahit: menses ciet, & tussi cum melle linctum medetur: ad pruriginem, psoras, regiūque morbum, decocti ius in balneis prodest. Succus virentis tonsillas, vuam, & oris vlcera sanat, & per nares, ex oleo irino infusam, trahit: aurium dolores cum lacte mulcet. Conficitur ex eo, & cæpis, & rhois frutice, quo ad obsonia vtuntur, vomitoriū medicamentū, his omnibus in cupreo vase per dies bis vicenos insolatis, dum caniculæ sydus flagrat. Herbarum autem substratu serpentes fugantur. Quæ onitis appellatur, candidiore est folio, & hyssopo similior. Semen veluti coniunctos corymbos habet. Vis ei origani Heraclei, sed multò inefficacior. Syluestre origanum, aliqui panaces Heracleion, alij cunilam vocant, ex quibus est Nicanter Colophonius. Foliis est origani, ramis tenuibus, dodrantem altis, in quibus umbellæ anethi insunt, flores candidi: radix tenuis, superuacua.

Pecu-

Peculiariter percussis à serpente, folia & flores  
ex vino poti auxiliantur.

Tragoriganum. CAP. XXIX.

**T**Ragoriganum tenuis frutex est, sylvestri serpyllo aut origano similis, folio & ramulis. Quibusdam in locis lætius virentiusque inuenitur, & latioribus foliis, satis glutinosum. Alterum exilibus surculis, ac tenuibus foliis, quod aliqui prasium vocauerunt. Optimum est Cilicium, & Cretense, & Smyrneum, & in Chio Coóque proueniens. Omnia excalfaciunt, urinam cient, aluo accommodantur, decocto potu bilem deiciunt, lienosis ex aceto bibere prodest, contra pota ixiæ venenæ in vino bibuntur, menses trahunt: peripneumonicis, tussientibus, ex melle in eclegmate dantur. Grata ac mitis eorum portio est: quare cibum fastidientibus & stomacho acida ructanti, imbecilloque traditur. Item si a maritima iactatione nausea, & æstus præcordiorum excitetur; tumores verò cum polenta illita discutiant.

Pulegium. CAP. XXX.

**P**Vlegium herba vulgaris notitiæ. Extenuat, calfacit, decoquit: menstrua, secundas ac parus eiicit: pulmonis vitia ex melle & aloë potum extrahit, & conuulsis auxiliatur: nauseas stomachique intercisiones, ex posca permulcet: atram bilem per aluum exigit. Bibitur in vino utilissimè contra serpentium morsus. Defectos animo recreat, cum aceto naribus obiectum: gingi-

uas arefacti cinere corroborat : illitum cum polenta inflammationes omnes sedat, podagris per se subuenit, impositum vsque dum rubescat locus : cum cerato varos extinguit, lienosis cum sale vtiliter illinitur: decoctum eius ablutas pruriginis mitigat, conuersas vuluas corrigit, contra inflationes duritiâsque vuluæ, in desefsiones conuenienter adiicitur. Vocant aliqui blechona, quoniam dum floret, gustatum à pecoribus, batatum concitat.

## Dictamnium.

## CAP. XXXI.

**D**ictamnium, aliquibus syluestre pulegium vocatur. Cretensis herba est, acris, læuis, pulegio similis, sed maioribus foliis, quæ tomento quodam spissâque lanugine pubescunt. Florem nullum aut semen profert. Præstat omnia quæ fatiuum pulegium, sed efficacius multò; nam nō potum modò, sed appositum quoque aut suffitū, defunctos partus eiicit. Prodent in Creta capras sagittis percussas, huius herbæ pastu, eas excutere. Purgandi vim habet succus illitus, aut cum polenta tritus. Herba impactos pedibus reliquone corpori aculeos, illitu reficit. Ad lienis dolorem efficax habetur : siquidem ipsum imminuit. Metunt æstate & autumno. Radix eius gusta calfacit, partus accelerat. Succus cum vino potus, contra serpentium morsus præsidio est. Tanta herbæ facultas est, vt olfacta abigat bestias, quæ venenato ictu sæuiunt, appensâque contactu exanimet. Vulneribus ferro illatis, & venenatis mor-  
sibus,

ibus, infusus succus præsentaneo est remedio, si etiam ab instillatione statim in pota assumatur. Quod pseudodictamnium vocant, multis in terris nascitur, antè dicto simile, sed minus quàm illud acre. Eisdem effectus præbet, sed inefficacius multò. Desertur à Creta alterum dictamni genus, foliis si symbrij, ramus maioribus: in quibus flores sylvestris origani, nigri, molles: odor foliorum inter sisymbrium & saluiam iacundissimus. Efficax ad eadem, sed minus nares ferit: Miscetur emplastris & medicaminibus, quæ aduersus serpentium iniurias confinguntur, theriaca vocant.

## Salvia.

## CAP. XXXII.

**S**alvia siue elelisphacon, frutex est ramosus, longus, virgas habens quadrangulas, & canas: folia mali cotonei effigie, sed longiora, asperiora, crassiora & quæ sensim attritarum quasi vestium scabritiem referant, hirsuta, subalbida, perquam incundo odore, sed gravi: semen summis in caulibus sylvestri hormino simile gerit. In asperis nascitur. Menses cit & vrinas, decoctum foliorum ramorumque potus, & partus extrahit, & pastinacæ marinæ ictibus auxiliatur. Capillos denigrat, vulnerum sanguinem cohibet, tetra vlcera purgat: testium pruritus sedant rami foliaque, si decocto eorum foueantur.

## Mentha.

## CAP. XXXIII.

**M**entha, cognita herba est, calfaciendi, adstringendi, atque exsiccandi vim habet.

Sistit sanguinem, potio ex aceto succo : tineas in ventre teretes enecat, venereum stimulat, singultus, vomitiones, cholera que sedant terni ramullicum acidi granati succo poti. Suppurationes discutit, si cum polenta illinatur. Impositio fronti, capitis dolores mulcet: mammas, si tendantur, aut lacte turgeant, compescit : cum sale, canum moribus illinatur : aurium doloribus cum aqua mulla subuenit: vulvæ ante coitum admota, conceptioni resistit : linguæ scabritiem conficta lævigat: coire lac, densarique in caseum non patitur, si folia potionibus lactis immergantur. In summa, stomacho utilis est, & in condimentis peculiarem gratiam habet. Sylvestris mentha, Latini menthastrum vocant, hirsutiore est folio, & prorsus maiore, quam sisymbrij, odore magis viroso : quare minus ad sanorum usus expetitur.

Calamintha. CAP. XXXIV.

EX calaminthæ generibus quædam montibus familiaris, folia ocimi habens, incana, surculos, & caules angulosos purpureum florem. Altera pulegio similis est, sed maior : quam sylvestre pulegium ideo appellarunt, quod odore ipsum æmuletur: nepetam Latini vocitant. Tertia menthaastro cognata est, foliis oblongioribus, caule & ramis maioribus, quam superiora, sed viribus inefficacior. Omnium folia gustu impense feruentia, & acris: radix supernacua. Nascitur in campestribus, asperis, & aquosis. Potu  
aut

aut illitu demorsis à serpente opitulatur. Decoctum potu menses, & vrinas expellit: ruptis conuulsis, orthopnoæ, torminibus, cholericis, horribusque auxiliatur: regium morbum expurgat: præsumpta in vino, venenis resistit: tinea cæteraque interaneorum animalia, cum sale & melle pota, enecat: nec secus cocta crudave, si teratur. Elephanticos esitata adiuuat, si postea serum lactis ebibatur. Folia detrita si in vellere subiiciantur, menses extrahunt, & partus enecant. Accensa aut substrata, serpentes fugant: nigris cicatricibus candorem reddunt, in vino cocta, & illita, & sugillata tollunt. Calamintha ischiadicis imponitur, ut ex alto humores euocet, summam cutem exurens. Vermes necat succus auribus instillatus.

## Thymum.

## CAP. XXXV.

**T**Hymum ab omnibus cognoscitur, surculosus frutex, exilibus foliis, multis & angustis circumdatus: capitulis in cacumine, flore purpurascente refertis. Gracili solo, & petroso prouenit. Vim habet hanc, vt cum sale & aceto potum, pituitam per aluum detrahat. Decocti ius prodest orthopnoicis, & anhelatoribus: tinea ventris exigit: menses, partus, & secundas pellit, vrinas ciet: cum melle in eclegmate, faciles facit excretaiones: recentes tumores discutit, cum aceto illitum: coneretum sanguinem dissoluit: verrucas thymi colorem reddentes, pensilesque tollit: ischiadicis cum vino, & polenta impositum subue-



nit: hebetibus oculis in cibo prodest. Perquam  
utile pro condimento, dumtaxat ad vsus eorum,  
qui rectè valent.

Satureia.

CAP. XXXVI.

Satureia triualis notitiæ est: gignitur in aspe-  
ris locis, & tenui solo, thymo similis, minor tam-  
men, & tenerior: defert spicam florum plenam,  
coloris herbacei. Eadem potest quæ thymum, si  
modo consimili sumptitur. Aptus sanis vsus: est  
etiamnum quædam sativa, sylvestri prorsus mi-  
nor, quæ propter mitiorem acrimoniam, com-  
modius in cibos recepta est.

Serpyllum.

CAP. XXXVII.

Serpyllam duorum generū est: Hortense odo-  
re sampsuchum imitatur, atque in coronas ad-  
di solet, cui à serpendo nomen inditum est: quo-  
niam si qua eius particula terram attigat, inibi  
radices demittet. Folia & ramulos origani habet,  
sed candidiores: in maceris multò procerius as-  
urgit. Sylvestre, zygis appellatum, non serpit,  
sed in altitudinem increfcit, ramulos, edens te-  
nues, sarculosos, foliis refertos, longioribus quam  
rutæ, & durioribus, angustis: flores iucunde olēt,  
gustanti acres: radicis nullas vsus. Nascitur in  
petris, sativo efficacius, atque magis excafaciens,  
& ad medendi vsum aptius. Menses trahit, vri-  
nam potu ciet torminibus, ruptis, vulvis, & ioci-  
neris inflammationibus, auxiliatur: & aduersus  
serpentes potu illitūva: capitis dolores mulcet  
coctum, adiecto rosaceo, & madefactum in aceto:  
maximè

maximè verò phreniticis, & lethargicis conuenit. Cruentos vomitus sedat succus, drachmis quatuor ex aceto potus.

Sampuchum. CAP. XXXVIII

Sampuchum in Cypro, & Cyziceno laudatissimum: secundum sibi locum vendicauit Aegyptium. Amaracum gens Sicula, & Cyzicena appellat. Herba est ramosa, per terram repens. foliis eius calaminthæ, quæ tenui folio constat, hirsutis, & rotundis suauissimum odorem spirat, ideo coronis inseritur. Vis eius excafaciens Succus decocti potus, conuenit incipientibus hydropticis, & iis quos urinæ difficultas, aut tormina excruciant. Illita ex melle arida folia, sugillata tollunt: menses subditi in pefso trahunt: contra scorpionis ictum ex aceto & sale illinuntur: lixatis tumoribusque, cerato excepta imponuntur: aduersus oculorum inflammationes, tumoresque cum polline polentæ illini prodest Acopis magmatibusque, calfaciendi gratia commiscetur.

Melilotos, siue tertula Campana.

CAP. XXXIX.

Tertula Campana laudatissima in Attica, & Cyzico, & Chalcedone nata: cuius color vicinus est croco, boni odoris. Nascitur & in Campania circa Nolam, colore in luteū languescente, odore infirmo. Vim habet adstrictoriam: inflammationem omnem emollit, præsertim quæ in oculis, vulua, sede aut testibus erumpat, si ex passo eodem illinatur: interdum autem addito oui luteo  
affato,

affato, aut fœnigræci farina, lini semine, aut pol-  
line, aut capitulis papaueris, intybóve. Recentēs  
meliceridas per se cum aqua, & vlcera manantia  
in capite, illita cum creta Chia, vino aut galla  
sanat. Stomachi dolores, & eruda, & cocta cum  
aliquo ex antè dictis: lenat: doloribus aurium mi-  
rigandis cruda ex passo instillatur: in aceto aut  
rosaceo madefacta, capitis dolorem lenit.

Marum.

CAP. XL.

**M**Arum herba cognita vulgū, surculosa, flore  
origani, foliis multò candidioribus, flore  
odoratiore. Vim habet, sifymbrio consimilem.  
Substringit enim, & modicè calfacit: qua de cau-  
sa illitu serpentina vlcera sistit: & in calidas illi-  
tiones additur. Iuxta Magnesium, & Tralleis co-  
piosissima gignitur.

Acinos.

CAP. XLI.

**A**Cinos aut aconos à Græcis dicitur, tenui sic-  
còque ramulo herba, ocimo similis, odorata,  
sed hirsutior: qua coronæ faciuntur: à nonnul-  
lis olitoribus colitur. Menses & aluum pota sistit.  
Illita panos ignémque sacrum sanat.

Baccharis

CAP. XLII.

**B**Accharis herba fruticosa, quæ in coronas ad-  
ditur cuius folia aspera sunt, media violæ &  
verbasci magnitudine: caulis angulosus, cubiti  
altitudinem petens, aliquantulum asper, non sine  
appendicibus adnatis: flore purpureo, subalbican-  
te, odorato: radicibus veratro nigro similibus,  
quibus odor inest cinnamono proximus. Aspe-

rum

rum squallidumque solum amat. Radix in aqua decocta ruptis, vulsis, ex alto præcipitatis, spirandi difficultati, salutaris. Item diurnæ tussi, & urinae difficili: menses pellit: contra serpentium morsus vtilissimè datur in vino. Recens radix apposita, partum extrahit: puerperis eius decoctum in desefsionibus prodest: in diaspasmata vtiliter inseritur, iucundi odoris gratia. Folia, utpote quæ adstringant, capitis doloribus illitu profunt: oculorum inflammationibus, mammis tumentibus à partu, ægylopiis incipientibus, ignibusque sacris auxiliantur. Odor somnum gignit.

Ruta.

CAP. XLIII.

**R**uta montana sylvestrisque sativa, & hortensis acrior est, & in cibis damnata: sativa verò quæ sub ficu arbore nascitur, magis in cibos admittitur. Vtraque vrit, calfacit, exulcerat: urinam ciet, menstrua pellit, aluum sistit potu ciboque: lethaliū medicamentorum antidotum est, si semen ex vino, acetabuli mensura, ebibatur. Folia per se præsumpta, aut cum nuce iuglande, aridisque ficis, inefficaces venenorum vires reddunt: contra serpentes simili modo sumere conuenit: genituram cibo potuque extinguit: cum anetho sicco decocta, tormina sedat. Facit ad pectoris laterumque dolores, difficultatem spirandi, tusses, pulmonis inflammationem, coxendicum articulorumque cruciatus, & horrores febrium circuitu repetentes, pota ut antè dictum est. Item

ad

ad inflationes coli, vulvæ, rectique intestini, cū oleo decocta, & infusa. Fœminas vulvæ strangu-  
lata liberat, si a genitali, sede tenus cum melle  
subiciatur. Feruifac̃ta ex oleo & pota, ventris  
tineas excutit: articulariis doloribus ex melle,  
aquæ inter cutem cum sicis illinitur. Eisdem in  
potu auxiliatur, decocta in vino ad dimidias par-  
teis, & oblita. Cruda conditâque cibo, visus aciem  
excitat: dolores oculorum illita cum polenta le-  
nit, doloribus capitis cum rosaceo, & aceto illita  
auxiliatur, profluentem naribus sanguinem sistit  
trita & indita, testium inflammationibus cū lau-  
reis foliis imposita: & eruptionibus papularum  
cum myrto, & cerato prodest. Cum pipere au-  
tem, vino, & nitro affric̃ta, albæ vitiligini mede-  
tar. Cum eisdem illita fornicationes tollit, &  
verruccas, quæ thymi florem repræsentant: con-  
tra impetigines cum alamine, & melle utilissimè  
imponitur. Succus in mali punici calyce calfa-  
ctus, aurium dolori efficaciter infunditur: hebe-  
tudinem oculi qui sensere, ruta cum sceniculi suc-  
co ac melle peruncti iuuantur: ignem sacrum,  
ulcera quæ serpunt, aut in capite manant, cū ace-  
to, rosaceo, & cerusa persanat: mansa, aliorū ca-  
parumque acrimoniam domat. Montana, si co-  
piosius estur, interficit. Dum florē promit, & ad  
urias colligitur cutem inflat, & rubore quodâ  
inficit, cū pruritu ac vehementi inflammatione.  
Oporter itaque eam vinctis antea manibus, & fa-  
cie colligere. Tradunt succum gallinæ eis pullis  
insparsum feles arcere. Aduciunt eam, quæ in  
Macedoni

Macedonia circa Haliacmon amnem prodeat, comedentes intinere. Montosus autem is locus, vipers scætet. Semen eius potum contra intestina vitia efficax est: in antidota commodè additur: contra incontinentiam vrinæ tostum semen septenis diebus potui datur. Radix huius montanum moly vocatur. Syluestris ruta satiuæ similis est. Prodest comitalibus, & coxendicum doloribus: menstrua mouet, partus enecat. Acrior est viribus, quàm hortensis, & validior. Syluestris, vtpote noxia, cibis abdicatur.

Syluestris ruta. CAP. XLIX.

Vocant etiamnum syluestrem rutam, quod in Cappadocia, & Galatia Asiæ finitima moly dicitur. Prutex est, qui ab vna radice multos emittit cauliculos: foliis multò, quàm alterius rutæ longioribus, tenerioribusque, odore graui: flore candido: capitulis in cacumine paulò maioribus quàm satiuæ, rutæ quæ tribus maximè partibus constat: in quibus triangulum semen, subrufum gustu amarū recluditur, cuius est vsus. Semen autumno maturefeit: quod cum melle, vino, croco, & fœniculi succo, ac gallinaceo felle, teritur contra retusam oculorū aciem. Sunt qui eam harmalam vocent, Syri besafan. Qui Cappadociam incolunt, moly, quoniam quandam cū moly seruet similitudinem: radice nigra, flore candido. In collibus, & læto solo prouenit.

Moly. CAP. XLV.

Moly folia habet graminis latiora, hami sparsa:

sa: florem albæ violæ similem, sed minorem, ac magnitudine violæ purpureæ respondentem, lactei coloris: caulem candidum, quaternum cubitorum, in cuius cacumine inest aliquid, quod allijspeciem referat. Radix parua, bulbosa, quæ mirum in modum valet ad aperiendas vulvas, si trita cum irino vnguento, in pefso subiiciatur.

## Panaces.

## CAP. XLVI.

**P**ANACES nonnullis heracleum dicitur, ex quo popopanax colligi solet. Plurimum in Bœotia, & in Phocide Arcadiæ nascitur: ibique compendij, & quæstus, qui ex eo liquore facitatur, gratia studiose colitur. Foliis est asperis, in terra iacentibus, herbacci coloris, multum ad ficulnea accedentibus, in ambitu quinque partitò diuisis: caule, vt ferulæ, altissimo, qui lanugine quadam incanescit, foliis etiam minutioribus obsitus, muscariis, ceu anethi, in cacumine: flore lacteo, & semine odorato feruentéque: radices habet multas ab origine vna, candidas, graueolentes, crassi corticis, & subamari gustus. Nascitur in Cyrene Libyæ, & Macedonia. Excipitur succus incisa radice, recenti caulium pullulatu. Ea candidam succum emittit, qui siccatus, in summa cute croceum colorem contrahit. Et fluentem autem succum excipiunt, foliis excavato solo stratis, quæ siccata tolluntur. Simili modo caule melsibus inciso, profluentem succum eximunt. Meliores ex radicibus, albæ, rigentes, distentæque, siccæ, quæ cariem non sentiant, aromaticæ, fer-

mentes

mentes gustu. Fructus ex media ferula cibo idoneus est: sed ex agnatis stolonibus, ab usu cibario abhorret. Maximè in hoc succi genere probatur, quam amarissimus, internè albus, aut subfulvus, seris ad croci colorem inclinans, lævis, pinguis, friabilis, tener, statim in aqua eliquescens, graui odore. Niger improbatur, ac mollis. Adulteratur ammoniaco aut cera: sed sincere experimentum est, si digitis in aqua friatus resoluitur, & lactescat. Excalfacit, mollit, extenuat: horribus febrium circuitibusque, vulsis, ruptis, laterum dolori, torminibus, stillicidio urinæ conuenit. Contra vesicæ scabiem ex aqua mulla aut vino bibitur: menses trahit, foetum enecat, inflationes, quæ vuluam malè habent, duritiâsque, ex melle dilutus, discutit: ischiadicis illinitur, ac opis & capitis medicaminibus admiscetur, carbunculos rumpit, podagricis cum vua passa illitus subuenit: dolore dentium liberat, cauis inditus: oculorum aciem illitu excitat. Ex eo & pice optimum fit emplastrum contra bestiarum morsus, quæ in rabiem efferantur. Radix in ramenta cōscissa, valuæ admota, partus extrahit: ad vetera vlcera efficax est, nudata ossa corpore operit, si trita cum melle illinatur. Semen cum absinthio sumptum, menses pellit: cum aristolochia, prodest aduersus animalia quæ venenum eiaculantur, & contra valuæ strangulatus in vino bibitur.

## Panaces. CAP. XLVII.

Panaces Aselepij caulem à solo emittit tenuem.

Q

cubi



cubitalem, geniculatum, circa quem folia fœniculi fundantur, sed maiora tamen hirsutioraque odorata: in cacumine umbella, ubi flores emicant aurei, odorati & acris gustus: radix parua est & tenuis. Auxiliarem vim habent flores & semina, contra vlcera: phagedænas, & tubercula, si trita cum melle imponantur: aduersus serpentes ex vino bibuntur, & cum oleo illinuntur. Aliqui panaces syluestre origanum vocant, alij cunilam, de qua in origani mentione diximus.

Panaces chyronium. CAP. XLVIII.

**P**anaces Chironium, in Pelio monte maximè provenit: folium eius amaraco simile: flos aureus: radix parua, quæ non altè demittitur, gustu acris. Pota radix serpentium veneno resistit, illita coma, eadem præstat.

Ligusticum. CAP. XLIX.

**L**igusticum, quod alij panaceam, alij panaces vocant, plurimè in Liguria nascitur, in monte Apennino, Alpibus contemino: vnde nomen traxit. Panaces incolæ non ab re appellant: quoniam & radice & caule, heracleotico panaci simile fit, & viribus eisdem præditum. Gignitur in altissimis asperisque montibus, ac umbrosis, maximè verò iuxta fluenta. Cauliculum fert anethi, geniculatum, tenuem, & in circuitu folia fertulæ campanæ, molliora, odorata, prope verticem graciliora, & longè magis diuisa: in cacumine muscarium, in quo semen dependet nigrum, solidum & oblongum, fœniculo proximum gustanti acro,  
& aroma

& roma olens: radix candida, heracleotici panacis similis, odorata. Radicis seminiſque vis excaſfactoria, concoquēs: prodeſt ad inteſtinos dolores, tumores, concoctiones. Item ad inflationes, præſertim quibus ſtomachus turgat: & contra ſerpentium iſtus: urinas & menſes potu trahit. Eoſdem præſtat effectus appoſita radix. Semen cum radice oxyporis & medicamenti decoquētibz admisceſtur: ori perquam vtile: quare pro pipere vtuntur eo indigenæ, ad obſonia. Adulteratur ſemine quodam ſimili, quod facile guſtu diſcernitur: amarum enim eſt. Alij ſemen fœniculi aut ſeſelis admisceſcentes, liguſticum dolo vitiant.

## Paſtinaca.

## CAP. L.

**P**Aſtinaca ſylueſtris folia gingidij habet, latiora, ſubamara: caulem reſtum, ſcabrum: umbellam ſimilem anethi, in qua flores inſunt candidi, & in medio exiguum quiddam cernitur colore purpureo, ferè ad croceum accedente: radix digiti craſſitudine dodrantalis. odorata, quæ coſta manditur. Semen potum vel impoſitum, mēſtrua mouet. Iis conuenit in potione, quos urinae difficultas torquet, aut lateralis dolor excruciat, aut ſi aqua cutem ſubiit: ſerpentium morſibus iſtibusque prodeſt: præſumentes id nulla affici iniuria à ſerpentibus traduntur: conceptus adiunat. Radix urinam pellit: venerem ſtimulat, partus appoſita eiicit. Folia trita, & cum melle impoſita, phagædenas vlcerum purgant. Sa-

eiua ad eadem pollet, efficacior tamen, & cibos aptior.

Seseli.

CAP. LI.

**S**eseli Nafsiliense folia foeniculi habet, crassiora: caulem vegetiorem: umbellam anethi, in qua semen oblongum, angulosum: degustanti stagem acre: radix longa est, iucundi odoris. Semen & radix excalfaciendi vim habent, potu stranguariae & othopnoeae medentur, suffocationibus mulierum comitialibusque profunt, menses & partus trahunt: ad omnia interna mala pollet, tussim veterem sanant. Semen cum vino potum, concoquit, & tormina discutit: epialis febribus vtile, & contra persfrictiones in itineribus, cum pipere & vino bibitur: capris, caeterisque pecudibus, datur in potu, quod facilius suos foetus entantur. Aethiopicum seseli, folia habet hederæ, minora, & ad periclymeni modum oblonga: frutex nigricat, palmis in bina cubita extensis, ramis sesquipedalibus, capitula anethi: semine in tritici morem denso nigro, amaro. Mafsiliensi odoratiore, & acriore, multum suavi. Peloponnense folia habet cicuta, latiora, & crassiora: caulem supra Mafsiliensis magnitudinem, ferulaceum, & latam in cacumine umbellam, in qua semen latius, odoratum, & carnosius pendet. Eisdem viribus praeditum est: nascitur in asperis, riguis, & collibus: inuenitur & in insulis.

Creticum.

CAP. LII.

Tordylium, quod aliqui Creticum seseli vocant,

iuxta Ciliciam in Amano monte nascitur, herbula surculosa, semine duplici, rotundo, scutulorum effigie, odorato, subacri. Contra urinæ difficultatem bibitur, potu cit menses. Succo seminis, caulisque virentis, ternis obolis ex passo decem diebus hausto, renes sanantur. Efficax est radix ad eiendas pectoris excreationes, in delinctu cum melle.

## Sison. CAP. LIII.

Sison exiguum semen est, in Syria natum, apio simile, nigrum, feruens, oblongum. Contra licenis vitia bibitur, urinæ difficultatem potu emendat, remoratos menses citat. Quo in condimentis, cum cucurbita, & aceto indigenæ vtantur. In sacumine granula multa gerit.

## Anisum. CAP. LIV.

Anisum in summa excalfacit, exiccat: oris halitum iucundiorem facit, doloris lenamentum præstat, urinam ciet: aquam, quæ subit cutem, dissipat, potum sitim cohibet, animalium veneris aduersatur: valet ad inflationes, aluum & alba foeminarum profluvia sistit, lac ad mammas elicit, venerem stimulat: dolores capitis leuat, suffitum naribus: cum rosæceo tritum, instillatumque, fractis auribus medetur. Melius semper recens, plenum, non farfarosum, odore præstat. Inter prima laudatum est Creticum, proximo loco Aegyptium.

## Carum. CAP. LV.

Carum, semen est vulgaris notitiæ. Excalfacit,

Q 3 urinam

urinam concitat, stomacho vtile, os commendat, concoctionem adiuuat, vtiliter miscetur antidotis & oxyporis: anisi vicem præbet. Radix cocta, pastinacæ modo manditur.

Anethum.

CAP. LVI.

**A**Ridi anethi comæ seminisque decoctum, portu lac euocat, inflationes & tormina, sedat, alium vomitionesque sistit, urinas ciet, singultus lenit, oculorum aciem hebetat, & genituram restinguit assidue potum. Pœminis valuæ malo opportunis, ad deflectiones vtile, condylomata illitus eius cinit tollit.

Cuminum satium. CAP. LVII.

**C**Vminum satium ori gratum est: sed multo magis Aethiopicum, quod Hippocrates regium appellauit. Secundum locum tenet Aegyptium: reliqua sequuntur. Prouenit in Galatia, in Asia, Cilicia: & Terentia, & plerisque aliis tractibus. Excalfacit, adstringit, exiceat: ad tormina inflationesque conuenit, coctum & cum oleo inditum, aut cum hordeacea farina illitum. Orthopnoicis datur in posca: demorsis à serpente, in vino. Testium collectionibus auxiliatur, impositum cum vua passa, aut lolij farina ceratove. Mensum abundantiam inhibet. Contritum autem in aceto, & naribus obiectum, sanguinis profluvia sistit. Colorem bibentium aut perunciorum mutat in pallorem.

Syluestre cuminum. CAP. LVIII.

Syluestre cuminum, plurimum efficaciusque in  
Lycia

Lycia & Galatiæ Asia: atque Carthaginæ Hispaniæ gignitur: frutice paruo; dodrantali caule, ac tenui, quaternis aut quinis foliis tenuibus, veluti serratis, & gingidij diuisura. In cacumine capitulina, aut sena habet, mollia, rotunda: in quibus est semen acerosum, gustu satiuo acriore: nascitur in collibus. Bibitur semen ex aqua, aduersus tormina inflationesque: item contra venenatas bestias, ex vino: singultus ex aceto sedat, stomacho vtile, quem humor vexat, sugillata tollit, si manducatum cum melle, & vua passa illinatur: testium inflammationibus, adiectis eisdem illitum medetur. Est & aliud syluestris cumini genus, satiuo non dissimile, quod à singulis floribus promit cornicula in sublime exerta, in quibus semen est melanthio simile: quod potum omnium serpentium moribus præsidio est. Calculosis & iis, qui urinæ stillicido vexantur, aut concretum sanguinem cum lotio reddant, auxiliatur, sed apud semen feruifactum postea bibendum est.

Ammi.

CAP. LIX.

**A**Mmi Aethiopicum cuminum appellant, plerique hoc natura diuersum esse ab illo existimant. Vulgò notum est, semen exile, multò minus cumino, origanum resipiens. Eligendum est purum, minimè farsarosum. Vis ei excafactoria, feruens, & exiccans: facit ad tormina, urinæ difficultatem, serpentium ictus, cum vino potum: menstrua ciet. Miscetur derodentibus cantharidum medicamentis, quæ ecdoria vocant: vt inde

exortis vrinæ difficultatibus resistat. Sugil.  
cum melle tollit, colorem potu aut illitu mutat  
in pallorem Suffitum cum vua passa aut resina,  
vulvas purgat.

Coriandrum. CAP. LX.

**C**oriandrum, aut corianum, vulgaris est noti-  
tiæ, vim refrigeratorem habens. Quare illi-  
tum cum pane aut polenta, ignibus sacris, & vl-  
ceribus quæ serpunt: medetur: epynictidas cum  
melle vel vua passa, testium inflammationes, car-  
bunculósque sanat: cum faba fresca, strumas & tu-  
bercula discutit: tineas interaneorum expellit se-  
men cum passo potum, & genituram adauget:  
largius autem sumptum, mentem non sine peri-  
culo mouet, quare continuo, & copiosiore vsu  
abstinendum. Succus cum cerusa, spumæ argen-  
ti, necnon aceto & rosaceo illitus, arduentes sum-  
mæ cutis inflammationes emendat.

Hieracium. CAP. LXI.

**H**ieracium magnum, caulem emittit, asperum,  
subrubrum, spinosum, cauum: folia ex inter-  
uallis rariuscule diuisa, similia soncho per ambi-  
tum: luteos flores in oblongis capitulis. Vim re-  
frigerandi habet, & modicè substringendi: vnde  
illitum, stomacho æstuantis, inflammationibus-  
que prodest. Succus erosionem stomachi sorbi-  
tione mitigat. Herba cum radice illita, vibratis à  
scorpione ictibus auxiliatur. Hieracium paruum,  
folia eodem modo obtinet ex interuallis diuisa  
per ambitum, cauliculos teneros, virentes, in qui-  
bus

bus lutei flores, orbem circinantes, emicant. Vinam suam ad eadem ad quæ superior impendit.

Apium.

CAP. LXII.

**H**ortensis apij herba ad eadem, ad quæ coriandum, conuenit: inflammationibus oculorum, cum pane aut polenta illinitur: æstuantem stomachum mulcet: mammaram duritiam ex lacte concreto contractam reprimat: vrinam ciet, siue crudam, siue coctam edatur. Decoctum eius radicisque potu, venenorum noxæ resistit, quæ vomitiones excite, aluum cohibet. Semen vehementius vrinam pellit: contra serpentium venena, aut epotam argenti spumam auxiliatur: inflationes discutit. Admiscetur medicamentis, quæ dolorum leuamenta præstant: theriacis quoque, ac tussis remediis. Eleoselinum in humidis nascitur, satiuo grandius, & ad eadem efficax. Oreoselinum, caule est dodrantem alto, ab radice tenui exeunte: per cuius ambitum ramuli, & capitula cicutæ, multò tamen tenuiora: semine cumini, oblongo, acri, & odorato, tenui: nascitur in petrosis & montibus. Vrinam ciet, semine ac radice in vino potis: menses trahit. Antidoris, necnon medicamentis vrinam cientibus, & excafactoriis, inseritur. Nec hallucinari nos oportet, existimantes oreoselinum esse, quod in saxis prouenit: aliud enim est petroselinum. Petroselinum in Macedonia prouenit, in præruptis locis, semine ammij, odoratiore, sapore acri, aroma olente. Vrinam cit ac menstrua: contra stomachi & coli inflationes, &

Q 5

tormi-



tormina prodest: laterum, renum, & vesicæ doloribus in potu subuenit. Admiscetur antidotis vrinam cientibus. Hipposelinum, Latini olusarrum appellant, aliqui Smyrnion, quamuis aliud sit, quod propriè Smyrnion dicitur, vt paulò post referemus. Est autem maius & satiuo apio candidius: caule alto, cauo, molli, habente veluti lineas: foliis latioribus, in puniceum vergentibus: coma rorismarini, florum plena, dependentibus in cacumine corymbis, ante quàm deflorescat: ea semine turget nigro, oblongo, acri, solido, aromatico: radix dimittitur odorata, candida nec crassa, quæ os commendat. In vmbrosis & palustribus enascitur: olerum generis, vt apium. Radix cruda coctâve estur. Folia cum caulibus decocta manduntur, & per se aut cum piscibus præparantur, crudaque muria condiuntur. Vinum hanc habet, vt potu semine ex mulso vino menses cieat: argentes calfacit potu aut illitu: vrinæ stitiditio auxiliatur. Radix eosdem præstat effectus,

## Smyrnium.

## CAP. LXIII.

**S**myrnion, quod in Cilicia petroselinum vocât, plurimum in Amano monte gignitur. Caulem habet apij, & stolones multos: folia latiora, subpinguia, ad terram infracta, robusta, odore medicato, cum quadam acrimonia iucunda, colore in luteum languescente: capitibus caulium orbiculatis, vt anethi: semine brassicæ, rotundo, nigro, sapore aspero, sicut myrrha, ita vt alterum alterius loco cedat: radix quoque odorata,  
gustu

gustu acri, fauces mordet, saccosa, mollis: cortex eius foris niger, intus viridis, aut saba bidus. Nascitur in saxosis, & collibus, atque squallidis, & limitibus terrenis. Vis radicis, herbæ, & seminis exalfacere. Folis muria maceratis ad obsonia vtuntur, aluum sistunt, radicem contra serpentium ictus bibere conuenit, tusses & orthopnceas mitigat, vrinæ difficultati medetur: recētes tumores, collectiones, duritiâsque discutit, illita & vulnera ad cicatricem perducit: partus abortu vitiat, si seruesacta subiiciatur. Semen, lienis, renum & vesicæ vitiiis prodest: menses & secundas pellit: commoio datur ischiadicis in vino, inflationes stomachi lenit, sudores ciet, & ructus. Peculiariter datur hydropicis in potu, & contra febriam circuitus.

Elaphoboscum. CAP. LXIV.

**E**laphobosco fœniculaceus caulis est; aut rori marino similis, geniculatus: foliis dâum digitorum: latitudine, vt terebinthi, prælongis, aliquantum asperis, circūfractis: adnata multa habet, ferentia umbellas anethi similes, & semina eiusdem: florem subluteum: radice ternâum digitorum longitudinis, & crassitudinis vnius, candida, dulci, esui apta. Caulis tener pro olerè manditur. Contra serpentiam ictus, datur semen in vino. Fama autem est, hoc pabulo, ceruas serpentium moribus resistere.

Fœniculum. CAP. LXV.

Fœniculum si herba edatur, aut semen cum ptisana

sana bibatur, mammæ lacte replet. Comæ decoctum in renum doloribus subditū proficit, quippe quod urinam excitet: contra serpentium ictus in vino conuenienter bibitur: menses ciet: in febribus nauseam & stomachi feruorem, ex aqua frigida potum sedat. Contritæ radices & cum melle illitæ, moribus canum medentur. Succus caule & foliis exprimitur, & in sole siccatus, in medicamenta adicitur, quæ ad excitandam oculorum aciem commodè temperantur. Extrahitur succus ad eadem valens, etiam semine viridi, ramulisque & radicibus prima germinatione incisis. In Iberia, quæ ad occidentem spectat, succum reddit gummi similem. Caulem medium, dum herba floret rustici demetunt, ignique admouent, quò facilius vi caloris exudans, gummi remittat: quid efficacius succo est, ad medicamenta oculorum.

Fœniculum erraticum, siue hippomarathrum. CAP. LXVI.

**E**st & syluestre fœniculum, magnum: fert autem semen canchryi simile, cuius radix iucundè olet, potaque stranguriæ medetur: menses imposita ciet: ventrem sistit, radice aut semine potro, & contra serpentium morsus auxiliatur, calculoque comminuit, & regium morbum expurgat: lactis abundantiam facit decoctum foliorum haustum, & fœminas à partu purgat. Traditus aliud hippomarathi genus, longo, exili, & angusto folio: semine coriæadri, rotundo, acris, & odo-

& odorato. Excalfaciendi naturam habet, & viribus fœniculo respondet, sed ad omnia infirmius.

Daucum. CAP. LXVII.

**D**AUCUM aliqui Daucium vocant. Creticum foliis fœniculo simile, minoribus & tenuioribus: caule dodrantali, umbella coriandri, flore albo: semine acri, cãdido, hirsuto, suauissimi odoris in mandendo: radix digitali crassitudine & dodrantis longitudine adolescit: in saxosis nascitur, & locis sole illustratis. Aliud eius genus, syluestri-apio simile, acre, odoratum, aroma olens, feruentis gustus. Probatissimum Creticum. Tertium assignatur genus foliis coriandri, floribus albis, capite & semine anethi, muscario pastinacæ: semine oblongo, ceu cumini, acri. Omnium semen excalfacit: potum vrinam, menses, & partus extrahit, torminibus liberat, veterem tussim mitigat: phalangiorum moribus potum in vino auxiliatur: tumores illitu discutit. Seminis dumtaxat in aliis generibus inualuit vsus: in Cretico, etiam radicis, quæ maximè contra venenatorum iniuriam in vino bibitur.

Delphinium. CAP. LXVIII.

**D**ELPHINIUM, surculos emittit à radice vna sesquipedales, aut maiores, à quibus folia exeunt parua, tenuia, diuisa, prælonga, quæ delphinorum effigiem repræsentant: vnde tractum nomen est. Flos violæ albæ non dissimilis, purpureus: & semen in siliquis, milio proximum, quo non aliud vtilius bibi potest, ab scorpione percussis. A iunt

enim obiecta herba, scorpiones resolui, atque ignavos torpescere: semota vero ea, sese recolligere. Prouenit in asperis & apricis. Alterum est delphinium, quod Romani bucinum vocant, superiori simile, sed foliis & ramis longè gracilius. Viribus eisdem pollet, sed non ita efficacibus.

Pyrethrum.

CAP. LXIX.

**P**yrethrum Romani saluareem vocant, folia caulēque emittit vt daucum syluestre & fœniculum: umbellamque anethi, circinata rotunditatis. Radix longa est, pollicis crassitudine, gustu seruidissimo. Pituitam elicit: idē in dolore dentium, decocta in aceto, colluto inde ore, auxiliatur: mansa pituitam extrahit: sudores ciet, peruncto ex oleo corpore: diurnis horroribus efficax est & contra perfrictiones membrorum, resolutionēque eximie conducit.

Rosmarinus.

CAP. LXX.

**D**VO rosmarini genera: vnum fœcundū frugiferūque, cuius semen canchrys vocatur: folia fœniculi habet, crassiora & latiora, in rotæ speciem, humi sparsa, iucundē olentia: caulē cubiti altitudine, aut maiorem, multis concavum alis: in cacumine umbellam in qua semen copiosum, candidum, spondylo simile, rotundum, angulosum, acre, resinaceum, quod in mandēdo linguam exurit: radix thus redolet, candida, prægrandis. Est & alterum omnino confimile, semen ferens latum, nigrum, yti sphondylium, odoratum

tum minimè exurens, radice foris nigra, intus si frangatur, alba. Verùm id quod sterile dicitur, aliorum planè similitudinem refert: sed neque caulem, neque florem, neque semen promit. Nasctur in saxosis & asperis. Trita omnium herba cõmuniter hæmorrhoidùm profluvia sistit, sedis inflammationes & condylomata mitigat, concoquit strumas & abscessus, qui ad maturationem ægrè perducuntur. Siccæ radices cum melle ulcera purgant: torminibus medentur cum vino potæ, & contra serpentium morsus conveniunt: menses & vrinas cient, veteres tumores illita discutunt. Tam radicis quàm herbæ succus, adiecto melle illitus oculorum aciem exacuit. Potum semen ad eadem pollet, si comitialè malum sentiatur, aut vetus pectoris vitium, auxilio est: regio morbo laborantibus cum vino & pipere datur: sudores movet, cum oleo perunctum: ruptis & convulsis prodest: podagris, cum loliacea farina & aceto tritum, illinitur purgat vitiliginas, addito aceto quàm acerrimo. Semine in positionibus vtendum, eius quidem quod canchryn non ferat, quippe illud sua acrimonia arteriam exasperat. Rosmarinum cum erica nasci, foliis lactucæ sylvestris amaræ asperioribus, candidioribusque, radice brevi, Theophrastus author est: potúque id ipsum alterutra parte purgare. Cancchrys vim habet excalfaciendi, & vehementer exiccandi, quare abstergentibus medicamentis inseritur. Contra oculorum fluxiones capiti illinitur, ita vt tertio die solvatur.

Rosmarinum coronarium.

## CAP. LXXI.

**R**osmarinum, quo coronarij vtuntur, ramos mittit tenues, & circa eos folia minuta, densa, longa, exilia, subter incana, supernè virentia, graui odore. Excalfactoria vi præditum est: regium sanat morbum, si decoctum in aqua, ante exercitationes bibatur: & vbi laborans exercitationi se crediderit, in balnea descendat, & merum potet. Acopis, gleucinóque vnguento admisceri solet.

## Sphondylium. CAP. LXXII.

**S**phondylium folia quadámtenus platani & panacis habet: caules fœniculaceos, cubitali altitudine, aut amplius assurgentes, in quorum cacumine semen duplex, seseli simile, sed latius, candidius, & magis paleaceum, grauis odoris: flores eius albi, aut pallentes: radice raphani, candida. Nascitur in palustribus & aquosis. Potum semen pituitam per aluum extrahit: medetur iocineris vitiis, regio morbo, comitialibus, orthopnoicis, vulnarum strangulationi. Veterinosos suffitu reuocat: cum oleo commodè infunditur capitibus phreniticorū, & lethargicorū, itē capitis doloribus: cum ruta illitum, serpentia vlcera cohibet. Datur radix contra regiū morbū, & iocineris vitia: circumrasa eadem, & iniecta callos fistularum derodit. Recentis floris succus exulceratis auribus, purulentisque accommodatur: qui cætero-

Ferula.

Ferula.

CAP. LXXIII.

**F**erula medulla pota utilis est ad cruentas excreationes, coeliacosque, & contra viperarum morsus in vino datur, erumpentemque naribus sanguinem indita sistit. Semen potum torminosus auxiliatur, sudores ciet, vincto ex oleo corpore. Caules, si edantur, capitis dolores faciunt: muria condiuntur. Ferula itaque caulem profert ternum saepe cubitorum: folia foeniculi, longe asperiora, & latiora, quae ab imo caule vulnerata, tagapenum efficitur.

Peucedanum.

CAP. LXXIV.

**P**eucedanum, caulem emittit tenuem, gracilentum, foeniculo similem: comam habet statim ab terra copiosam, spissamque: flore luteo: radice nigra, crassa, graui odore, succosa: gignitur in montibus opacis. Tenera radix cultello conciditur, profluensque est plaga succus umbræ mandatur: in sole siquidem confestim euanescit. Colligitur capite prius & naribus rosaceo perfusis, ne capitis dolor premat & vertigo sentiatur. Assatione radix inutilis fit. Tam lac, quam succus radice & caulibus extrahi solet. sicuti est mandragora: verum inefficacior succo lacryma habetur, & velocius expirat. Interdum etiam concreta inuenitur lacryma, thuris similitudine, caulibus radicibusque adhærens. Præfertur succus est Sardinia & Samo thrace, colore rufo, odore graui, feruens gustu. Ex oleo & rosaceo illitum peucedanum prodest lethargicis, phreniticis, vertiginosis, comitia.



initialibus, & longis capitis doloribus, resolutis, ischiadicis, conuulsis: omnibus, in vniuersum, vitium neruorum, ex oleo & aceto illitum prodest. Eius olfactu respirant vuluæ strangulatus, & ueternosi reuocantur: incensum serpentes abigit. Aurium doloribus convenienter ex rosaceo infillatur: cauernis dentium inditum, mitigat dolorem: contra tussim efficacissimè ex ouo assumitur, suspiriisque, & torminibus, & inflationibus subuenit: ventrem leniter emollit, lienè absumit, difficiles partus mirè adiuuat. Facit ad vesicæ cruciatus, & renum distentiones potum, & vuluam aperit. Radix ad eadem utilis est, sed inefficacior: eius decoctum bibitur. Farina eius, sordida vlcera purgat, & vetera cicatrice obducit: squamas osium extrahit. In cerata, & calfacientia malagmata additur. Radix eligi debet recens, quæ cariem non senserit, firma odoris plena. Succus ad potiones amaris nucibus aut ruta, aut pane calido, aut anetho resoluitur.

Gith, seu Melanthium.

CAP. LXXV.

**G**ith exilibus surculis fruticat, sepe binos dodranthes excedens: foliis vt senecionis minutis, sed multò tenuioribus: capitulo in cacamine tenui: paruo, ceu papaueris, oblongo, intercurstantibus intus membranis: quibus semen includitur nigrum, acre, odoratum, quod panibus inspargitur. Capitis doloribus illitum fronti, subuenit: discutit recentes oculorum suffusiones,

fusionē s, tritum ex irino, & infusum naribus: tollit lepras, lentigines, duritias, tumoresque vetustos, cum aceto illitum: circumscarificatos clavos excutit, cum vetere vrina impositum: dentium doloribus, decoctum cum aceto, & teda, prodest: teretes ventris tineas expellit, pernicio ex aqua umbilico: destillatione laborantes adiuuat, tritum in linteo, & olfactum: vrinam & menstrua ciet, multis diebus sumptum, & lac extrahit, difficultatem spirandi cum vino potum leuat: phalangiorum moribus ex aqua, drachmæ pondere, haustum auxiliatur: incendio serpentes fugantur. Tradunt largius epotum enecare.

## Laserpitium, &amp; Laser.

## CAP. LXXVI.

**L**aserpitium in Syria, Armenia, Media, & Libya nascitur, caule ferulaceo, quem masperum vocant: foliis apio similibus, lato semine. Radix exalfacit: in cibus ægrè concoquitur, vesicæ noxia sugillatis illita cū oleo, & strumis, ac tuberculis cum cerato, medetur: ischiadicis cōuenit cum irino aut cyprino cerato: excrescentibus circa sedem tollendis illinitur cū putamine mali punici, & aceto decocta: venenis pota resistit: os commendat, cibus aut sali permista. Laser è radice atque caule scarificatis colligitur: præfertur autem rufum, translucens, myrrhæ æmulum, non porraceum, odore valens, suavi gustu: quod dilutum facile albescit. Cyrenaicū si quis degustarit,

humorem toto corpore eiet, blandissimo odore, adeò vt ne os quidem gustanti nisi paululum spiraret. Medicum & Syriacum minus viribus valent, & magis virosum reddunt odorem. Laser omne antequam siccescat, adulteratur sagapeno, aut fabæ lomento: quod maleficio deprehenditur gustu, odore, visu, & dilatione. Caulem aliqui silphion, radicem magudarin, & folia maspeton vocauerunt. Efficacissimum laser, mox folia, postremo caulis. Acrem vim habet, inflationes facit: perunctas cum aceto, pipere & vino alopecias sanat: oculorum aciem exacuit, & incipientes suffusiones, illitum cum melle, dissipat: cauernis dentium in dolore inditur, aut cum thure in linteo circumligatur, aut cum hyssopo, ficis coctis in posca, os colluitur: iis prodest, quos bestia in rabiem efferata momorderit, vulneribus immisum: valet aduersus venena telorum, & animalia omnia, quæ virus ei aculantur, potum, aut illitum: scorpionum plagis oleo dilutum circumlinitur: gangrænis præcoërcitis immittitur: & cum ruta, nitro & melle, vel per se, carbunculis: clauos callosque prius circumrasos vellit: cerato aut aridorum ficum carne præmollitum, recentes lichenas ex aceto sanat. Et excrescentia in carne, polypósque, si aliquot diebus cum atramento sutorio, aut æruginè illinatur: extuberantia cum forfice extrahit. Veteribus faucium scabritiis opitulatur: grauem, subitoque irrucescentem vocem dilutum aqua, sorbitione cōfessim expedit: vnam illitum cum melle reprimat: anginis ex aqua mul-

sa vtilissimè gargarizatur: vescentes eo, latiore colore mangonizat: tussi commodè in sorbilio datur, & pleuriticis, in sorbitionibus: in fellis suffusione, & aqua inter cutem, cum aridis ficis: horrores discutit cum vino, pipere, & thure potum: neruorum contractionibus, opisthotonicisque datur oboli pondere deuorandum: hærentes gulæ hirudines, gargarizatum cum aceto discutit: ad lac intus coagulatum bibitur: comitialibus ex aceto mulso proficit: menses ciet, cum pipere & myrrha potum: coeliacos adiuuat, in acino vuæ sumptum: cum lixiuo autem potui datum, repentè conuulsis ruptisque prodest: ad portiones resoluitur, nucibus amaris, aut ruta, aut calido pane. Foliorum succo ad eadem proficitur, sed multò inefficacius: cum aceto mulso manditur, ad expediendam arteriam, maximè cum vox retunditur: eo cum lactucis vtuntur: exitque in vicem erucae. Fertur & altera magadaris in Libya nasci, radix laserpitio similis, sed minus crassa, acris & fungosa, ex qua non profluit succus: eiusdem cum lasere facultatis.

## Sagapenum. CAP. LXXVII.

Sagapenum ferulaceæ herbæ succus est, quæ in Media nascitur. Optimum est translucens, fuluo forinsecus colore, & intus albo, nescio quid inter laser & galbanum redolens, gustu acri. Prodest laterum, & pectoris doloribus, tussibus vetustis, conuulsis, & ruptis. Crassam pulmonis pituitam expurgat. Datur comitialibus, opisthoto-

nicis, lienosis: item contra nervorum resolutionem, perfrictiones. & febrium circuitus in potu: in unguenta probè admittitur: menses pellit, sed foetum exanimat, cum hydromelite potum prodest ex vino haustum serpētium icibus: olactum ex aceto, vulvarum strangulatus exicat, oculorum cicatrice, offusam caliginem, habetodines: suffusionēque detergit. Resoluitur vt laser, ruta, aqua, & anaris nucibus, aut melle, aut calido pane.

Euphorbium. CAP. LXXVIII.

**E**uphorbium Libyca arbor est, ferulae speciem habens, quae in monte Atlante iuxta Mauritiam inuenitur. Ea acerrimo succo turget: cuius eximiū feruorem expauescentes incolae, ouillos ventres elutos, arbori circumligant, & cminus caulem contis incidunt, confestimque è plaga, perinde atque vase quodam, in ventriculos copiosus lactis humor effluit, praeter id quod humi sparsum, vulnus ciaculatur. Duo succi genera: vnum orobi magnitudine, sarcocollae modo emicat: alterum in ventriculis conarescit, atque vitreum spectatur. Eligendum est translucens, & aere. Euphorbium adulteratur sarcocollae, & glutini mixtione, sed difficile quidem experimentum: quippe cum leui gustu, os accensum diu detineat, adeo vt quicquid ori obiciatur, planè euphorbium respiciat. Eius inuentio tempore Iubae regis Libyae cognita exitit. Succus illitu suffusionē discutit: potus tota die exurit: quare melli colly.

collyriisq̄ue pro acrimonię ratione admisceri debet. Coxarum doloribus prodest in odorifera potione haustus: squamas ossium eadem die eximit: verum eo videntes, necesse est linamentis aut ceratis communicare corpus, quo ossa conuestiuntur. Aliqui memorię prodiderunt, percussos à serpente nihil molesti passuros, si incisa osse tenus capitis cute, intritus succus infundatur, vulnusq̄ue postea consuatur.

## Galbanum. CAP. LXXIX.

**G**albanum succus est nascentis in Syria ferulę, quod nonnulli metopium vocant. Maxime laudatur cartilagosum, merum, thuris effigiem præbens pingue, minime lignosum, retinens nonnihil adiecti feminis, & ferulę, graui odore, neque valde humidum, neque nimis aridum. Adulteratur faba fresa, resina & ammoniaco. Galbanum exaefacit, vrit, extrahit, discutit: menses ac partus trahit apposita vel suffitu: lentigines aceto & nitro perunctas tollit: deuoratur ad tussim veterem: difficultatem spirandi, suspiria, rupta, conuulsa: aduersatur toxicis, potum cum vino & myrrha; simili modo sumptum mortuos partus extrahit: imponitur lateris doloribus, & furunculis comitiales, & valvę strangulatus, & vertiginosos olfactu suscitatur: si vratur, fugat nidore serpentes, & perunctos feriri non patitur: serpentes cum oleo & sphondylo circumpositum, necat: dentium dolorem oblitum, aut cavernis inditam, mitigat: vrinę difficili prodesse existimatur.

marur. Resoluitur ad potiones amaris nucibus, aqua, aut ruta, aut calido pane, mulfave, alias meconio, ære vsto, aut felle liquido. Si purgare Galbanum voles, in feruentem aqua demittito: namque cum liquefactum fuerit, eius sordes fluitabunt: quas hoc modo facile separabis: mundo linteo raroque alligatum in fictili aut ærea pyxide ita pendeat, vt imum vasis ne tangat: opertoque vase in feruidam aquam demittito: sic enim syncerum veluti per colum eliquescet, & lignosum in linteo remanebit.

## Ammoniacum.

## CAP. LXXX.

**A**mmoniacum, ferulæ succus est, quam iuxta Cyrenem Aphrica gignit: cuius fruticem cum radice agasyllim vocant. Probatum bene coloratum, ligni & calculorum expers, thuris similitudine, minutis glebis, densum, syncerum, nulla sorde spurcatum, castoreum odore imitans, gustu amarum: hoc genus thrausma, id est, friaturam appellant: quod verò terram, & calculos collegit, phyrana. Gignitur in Aphrica iuxta Ammonis oraculum, succum stillante ferulacea arbore. Mollit, extrahit, calfacit: tubercula duriasque discutit: potum, aluum soluit: partus extrahit, lienam consumit, drachmæ pondere haustum: articulorum coxendicamque doloribus liberat: auxilio est anhelatoribus, orthopnoicis, comitialibus. Item quibus humor in pectore coit, si cum melle delingatur, aut cum ptisanæ succo sorbeatur, cruentam vrinam pellit: albugines oculorum

oculorum absterget : genarum scabritiam absumit : tritum autem cum aceto, & impositum, incineris lienisque duritias sedat : discutit tofos, qui in artubus concolluerunt : cum melle aut cum pice illitum, lassitudines, & coxendicum dolores eo perungi utile est, cum nitro, & cyprino oleo, vice acopi.

## Sarcocolla. CAP. LXXXI.

**S**arcocolla, lacryma est arboris in Perside nascentis, pollini thuris similis, rufa, gustu amara. Vulnere glatinat, oculorum fluxiones inhibet : emplastris inferitur. Adulteratur admisto gummi.

## Glaucium. CAP. LXXXII.

**G**laucium, succus est herbae, quae ad Hierapolim Syriae nascitur, foliis ferè corniculati papaveris, pinguioribus tamen, in terram sparsis, odoris tetri, gustus amari: tota croceo succo madet. Folia in olla fictili semi frigidis clibanis calcificent indigenae, usque dum flaccescant, deinde contusis succum exprimunt : cuius est usus ad oculorum medicamenta, ut pote cum inter initia refrigeret.

## Glutinum. CAP. LXXXIII.

**G**lutinum, quod xylocollan, alij taurocollam vocant, praestantissimum Rhodiaceum, quod ex bubulis coriis conficitur, id candidum est, & translucens. Nigrum verò minus probatur. Resolutum in aceto, impetigines leprasque cutis delet: ambustis igni ex aqua calida dilutum illitum.

R s que:



que: pustulas erumpere non patitur: vulneribus prodest, melie aut aceto madefactam.

Glutinum piscium. CAP. LXXXIV.

**G**luthocolla, gluten piscium, venter est piscis cetacei. Præstat candicans, natione Ponticum, subasperum, minimè scabrum, & quod celerrimè liquescit. Vtile emplastris, capitis & leprarum medicaminibus. & tetanorrhis, quæ cutem faciei erugant, & extendunt.

Viscum. CAP. LXXXV.

**V**iscum optimum est recens intus porraceum, extra fulvum, quod asperi nihil, aut furfurosi conceperit. Fit acinis in robore nascentibus, buxæ fruticis folio: contusum acinum lauant, & postea in aqua decoquant: sunt qui commanducando ipsum efficiant. Gignitur quoque in malo, pyro, & plerisque aliis arboribus: quinetiam invenitur in quorûdam fruticum radicibus. Emollit, discutit, extrahit parotidas, tubercula, catarrasque collectiones ad maturationem perducit: cum resina autè, & cera pari, epinyctidas in splenio sanat: vetera ulcera abscessusque, quos cacœthes vocant ex thure mollit: lienem cum calce gagate, aut Asio lapide coctum, & impositum absmit: cum sandaracha, aut auripigmento illitum, vngues extrahit: mistum cum calce, & vini facie suam vim intendit.

Aparine. CAP. LXXXVI.

**A**parine ramis multis, & parvis fruticat, asperis, quadrangulis, per intervalla orbiculato foliorum

foliorum ambita, vt in rubia: flos albus: semen durum, rotundum, concavum, album, umbilici figura, asperitate vestium tenaci. Ea pastores colivice vtuntur, ad eximendos à lacte pilos. Seminis: caulium, ac foliorum succus, potu contra viperarum phalangiorumque morsus auxiliatur: infusa aurium dolori medetur. Herba cum axungia trita strumas discutit.

## Alyssum. CAP. LXXXVII.

**A**lysson exiguus frutex est, vnicaulis, sub aspera, rotundis foliis fructu duplicium scutorum effigie, in quo est semen, quadam tenuis latum: in montibus, & asperis locis emicat. Eius decoctum singultus sine feбри, potu discutit: idē efficit, si quis eam aut teneat, aut odoretur: cum melle trita, vitia cutis in facie, & lentigines emēdat: cōtusa in edulto, rabiei canis mederi putatur: domibus appensa salutaris esse creditur, & hominibus atque animalibus fascini amuletū. Purpureo linteo circumligata, pecorum morbos abigit.

## Asclepias. CAP. LXXXVIII.

**A**sclepias, ramos emittit longos: folia hederæ, longa: radices numerosas, tenues, odoratas: floris virus graue: semen securidacæ: nascitur in montibus. Radices ex vino potæ torminibus auxiliantur, & contra serpentium ictus. Folia aduersus vuluæ mammarumque vlcera, quæ cacocethe vocant, illinuntur.

## Atractylis. CAP. LXXXIX.

Atractylis, spina est cnico similis, folia multò longiora

longiora ferens in summis virgis, magna parte nuda, asperaque, qua foeminae pro fusis vtuntur: capitula in cacumine spinis horrent: flos luteus, quibusdam in locis purpureus inuenitur: radix tenuis, superuacua. Coma, semen & folia cum pipere, & vino teruntur vtilissimè contra scorpionum ictus: percussos tradunt quandiu ea teneatur herba, nullum experiri dolorem, ipsúmque deposita statim recrudescere.

Polycnemum. CAP. XC.

**P**olycnemon, frutex est surculosus, foliis origani caule, vt pulegij, geniculis multis intercepto, sine umbella, tenui tamen in cacumine corymbo, boni odoris, & acris. Vulneribus agglutinandis recens, aut aridum cum aqua, efficaciter illinitur: sed quinto die solui debet. Ad vrinæ stillicidia ruptaque cum vino bibitur.

Clinopodium. CAP. XCI.

**C**linopodion frutex est foliis serpyllo similis, surculosus, duùm dodrantum altitudine: nascitur in petrosis. Flores, marrubij modo, ex interuallis distincti speciem lecti pedum præbent. Bibitur herba & succi eius decoctum, ad consussa, rupta, strangurias, serpentium ictus: menses & partus pellit: & peniles verrucas, quas acrochordonas vocant, eiicit, aliquot diebus potum: alium sistit decoctum ad tertias, potúmque, si febrim sentiunt, ex aqua, alioquin ex vino.

## Leontopelatum. CAP. XCII.

**L**eontopelaton, caulem emittit dodrantalem, aut altiore, plurimis aliis concavum, & in cacumine semina parva duo tria, in siliquis, ciceris modo: flores anemonæ similes, punicei coloris: folia brassicæ, sed papaveris diuisura: radicibus nigris, rapæ similibus, strumosis: nascitur in aruis & segetibus. Radix auxiliatur serpentium ictibus, ex vino pota: nec alia res celerius dolorem finit. Miscetur ischiadicorum clysteribus.

## Teucrium. CAP. XCIII.

**T**eucrium, siue, vt aliis placet, teucriis, herba est virgæ referens effigiem, trissaginis similitudine, tenui folio, non multum à cicere alieno: hæc in Cilicia iuxta Gentiadem Cissadémque vbertim prouenit. Recens cum posca, aut aridæ feruë factæ ius, potu lienem potenter absomit: lienosis cum aceto & ficis illinitur: item serpentium moribus ex aceto solo, sine ficis.

## Trissago. CAP. XCIV.

**C**hamædrys Græcis, aliis chamædrops, Latinis trissago dicitur: sunt qui eam teucrium appellauere, propter eam quam cum teucrio seruat similitudinem. Nascitur in petrosis & asperis frutex dodrantalis, folia habens exigua, amara, effigie, & diuisura quercus: flore paruo, penè purpureo. Carpitur semine prægnans. Recens in aqua decocta, potu tussibus, indurato lieni, vrinæ difficultati, incipientibus hydropicis, auxiliatur: cit menses: partus extrahit, lienem ex  
aceto

aceto pota consumit: aduersus serpentium venena ex vino, potu, illitūque efficacissima. Trita digeritur in pastillos ad supradicta: purgat vetera vlcera, cum melle: cum oleo illita, coliginem oculorum discutit: natura eius est calfacere.

Leucas. CAP. XCV.

**L**ucas montana, latioribus quàm urbana foliis, semine acriore, amariore, eri ingrato, efficacior tamen quàm satiuā habetur. Vtraque ex vino contra animalium venena, præcipuè marinarum opitulatur.

Lychnis. CAP. XCVI.

**L**ychnis coronaria, flore est albæ violæ simili, sed purpureo, quo carollæ fastitantur. Contra scorpionum ictus semen in vino potum auxiliatur. Lychnis sylvestris, omnia urbana simili. Bilem per aluum detrahit, semine duabus drachmis potu: ictis à scorpione subuenit. Aiunt huius herbæ appositu, scorpiones torpescere, & inertes prorsus reddi.

Lilium. CAP. XCVII.

**L**ilia coronamentis se dedunt, Lyria à quibusdam vocata. Equibus vnguentum temperatur quod aliqui lirinum, alij sulinum appellant, nervos & priuatim vuluæ duritias emolliens. Folia herbæ illita, contra serpentium ictus auxiliantur: seruescunt, ambustis proficiunt: aceto conditi, vulneribus opitulantur. Succus adiecto melle aut aceto, in æreo vase coquitur, cōuenienti medicamento verustati vlcera, & ad recentia vul-

nera

nera. Inassata radix & ex rosacco trita, igni am-  
busta sanat: vulnam emollit, menses ciet, vlcera  
cicatrice obducit: cum melle detrita, nervis præ-  
cisiss: luxatisque medetur: vitiligines, furfares,  
& lepras emendat: vlceraque in capite manantia  
expurgat: abstergit faciem & erugat: teritur in  
aceto cum hyoscyami foliis: & farina tritici, mul-  
cendis testiam inflammationibus. Semen po-  
tum morsibus serpentium aduersatur: ignibus  
sacris semen & folia cum vino illinantur. Tra-  
dunt & rubra esse lilia. In Syria autem & Pi-  
sidia Pamphyliæ, efficacissima vnguentis na-  
scentur.

## Ballote. CAP. XCVIII.

**B**Alloten, nomine alio nigrum marrubium vo-  
cant: caules edit quadrangulos, nigros, sub-  
hirsutos, complures ex vna radice: foliis ma-  
ioribus quàm marrubij, hispida, cingentibus per  
interualla caulem, subrotundis, graueolentibus,  
apiastro proximis: vnde aliqui apiastrum eam vo-  
cauerunt: candidi flores vniuersi verticillato am-  
bitu, caulem coronant. Vis eius efficax aduersus  
canis morsus, foliis ex sale illitis: seruenti cinere  
flaccescunt folia vt condylomata reprimant: pur-  
gant & sordida vlcera cum melle.

## Apiastrum. CAP. XCIX.

**M**elissophyllon siue melithæna, id est, apia-  
strum, id sibi nomen vsarpauit, quoniam  
apes ipsa herba delectantur: cauliculi & folia bal-  
lotæ, de qua paulò antè dicimus, similia essent,  
nisi

nisi maiora, tenuioraque, nec ita hirsuta spectarentur: citreum malum olent. Folia cum vino pota at illita profunt contra ictus phalangiorum, scorpionumque item aduersus canis morsum. Decocto eorundem gratia, foueri prodest: defensionibus foeminarum ad ciundos menses conuenit, dentes eodem in dolore colluuntur, dysentericis infunditur. Fungorum strangulationibus folia, addito nitro, potu auxiliantur: torminibus & orthopnoicis delinctu. Illita cum sale strumas disentiunt, vlcera purgant, articularios dolores illita sedant.

## Marrubium.

## CAP. C.

**M**arrubium, frutex est ab radice ramosus, candidans, subhirsutus, quadrangularibus ramis: folium pollicem aequat: subrotundum, hispidum, rugosum, gustu amaro: semen in caulibus, & ex interuallis: flores verticillato ambitu, asperi. Nasquitur propter aedificia, ruinas, & rudera. Huius folia sicca, cum semine decocta in aqua, aut viridium succus datur cum melle sulphureosis, tussientibus, & ad tabitudinem redactis. Crassam e pectore pituitam, cum sicca iri eiicit. Mulieribus a partu non purgatis datur, vt menstrua & secundas extrahat: item in difficili partu, & his qui venena hauserunt, aut a serpentibus demorsi sunt: vesicam renesque laedit. Folia cum melle illinuntur sordidis vlceribus purgandis: pterygia nomasque sistunt, laterum dolores mitigant. Succus foliis contusis expressus, & sole coactus, ad eadem

eadem pollet: cum vino & melle illitus, oculorum claritatem adiuuat: naribus regium morbum expurgat: aurium doloribus conuenienter instillatur, per se aut cum rosaceo.

## Stachys. CAP. CI.

**S**tachys frutex est, marrubio similis, sed longior folia ferens numerosa, hirsuta, rata, prædura, cana, odoris iucundi, & complures virgas ab radice exeuntes, marrubio candidiores: nascitur in montibus & asperis. Vim habet excafactoriam & acrem: foliorum decoctum potu, pellit menstrua & secundas.

## Phyllitis. CAP. CII.

**P**hyllitis, folia promit rumici similia, longiora, & viridiora, sena aut septena, recta, quæ parte anteriore læuia cernuntur: à tergo autem pensiles quasi vermiculos tenues ostendunt: in ymbrosis & opacis hortorum locis emicat, gustu acerbo: neque caulem, neque florem, neque semen profert. Folia in vino pota serpentium moribus aduersantur: quadrupedibus per os infusa auxilio sunt: & si dysenteria aut resoluta aluus exercet, potui dantur.

## Phalangium. CAP. CIII.

**P**halangium à quibusdam phalangites vocatur ramali sunt ei duo, aut tres, pluresve, in diuersa tendentes: flos candidus, lilio similis, multas incisuras habens: semine nigro, lato, ad lenticulæ dimidiatæ figuram, multò tenuiore: radice parua, tenui, herbacci coloris, dum à ter-



ra eruitur : prouenit in collibus. Huius folia; semen, flos cum vino pota, auxiliantur contra scorpionum phalangiorumque i&us: tormina quoque discutunt.

## Trifolium.

## CAP. CIV.

**T**Rifolium, Græci triphyllon, alij oxytriphyl-  
lon, alij menyantes, alij asphaltion, vocant.  
Frutex supra cubiti altitudinem attollitur, vir-  
gas habens tennes, iunceas & nigras, vnde ramu-  
lares euasuntur appendiculæ, in quibus terna  
singulis germinationibus exeunt folia, loto arbori  
similia : iis recenter enatis rutæ odor inest:  
vbi autem adoleuerunt, bitumen oleat. Florem  
edit purpureum, semen quadamtenus latum, sub-  
hirsutum, ex altera extremitate exertum, anten-  
næ modo corniculum gerens. Radix tenuis, lon-  
ga, valida. Semen & folia in aqua pota pleuriti-  
cis, urinæ difficultati, comitialibus, & iis qui aquæ  
intercitem principia sentiunt, fœminis quoque  
vulvæ vitio opportunis, auxiliantur: menses ciût:  
terna drachmæ è semine dari debent è foliis ve-  
rò quaternæ. Contra serpentium i&us trita fo-  
lia, & ex aceto mulso pota, præsidio sunt. Tra-  
dunt aliqui, totius fruticis, radicis, foliorumque  
decoctum fotu dolores eorum finire, quos serpẽ-  
res percusserint: qua autẽ aqua sanatus quis fue-  
rit, si ea quispiam alius foueatur, qui vlcus ha-  
buerit, pẽrinde afficitur vt à serpente demorsus.  
Quidam terna folia aut semina in tertianis, cum  
vino potui dedere: & in quartanis, quaterna, vt

quæ

quæ febriam circuitus discuterent. Radix antidotis inseritur.

## Polium.

## CAP. CV.

**D**VO genera polij: montanum, cui teuthirio nomen est, & cuius est usus. Tenuis frutex est; candidus, dodrantalis, semine refertus: capitulo in cacumine quandam corymborum speciem præ se ferente, paruo, cano hominis capillo simili, grauius olente, non sine quadam suauitate. Alterum fruticosius, non usque adeo valens odore, & viribus infirmius. Potum feruëfacti ius auxiliatur serpentium ictibus, hydropicis, morbo regio, & lienosis ex aceto: stomachum malè habet: caput doloribus afficit, aluum & menses ciet: substratum suffitumve serpentes abigit: illitum vulnera conglutinat.

## Scordium.

## CAP. CVI.

**S**CORDIUM in montibus & palustribus nascitur, foliis trifraginis, maioribus, non sic in ambitu diuisis, aliquantum allia redolentibus, gustu amaris & adstringentibus: quadrâgulis caulibus, sub rubo flore. Herba vim excalescentiam habet: urinam cit. Cocta recens aridave cum vino, aduersus venenosos serpentium morsus bibitur: ad stomachi quoque rosiones, dysenteriam, & urinæ difficultatem, binis drachmis cum hydromelite: crassamen purulentum pectore expellit. Facit aridæ farina ad veterem tussim, rupta, conuulsa, si cum nasturtio, melle & resina misceatur in eclegmate: inflammata modicè præcordia, cerato ex-

cepta, recreat: cum aceto acri aut aqua, podagris conuenienter illinitur: menses imposita mouet: vulnera conglutinat: vetera vlcera purgat, & ex melle ad cicatricem perducit. Sicca excrefcen-  
 tias in carne cohibet. Succus ad eadem vitia bi-  
 bitur. Inter prima efūcax Ponticum natione,  
 Creticūmque.

Tussilago. CAP. CVII.

**T**ussilagini folia sunt maiuscula quā hede-  
 ræ, sex aut septem à radice, subalbida à terra,  
 supernè virentia, in plures angulos exeuntia, cau-  
 lis palmum altus: flos luteus, vere prodit, quo  
 vnà cum caule confestim exiit: inde nonnulli  
 his vacare existimauerunt. Radix tenuis est & su-  
 peruacua: nascitur in amoenis & riguis. Folia ex  
 melle trita igni sacro & omnibus inflammatio-  
 nibus illitu medentur. Aridæ fumus per infun-  
 dibulum hianti ore raptus, hos sanat, qui sicca  
 tuisi atque orthopnoea infestantur: pectoris vo-  
 micas rumpit. Eundem effectum præbet suffita  
 radix. Decocta in hydromelite, & pota emor-  
 tuos partus eiicit.

Artemisia. CAP. CVIII.

**A**rtemisia magna ex parte in maritimis nasci-  
 tur, absynthij modo fruticosa, maioribus &  
 pinguioribus foliis, ramisque: huius quidem ge-  
 nera duo. Vnum latius habitūsq; foliis virgifi-  
 que latioribus. Alterum tenuias, flore paruo: te-  
 nui, candido, graueolente: æstate floret. Sunt qui  
 in mediterraneis ynicaulis nomine appellant, te-  
 quem

nuem herbulam, simplici caule & minuto, floribus scatente tenuibus, flauo colore: hæc iucundiorẽ quàm præcedens efflat odorem. Vtraque exalfacit, extenuat: feruefactæ conuenienter in muliebres d'sseffus adiiciuntur, ad detrahendos menses, partus, secundasque: item ad præclusiones vuluæ, & eiusdem inflammationes: calculos comminuunt: remoratum vrinam cient: menses pellunt publi illitæ. Succus vuluæ inditus ex myrrha, eadẽ quæ in seffio trahit. Coma tribus drachmis eorundem educendorum gratia bibitur.

## Ambrosia. CAP. CIX.

**A**mbrosia pusillus frutex est, ramosus, altitudine trium palmorum: foliis rutæ, circa inum caulem exiguis, cauliculi seminibus, pèrinde quasi racemulis grauidi, qui nunquam florem pariunt, odore vinoso, suauis: radice tenui, sesquipedali. Coronantur ea Cappadoces. Vis eius reprimere ac repellere, & illitu adstringere humores, qui in aliquam partem incumbunt.

## Botrys. CAP. CX.

**B**otrys fruticosa herba est, lutea tota, & in multas alas sparsa: semen circa totos ramulos prouenit: folia cichorio similia: tota saauem odorem spirat: quare vestimentis interponitur: inuenitur in torrentium ripis, & conuallibus. Pota orthopnoæas mulcet. Hanc Cappadoces ambrosiam vocant, alij artemisiam.

## Geranium. CAP. CXI.

Geranium foliis anemones, diuisaris longiori-

bus: radice subrotunda, cum estur dulci. Quæ drachmæ pondere in vino pota, vuluæ inflationes discutit. Geranium alterum, caulibus minutis & pilosis, sesquipedalibus: foliis maluæ, in summis alis sursum spectantia gruum capitula infant, cum suis rostris, aut canini dentes. Nullus in medicina vsus.

Gnaphalium. CAP. CXII.

**G**Naphalij foliis mollibus ac albis pro tomento vtuntur. Bibuntur efficaciter folia in vino austero, ad dysenteriam,

Typha. CAP. CXIII.

**T**Ypha folium edit ciperidi simile: caulem album, læuem, aquabilem: florem in cacamine ambientem, densum, qui in pappos soluitur, quod paniculam aliqui nominant. Huius herbæ flos suillo adipe eloto exceptus, ambustis medetur. Gignitur in palustribus & aquis stagnantibus.

Circæa. CAP. CXIV.

**C**ircæa, quam & diræam aliqui vocant, foliis est hortensis solani, agnatis crebris: flore nigro, pusillo, copioso: semine milij, nascente in quibusdam veloti corniculis: dodrantali radice, triplici fermè aut quadruplici, candida, odorata, excofaciente. Nascitur in apricis, saxis, & vento perflatis: radicis tusæ pondo quatuor, in sextariis tribus vini dulcis per diem & noctem mace rantur, potuque triduo vuluas expurgant. Semen in sorbitionibus datum, lacte mammas nutriticam explet.

## Oenanthe. CAP. CXV.

**O**enanthe folia habet pastinacæ: florem candidum: caulem crassum, palmi altitudine: semen triplicis: radicem magnam, in multa rotunda capitula extuberantem: nascitur in petris. Caulis eius & folia, cum mulso vino pota secundas eiciunt. Radix e vino, urinæ stillicidio conuenit.

## Conyza. CAP. CXVI.

**C**onyzæ duo genera: quæ parua vocatur, odore præstantior est: maior verò frutice altior & foliis latioribus, graui odore. Vtriusque folia oleæ similia, hirsuta, pingua. In maiore caulis binum cubitorum altitudine attollitur, in minore pedem æquat. Flos fragilis, lutei coloris, subamarus, qui in pappum abit: radices superuacua. Suffitu substratūque frutex ex totus serpentes fugat, euicis abigit, & pulices necat. Folia conuenienter illinuntur serpentium plagis, & tuberculis, ac vulneribus. Florea & folia cum vino ad menses partusque eiciendos bibuntur: item contra urinæ stillicidia, arquatam morbum, & tormina: comitiales pota ex aceto adiuuant. Decoctam in defensionibus medetur vuluæ malis. Impositus succus abortum facit. Ex oleo efficaciter horroribus oblinitur. Capitis dolores tenuis illita sanat. Est & tertium conyzae genus, caule crassiore, ac molliore: foliis medie inter maiorem ac minorem amplitudinis, minimè autem pinguis: multò grauioris hæc est odoris & iniucundioris, sed inefficacior. Prouenit locis non riguis.

Hemerocallis, siue lilion syluestre.

CAP. CXVII.

**H**emerocallis folium & caulem habet lilij, porraceo colore: flores in caule per singulos exortus, terni aut quaterni erumpunt, lilij diuisura, quoties dehiscere cœperunt, colore perquam pallido: radix magna est, atque bulbosa: que pota, aut cū melle & lina in pessa apposita, aquam educit & sanguinem. Folia trita mammatarum inflammationes à partu contractas, oculorumque collectiones mitigant. Radix & folia igni ambustis vtilissimè illinuntur.

Leucoium, siue viola alba.

CAP. CXVIII.

**L**eucoion vulgaris est notitiæ, sed in floribus differentia quædam: namque aut cœrulei, aut albi, aut purpurei, aut lutei inueniuntur. Luteæ verò præcipuè in medicina vsus. Huius aridi flores seruesacti in defensionibus, valent contra vulgè inflammationes, & menstrua expellunt, sanant oris vlcera, cum melle: cum cerato, rimas sedis. Semen duùm drachmarum pondere ex vino potum, aut cum melle inditum, menses, secundas & partus extrahit. Radices cum aceto illitæ, lienem reprimunt, & podagricos iuuant.

Cratæogonum

CAP. CXIX.

**C**ratæogonum, siue, vt aliis placet, cratæonon, foliis melampyro simile est, multis calamis

ex una radice emicantibus, multorumque geniculorum: semine milij: nascitur magna ex parte in opacis & frutetosis, summopere acre. Traditum est a quibusdam, hoc si bibat ieiuno ore, ter die post menses purgatos, tribus obolis, in cyathis aquæ duobus mulier, ante conceptum quadraginta diebus: & vir modo consimili, totidem diebus ante coitum hauriat, virilis sexus partum futurum.

## Phyllum.

## CAP. CXX.

**P**hyllum, quod & elæophyllum vocatur, duum generum est: quod autem thelygonum appellant, in saxosis masculi modo gignitur, folio oleæ, sed magis herbaceo: caule tenui, breui: radice exili: florem album profert: semen papaueris, maiusculum. Sed arrhenogonum cætera huic simile, solo froctu distat: habet enim racemosum quiddam deflorentibus oleis non dissimile. Arrhenogonon potu, masculi sexus facere partus, ut thelygonon fœminei, proditur. Horum Cræteus author est: sed huiusmodi historiâ tenus: mihi pro luxisse visum est.

## Testiculus.

## CXXI.

**T**esticulus, quem Græci cynosorchin vocant, foliis circa imam caulis partem in terra stratis, oleæ molli similibus, longioribus, angustioribus, læuibus: caule dodrantali: floribus purpureis: radice bulbosa, oblonga, oliuæ modo angusta, duplici ordine: superiore, quæ plenior est: inferiore, quæ mollior ac rugosior. Eduntur radices



coctæ, vt bulbi: ex quibus si maiorem edant viri, mares generari dicuntur: si minorum fœminæ, alterum sexum. Addunt, in Theffalia mollem mulieres in lacte caprino bibere, ad stimulos coitus: aridam verò, ad inhibendos: & alterum alterius potu resolui. Nascitur in petrosis & sabbuletis. Testiculus alio nomine serapias, Andrea anthore vocatur, quoniam radix ad multa utilis fit: foliis est porri, latioribus, oblongis, pinguis, ex alarum sinu inflexis: caule palmeo: floribus penè purpureis, radice testiculis simili: quæ illita tumores discutit, vlcera purgat, & serpente eadem non patitur. Abolet fistulas, & illitu inflammationes lenit. Aridæ radices nomas inhibent: sanantque putredines, & oris vlcera cacoethe: aluum sistunt è vino potæ. De hac, eadem quæ de testiculo canis, produntur.

## Satyrium.

## CAP. CXXII.

SATyrium aliqui trifolium vocant, quoniam trifert folia, ad terram infracta, rumici aut lilio similia, minora tamen, ac rubra: caulem cubitalem, nudum: florem lilij effigie, candidum: radicem bulbosam, mali magnitudine, fuluâ intus vt ouû, candidam, gustanti dulcem, & ori non ingrati: quam in vino nigro austero bibere conuenit, contra opisthotonum. Utendum ea dum concumbendi incessit cupiditas, si quidem ea proniores ad venerem fieri affirmant. Est & alterum satyrium erythronium siue erythraicon, id est rubrum, semine lini, maiore, duro, læui, splendente:

dente: quod fertur, non secus atque scineus, libidinem excitare. Cortice radieis gracili, rufo: in-  
 tus autem album includitur, sapore dulci, non  
 ingrato ori: in montosis & apricis enascitur. Ve-  
 nerem, vt prodant, si omnino mana teneatur ra-  
 dix, stimulat: eoque magis, si bibatur in vino.

Horminum. CAP. CXXIII.

**H**orminum herba est, foliis marrubio similis:  
 caule semicubitali, quadrangulo, circa quem  
 eminentiæ siliquis similes prodeunt, quæ ad ra-  
 dicem spectant, in quibus diuersum semen re-  
 cluditur: siquidem in syluestri rotundum, fuscū-  
 que inuenitur: in altero, nigrum, & oblongum,  
 cuius est vsus. Ad venerem stimulamdam, cum  
 vino bibi volunt. Purgat cum melle argemas al-  
 buginesque, & illitum ex aqua tumores discutit.  
 Eo etiam extrahuntur aculei ex corpore. Idem  
 effectus est illitæ herbæ. Syluestre magis viri-  
 bus pollet: quare vnguentis, præsertim gleucino,  
 permiscetur.

Securidaca. CAP. CXXIV.

**H**edysaron, quod vnguentarij pelecinum, id  
 est securidacam vocant, frutex est, toliis ci-  
 ceris: semen rufum in siliquis fert, corniculorum  
 modo aduncis, quod ancipitem securim æmula-  
 tur, vnde nomen accepit: amarum gustu. Sto-  
 macho vtile in potu. Additur in antidota. Cum  
 melle ante coitus subditum, concipiendi spem  
 adimit. Nascitur in segetibus & hordeis.

Onosma

## Onosma. CAP. CXXV.

**O**nosma, oblonga folia habet, ad similitudinem anchosæ, longitudine quatuor digitorum, & vnius latitudine, mollia, in terra iacentia, sine caule, sine semine, sine flore: radice nititur longa, tenui, infirma, rubescente: gignitur in asperis. Folia in vino pota partus extrahunt. Prægnans, si eam supergrediatur, abortum facere dicitur.

## Nymphæa. CAP. CXXVI.

**N**ymphæa nascitur in paludibus & stagnantibus aquis, foliis fabæ Aegyptiæ minoribus, & longioribus, aliis in summa aqua, aliis demersis pluribus ex radice eadem prodeuntibus: flore lilio simili, albo, & in medio crocos habente cum defloruerit, vt rotundum malum, aut papaueris caput extuberat: nigro semine, denso & lato, lentigustus: caulis est lauis, niger, minimè crassus, Aegyptiæ fabæ cognatus: radix nigra, scabra, clauæ similis, quæ autumnò secatur. Sicca cum vino pota cœliacis, dysentericisque auxiliator & lienem absumit. Radix stomachi ac vesicæ doloribus illinitur, vitiligines ex aqua emendat: imposita cum pice, alopecii medetur. Eadè contra veneris insomnia bibitur: siquidem ea prorsus adimit, pota assiduè aliquot diebus, genitalèque infirmat. Idem semen potum efficit. Nymphææ nomen sibi vendicasse videtur, quoniam aquosa amet. Plurima inuenitur in Elide, in Anygro amne, & in Bœotia Aliarto. Est & altera nymphææ

nymphæa cuius flos blephara dicitur, foliis antè dictæ racice alba, scabra, flore luteo, nitente, rosæ simili. Huius semen & radix, contra fœminarum profluvia efficaciter ex vino bibuntur. Nascitur in Thessalia, anno Peneo.

Androsaces. CAP. CXXVII.

Androsaces herba est amara, tenues spargens iuncos, sine foliis, folliculos in capitulis habens, in quibus semen continetur: gignitur in Syriæ maritimis. Ea drachmis duabus in vino pota, copiosam hydropicis urinam ciet. Idem effectus est semini poro, & herbarum decocto: podagris vtiliter illinitur.

Asplenium. CAP. CXXVIII.

Asplenium, aliqui scolopendrium vocant, alij splenion, alij hemionium, foliis est multis, scolopendræ animalis similibus, ab radice vna proceduntibus. Nascitur in parietibus, saxisque siliceis, & opacis: nec caulem, nec florem, nec semen habet: folia filiculae modo diuiduntur, subter flavescentia hirsutaque, supernè viridia. Vim hanc habent folia in aceto feruefacta, vt per dies quadraginta pota, lienem absumant: quibus etiã contritis lienum ex vino illini oportet. Stranguriæ, & regio morbo prodest, singultum sedat, calculos in vesica cõminuit. Conceptũ adimere creditur, per se aut cum muli liene appensa. Tradunt noctu, silente luna, huius rei gratia effodiendam.

Hemionitis. CAP. CXXIX.

Hemionitis, quam aliqui splenion vocant, folium

lium emittit dracunculi, lunæ modo incuruum: radicibus cohæret multis, tenuibus: nunquam flores, neque semen, neque caulem gignit: in petrosis nascens, austero sapore. Ea ex aceto pota lienem absunit.

Anthyllis.

CAP. CXXX.

**A**Nthyllis duplex est: quædam enim lenti simillima, foliis mollibus, rectis ramulis, palmi altitudine: radice parua, tenui. Nascitur in salis terris, & à sole illustratis, non insulso gustu. Altera est foliis ramulisque aiugæ similis, hirsutioribus tamen, brevioribus, & asperioribus: flore purpureo, odoris admodum grauis: radice cichorii. Pota drachmis quatuor urinæ difficultati, renibusque plurimum prodest. Tritæ, vuluæ pituitas emolliunt, cum rosaceo, & lacte impositæ, vulneribus medentur. Quæ autem aiugæ similitudinem refert, præter alia, pota cum aceto multo comiales sanat.

Anthemis.

CAP. CXXXI.

**A**Nthemidis genera tria, tantum flore distantia: rami dodrantes, fruticosi, alis multis concavi: tenuibus foliis, paruis, numerosis: rotundis capitulis: floribus in medio aureis, forinsecus orbiculato ambitu candidis, melinis, aut purpureis, magnitudine foliorum rutæ: nascitur in asperis, & iuxta semitas: colligitur vere. Vim habent radices, flores & herba exsalfaciendi, extenuandique: potu, & infusione, pellunt menstrua, partus, urina, calculosus: aduersus infla-  
tiones,

tiones, & ilei tormenta bibuntur: bilem suffosam expurgant: iocinerum vitia sanant: decocto earum vesicæ fouentur. Ex omnibus his generibus ad calculos efficacissima est, quæ florem purpureum habet, cuius amplitudo maiuscula est: hanc propriè heranthemon vocant. Ea, cui leucanthemo nomen est, item quæ chrysanthemum dicitur, vehementius vrinam ciunt. Aegylopiis illitæ medentur: commanducatæ vlcerum eruptiones in ore sanant. Nonnulli in clysteribus ex oleo vtuntur, teranturque in farinam, ad abigendos febrium circuitus. Flores & folia recondi debent, & priuatim tusa, in pastillos digeri: radix quoque sicari, dumque ingruit necessitas, binæ partes herbæ dari, modò floris aut radicis pars vna, modò contrà floris partes duæ & herbæ vna, permutatim duplicato pondere, alternis diebus: bibere autem oportet in vino mulso, diluto.

## Parthenium. CAP. CXXXII.

**P**Arthenium aliqui amaracon vocant, foliis est coriandri, tenuibus: flore per ambitum albo, intus melino, odore subuiroso, sapore amaro. Siccatum, cum aceto mulso, aut sale potum, non secus atque epithimum, & bilem & pituitam detrahit: suspiriosis prodest & melancholicis. Herba sine flore à calculosis, & anhelatoribus magna vtilitate bibitur. Valet decoctum ad insidendum in duritia vuluarum, & inflammationibus. Illinitur sacro igni, & collectionibus, cum flore.

Buphtal-

## Bupthalmum. CAP. CXXXIII.

**B**upthalmum (quidam cachlam vocant) tenues emittit cauliculos, mollésque: folia fœniculi: luteum florem, anthemide maiorem, oculi similitudine, vnde nomen traxit circa oppida nascitur, & in campestribus. Flores cum cerato tritu, tumores duritiásque discutunt. Aiunt epotam post exitum à balneis, regio morbo correptis, colorem tractu temporis reddere.

## Pæonia. CAP. CXXXIV.

**P**æonia siue glycyfide, Græcis aliquibus penthoron dicitur: sunt qui idæos dactylos radicem pæoniam vocant. Caulis altitudine sesquipedis adolescit, comitantibus multis stolonibus. Huius duo genera: mas, folia iuglandis habet: in fœmina verò, smyrnij more diuiduntur. Summo caule siliquas emittit, veluti græcas nutes: in quibus, quum dehiscunt, multa granula rubra, acinis puniceorum similia, inueniuntur, & in medio nigra, quinque aut sex, purpurea. Radix maris [ tenuis ] digitali crassitudine, & palmi longitudine, gustu adstringens, alba: fœminæ radicibus ceu glandes circiter septem aut cocto in hærent, vt in hastula regia. Fœminis à partu non purgatis sicca radix datur: ciet menses nucis græcæ magnitudine pota: sic ventris doloribus cum vino auxiliatur. Valet cōtra regium morbum, & renum, ac vesicæ dolores. Decocta in vino alnum sistit. Rubra grana rubenteis menses sistunt, decem, vel duodecim pota in vino austero & nigro: stomachicis

māchicis & erosionibus ea esse prodest: à pueris pota initia calculorum eximunt. Grana nigra auxiliantur suppressionibus nocturnis, vulvæ strangulationibus, & matricis doloribus, quindecim numero pota, in aqua mulsæ, aut vino. Nascitur in altissimis montibus & præruptis.

## Lithospermum. CAP. CXXXV.

**L**ithospermum à seminis duritia nomen accepit: foliis est oleæ longioribus, & latioribus, mollioribus: iacent humi, quæ ab radice exiliunt: ramulis rectis, tenacibus, firmis, crassitudine acuti iunci, lignosis, in quorum cacumine bifidi exortus, cauliculorum speciem exhibent: foliis longis, inter quæ paruum semen, rotundum, erui magnitudine, duritiâ lapidea. Nascitur in asperis & editis locis. Vim hanc habet, vt semine cum vino albo potu calculos frāgat, pellatque vrinam.

## Phalaris. CAP. CXXXVI.

**P**halaris cauliculos emittit zææ calmis similes, à minutis ac nullius vsus radicibus, multos duum palmorum, geniculis cinctos, graciliores tamen ac dulces: semen candidum, oblongum, milij magnitudine. Tanditur, & in aqua aut vino succus ad vesicæ cruciatus vtilissimè bibitur. Semen cochlearis mensura potum, ad eadem efficacax est.

## Rubia. CAP. CXXXVII.

**R**ythrodanum radix rubra est, qua tinguntur lanae. Vna spontè prouenit, altera feritur, vt in Thebana Gallix, & Rauenna Italix: in Caria

T inter



inter oleas, vt in aruis, solo creditur. Hęc nō sine quęstu ferunt: namque maximum ex ea sentiūt prouentum. Asperi caules & quadranguli, longi, aparinę non dissimiles, robustiores, & multō prorsus maiores: foliis per interualla certa circum articulos, stellatim decussatis. Semen eius rotundum, inter initia viride, mox rubrum, postea cūm ematuruit, nigrum: radix tenuis, longa, rubra. Vrinam ciet: qua de causa regio morbo opitulatur, pota cum aqua mulsā: item ilchiadicis, & resolutis. Crassam copiosāque vrinam pellit: nonnunquam & sanguinem: bibentes tamen quotidie lauari oportet, & excrementorum quę redduntur differentiam spectare. Aduersus serpentium morsus, ramulos cum foliis vino bibere prodest. Semen ex aceto potum, lienem absumit. Imposita radix trahit partus, menses, secundasque. Albę vitiligini, illita ex aceto medetur.

Lonchitis. CAP. CXXXVIII.

**L**onchitis folia habet porri, latiora, rubentia, plurima, ad radicem circumfracta, veluti in terram procumbentia, pauca in caule, in quo flores, ceu galericuli, hiantibus comicis personis similes, nigri, & ē rictu albam exerentes velut linguam, quę ad labrum inferius spectet: semen inuolucris clausum lanceę simile, triangulum: unde sibi cognomentum arrogauit: radix dauci. Nascentur in sitientibus, & asperis. Radix ex vino pota vrinam ciet. Altera est lonchitis, quam aliqui asperam

asperam lenchitin dicūt: folia scolopendrij emittit, sed asperiora maiorāque, ac multò magis diuisa. Vulneribus mirum in modum prodest, in eisque inflammationes excitari non patitur. Potè ex aceto lienem absorbit.

## Althæa. CAP. CXXXIX.

**A**lthæa, quam alij ibiscum vocant, in syluestrium maluarum genere est, cui folia vt cyclamino, rotunda, lanugine canescunt: flore rosaceo: bicubitali caule: radice lenta, intus alba. Althæa appellatur, quòd inter primas sit utilis, & pluribus polleat remediis. Decocta enim in vino aut aqua mulsa, & per se cùm imponitur tusa, efficacax est contra vulnera: item ad strumas, parotidas, abscessus, mammarum inflammationes, fracta sedis, inflationes, nervorum rigores: siquidem discutit, & excoquit, rumpit, & ad cicatricè perducit. Cocta, vt dictum est, adiecto suillo adipis, aut anserino, terebinthinave, vt mælagmatis lentor fiat, facit ad vuluæ inflammationes, præclusionesque, in pelsis subdita. Decoctum eodem fungitur munere: onera vuluæ, reliquiasque à partu extrahit: decoctæ succus ex vino potus, succurrit vrinæ difficultati, calculosorum eroditibus, dysentericis, ischiadicis, tremulis, ruptis: dentium mulcet dolorem, cù aceto decocta, coluto inde ore. Viride semen siccūmque tritum, vitilignes in sale perunctas emendat: eodem cum oleo & aceto peruncti à venenatis non feriuntur. Valet contra dysenteriam, & sanguinis reie-

Stiones, aluïque profluuium. In posca autem decoctum bibitur, contra omnes vesparum, apum, similitumque aculeatos ictus. Folia cum olei momento, moribus, & igni ambustis illinuntur. Constat aquam, trita radice adita, sub diuo adensari.

<sup>a</sup>Alcea.

CAP. CXL.

**A**lcea syluestrium maluarum generi assignatur: folia habet diuisa, verbenacæ proxima: caules tres aut quatuor, cortice cannabino vestitos, florem rosæ, paruum: radices albas, latas, quinque aut sex, cum plurimum cubitales: quæ cum vino aut aqua potæ, dysentericis ruptisque medentur.

Cannabis.

CAP. CXLI.

**C**annabis sativa planta magni in vita vsus ad robustissimos funes fabricandos: foliis fraxini, grani odore: caulibus proceris, inanibus: semine rotundo, quod largiore cibo genituram extinguit. Succus ex ea recente conuenienter aurium doloribus instillatur. Syluestris cannabis virgas fert althææ similes, minores, nigriores, & asperiores, cubiti altitudinem æquantes: folio sativæ, nigriore & asperiore flore lychnidis, subrubro: semine & radice althææ. Decocta radix, illata inflammationes mulcet, tumores discutit, tolos articularum dissipat. Huius cortex torquendis funibus accommodatus.

Anagyris.

CAP. CXLII.

*Anagyris frutex* est arboris instar, perquam grauis

gravis odore foliis agni, virgīsque: flore brassicæ: semen in siliquis non breuibus gignit, subrotundum, firmum, versicolori facie, simile renibus, quod durefcit vna maturefcente. Tenera folia trita tumores illiru reprimunt: si partus hæreat & secundæ mensesque morentur, drachmæ pondere bibuntur in passo: sic & suspensiofis dantur, & contra capitis dolores in vino. Difficuler parientibus ad alligantur, ita vt à partu statim auferantur. Radicis cortex concoquendis discutiendisque adhibetur. Semen commanducatum vomitiones vehementer ciet.

Cepæa.

CAP. CXLIII.

**C**epæa portulacæ similis est, sed nigriora habet folia, & radicem tenuem. Folia in vino pota, vrinæ stillicidio, & vesicæ scabie laborantibus, opitulantur: maximè id præstat, si cum decocto radicum asparagi eius, quem myacanthon, hoc est, corrudam vocant, bibatur.

Alisma.

CAP. CXLIV.

**A**lisma, alij damasonion appellant: folia eĩ plantaginis, nisi angustiora essent, laciniosa, conuexaque in terram: caule simplici, tenui, cubito altiore: capitibus thyrsi: flore tenui, candido, pallefcente: radicibus tenuibus, vt veratri nigri, acris, odoratis, modicè pinguibus: aquosus amat tractus. Radix, si drachma vna aut altera bibatur, his conuenit, qui leporum marinum deuorant, aut à rubetis ranis demorsã

sunt, aut opium hauserunt: torminibus atque dysentericiæ, per se, aut cum pari modo seminis dauci, porri datur. Conuulsis, & contra vitia valuz prodest. Herba sistit aluum, menstrua pellit, tumores illita mitigat.

Onobrychis. CAP. CXLV.

**O**nobrychis, folia habet lentis, longiora paulo: caulem dodrantalem: florem puniceum: radicem paruam: nascitur in vliginosis & incultis. Herba suapte vi, si trita illinatur, tubercula dissipat: cum vino pota, strangurias sanat: illita ex oleo, sudores mouet.

Hypericum. CAP. CXLVI.

**H**ypericum alij androsæmon, alij corion, alij chamæpityn appellant, quoniam semen odore resinam imitatur, surculaceo frutice, dodrantali, subrubro, folio ruta: flore luteo, qui digitis tritus sanguineum succum remittit, qua ex causa androsæmon cognominatur: subhirsuta siliqua, & in rotundo oblonga, hordei magnitudine: semine intus nigro, resinosi odoris: gignitur in locis cultis & asperis. Vrinam ciet, menstrua pellit appositum: tertianis, quartanisque cum vino potum liberat. Semen quadraginta diebus haustum, ischiadiis medetur. Folia cum semine illita, ambustat sanant.

Ascyron. CAP. CXLVII.

**A**scyrum, siue ascyroides, hyperici genus est, magnitudine distans, fruticosius, maiores habens ramos, surculos flores, rubentisque: folia tenuia;



nuia: flores luteos, & fructum resinofum, hyperico non abſimilem: cuius attritu digiti ſerè cruentantur, qua de cauſa androſemum vocauerē. Vuſus ſeminis ad iſchiadicōs, potum in hydro-nelitis ſextario: nam biliſa recrementa ampliffimè detrahit: ſed aſiduè dare oportet, donec ſanitati reſtituantur. Illinitur & ambuſtis efficaciter.

Androſemum. CAP. CXLVIII.

**A**ndroſæmon ab hyperico, aſcyroque differt, quòd fruticet ramulis ſarculoſis ac tenuibus: rubentibus virgis, & foliis rutæ, triplo aut quadruplo maioribus, quæ trita vino ſucco manant: complureis alas habet in cacumine, vtrinque expenſas, pinnatasque circa quas, flores puſilli, lutei: & in calyculis ſemen papaueris nigri, inſigne lineis. Huius comæ tritæ resinofum odorem reddunt. Semen tritum drachmis duabus potum, biliſa alui excrementa pellit: iſchiadicis maximè medetur ſed à purgatione aquam exorbere oportet. Herba ambuſtis illita medetur, vulneribus ſanguinem cohibet.

Coris. CAP. CXLIX.

**C**oris, quod aliqui hypericon vocant, frutex eſt folio ericæ, rubro, pinguiore, ac minore, non altior dodrante, ſuauiſ, odoratus: acris. Potum ſemen menſes trahit, & vrinas: contra phalangiorum morſus, iſchiadico, & opiſthotonicos ex vino potum auxilio eſt: horribus ex pipere, ſed opiſthotonicis ex oleo, aptiſſimè illi-


mitur. Radix vino decocta potaq; defectis opẽ ferre creditur: sed laborantẽ inter potadũ quã optime cooperiri licet: siquidem corpus totũ defudabit, ex quare pristinam agilitatem recuperabit.

Aiuga siue chamæpitys. CAP. CL.

**A**iuga herba in terra repens: incurvæ similis: foliis sempervivi minoris, multo tenuioribus, hirsutis & pinguioribus, circum ramos densis, odore pinus, flore tenui, luteo, vel candido: radice cichorii. Folia septem diebus in vino posita, regio morbo medentur: & quadraginta diebus ex hydromelite, ischiadicos sanant: dantur peculiariter urinæ difficultatibus, iocineris, & tenuum viriis torminosi profunt. Hæc apud Heracleã Ponticã, pẽrinde atque antidoto cõtra aconitũ vtuntur, bibentes decoctũ. Ad antedicta illinitur, cũ polenta iure decocti subacta: trita in farinã & cũ fico in pilulis sumpta, aluũ emollit: excepta melle cũ æris squama & resina deicit: apposita ex melle, vulvæ vitia extrahit: mammarum duritias discutit: vulnera glutinit: vlcera quæ serpant, cũ melle illita cohibet. Alterũ est genus aiugæ, cubitalibus ramis, in anchoræ specie incurvatis, præterviviis, coma supradictæ: flore candido: semine nigro: hæc etiã pinũ redolet. Tertia mas nominatur, parvula. foliis exilibus, albis, pilosis: caule aspero, candido: luteis flosculis: semine iuxta alas,

Resipit & hæc pinum. Hæc duæ vim superioris obtinent, sed non vsque adeo efficacem.

TERTII LIBRI FINIS.



PEDANII

DIOSCORIDIS

ANAZARBEI, DE

Medicina: materia.

LIBER IIII.

Ioanne RVELLIO Suesisionensi  
Interprete.



Ribus autè libris, amantissime Arce, tradidimus odora-menta, olea, arbo-res, vnguenta, animalia, frumentas olera, radices, succos, herbas, seminá-que. In hoc autem quarto differemus de radicibus, & eis, quæ restant, herbis.

Betonica.

CAP. I.

Cestron psychotrophon vocitatur, quoniam frigidis locis inueniatur. Latini betonicã appellat. Herba est, caulem ferens tenuem, cubiti altitudine, aut maiorem, quadratum: folia quercus, mollia, lōga, in ambitu diuisa, odorata, prope

T

radicem



radicem maiora: in summis caulibus, semen veluti  
 fatuſeie ſpicatum in eſt. Decerpta huius folia ſic-  
 cantur, plurimos ad uſus. Radicibus nititur, vt  
 veratri, tenuibus. Quæ ex hydromelite in potu,  
 pituitolam vomitionem euocant. Folia dari de-  
 bent ruptis, conuulſis, mulieribus vuluæ malo  
 opportunis, & ad laxandos vteri ſtrangulatus, de-  
 narij pondere cum hydromelite: tres in vini ſex-  
 tario drachmæ, contra ſerpentium morſus ebi-  
 buntur. Herba magna vtilitate illatis à ſerpente  
 vulneribus illinitur: aduerſus etiã venena drach-  
 ma ex vino pota conuenit: præſumpta ea, ſi vene-  
 num hauriatur, nihil nocebit: vrinam ciet: aluum  
 ſubducit: medetur comitialibus & infanis, pota  
 ex aqua: & iocineris licniſque vitiiis, drachmæ  
 pondere in aceto mulſo concoctionem adiuuat, ſi  
 quis eam ſabæ magnitudine ſecundum cœnam  
 cum melle cocto deuorarit: modo contumili acida  
 ruſtantibus propinatur. Stomachicis eam man-  
 ducare & ſuccum deuorare proderit ſi poſtea di-  
 lutum vinum ſorbeat. Datur ſanguinem ex-  
 creantibus, tribus obolis, cum diluti vini egelidi  
 cyatho: iſchiadicis, renum & veſicæ doloribus,  
 ex aqua: aquæ inter cutem binis drachmis ex hy-  
 dromelite, ſi febricitant: ſin aliter, ex mulſo: re-  
 gio morbo laborantes recreat, menſes pellit, dra-  
 chmæ pondere cum vino pota: aluum purgant  
 drachmæ quatuor potæ, in hydromelitis decem  
 cyathis. Facit cum melle ad tabem & purulen-  
 tam excretionem. Folia ſicca tritaque ſicili  
 vaſe reconduntur.

## Britanica.

## CAP. II.

**B**Ritanica aut vetonica, folia habet syluestris lapathi, sed nigriora, & pilosiora, gustu adstringentia: radicem tenuem & breuem: caulem paruum emittit. Foliis exprimitur succus, qui igni aut sole cogitur. Vim habet adstringentem, priuatim depascentibus oris & tonsillarum vlceribus accommodatam. Valet etiam ad reliqua, quibus adstrictione est opus.

## Lysimachia.

## CAP. III.

**L**ysimachia, quam aliqui lytrō appellant, caules emittit cubitales altioresve, fruticosos, tenues, prodeuntibus geniculatim foliis, tenuibus, salicis figura, gustu adstringentibus: flore rufo, aut aureo: gignitur in aquosis & palustribus. Foliolorum succus adstringente sua vi sanguinis reiectionem supprimit, dysentericis potui datur, aut infunditur: mensium abundantiam sistit, in pello sanguinis profluuio subuenit, si nares ea herba obturentur: vulnerum cruorem cohibet: acerrimum nidorem suffita reddit: qua de causa serpentes fugat, & mufcas interficit.

## Sanguinaria, ceu polygonum.

## CAP. IV.

**P**olygonum mas ramos habet teneros & exiles, copiosos, geniculis cinctos, qui per terram, vt gramen, repunt: folia rutæ, sed molliora longioraque: semine sub omnibus foliis turgescente: vnde marem appellari volunt: flos ei candidus,

dus, aut puniceus. Vis e poti succi est, spissare, ac refrigerare: prodest eruentæ excretioni, cholerae, alui fluxionibus, & urinæ still. cidio: nam urinam aperte ciet. Cum vino potus, contra serpentium morsus auxiliatur, daturque in febribus per horam ante significationes: foeminarum profusiva imposita sistit: idem succus purulentis auribus instillatur. Facit eximie ad genitalium ulcera, cum vino, adiecto melle, decoctus. Stomachi feruori, sanguinis reiectionibus, ulceribus quæ serpūt, ignibus sacris, collectionibus, tumoribus, & recentibus vulneribus folia illinuntur. Sanguinaria foemina fruticat vno caule, arundini teneræ simili, densis geniculis, & in se tubarum modo factis: articulos in orbem cingunt apices, folioli piceæ similes. Radicis nullus vsus: nascitur in riguis. Huic quoque spissandi refrigerandique natura, ad eadem valens, sed inefficacior.

Polygonatum. CAP. V.

**P**olygonatum nascitur in montibus, frutice cubito altiore: foliis lauri, latioribus, & leuioribus, sapore mali cotonei, aut punici, cum quadam adstrictione flores per singulos foliorum exortus promit, candidos, foliis numerosiores, incepta à radice supputatione: radicem habet albam, mollem, longam, crebro geniculatam, densam graueolentem, digitum crassitudine æquantem: quæ vulneribus efficaciter illinitur. Quinetiam maculas in facie delet.

Clematis;

## Clematis. CAP. VI.

**C**lematis humi serpit: læto, pinguique solo pronenit, viticulas spargens crassitudine iunci exiguas: folio lauri figura & colore, multò minora. Ea cum caulibus in vino pota, alui profuua & dysenterias sedant: subdita in pecto cum lacte & rosaceo, aut cyprino, cruciatibus vuluæ medentur. Dolores dentiû commanducata finit: imposita serpentium morsibus, iuuamentû præstat. Fertur etiam contra aspidum ictus ex acero pota opitulari. Gignitur in terrenis. Est & altera clematis, quæ viticulisolum emittit ramulum, rubescentem, lentum: folium gustu admodum acre, ac exulcerans: reptit per arbores, vt smilax. Semẽ tritum, pituitam bilemque detrahit, in aqua aut hydromelite potum. <sup>v</sup>olia eius illata lepras purgant. Cum lepidio conditur ad cibos.

## Polemonia. CAP. VII.

**P**olemoniam alij philæteriam, Cappadoces chiliodynamin appellant, ramis exilibus, vtriusque pinnatis: foliis paulò quàm rutæ maioribus, ac longioribus, calaminthæ aut sanguinarie proximis, quibus in summis velut corymbi dependent, nigro semine radice cubitali albicante, radiculae simili: nascitur in montosis & asperis. Bibitur in vino radix contra serpentes & dysenteriam, & ex aqua aduersus vrinæ difficultatem, & coxendicum cruciatus. Datur ex aceto drachmę pondere lienosis. Eadem scorpionis plagæ alligatur. Tradant, enim, qui radicem gustauerit.

uerit, à scorpione non feriri: eúmque, si ictus sit, nihil molesti passurum. Dentium dolorem mansa mitigat.

Symphytum, sine alus.

CAP. VIII.

**S**ymphyton petreón, id est alus, nascitur in petris, ramis tenuibus, paruis, origano similibus: capitulis thymi, surculosum totum, odoratum, gustu dulce, saliuam ciens: longa radice, subrufa, digitali crassitudine. Decoctum in aqua mulla & potum pulmonis vitia purgat: sanguinem reiiicientibus, & renum malis, ex aqua datur: ad dysenteriam, rubráque fœminarum profluvia, in vino decoctum: ad conuulsa verò & rupta, ex aceto, mulso bibitur. Quin & commanducatum sitim sedat: faucibus asperis subuenit, vulnera recentia enterocelâsque conglutinat, & illito cohibet. Carnes autem cum symphyto decoctæ coalescunt. Est & alterum symphyton, quod aliqui pecton vocant: id caulem emittit bicubitalem, aut maiorem, crassum, leuem, angulosum, vt sonchi inanem, circa quem breui intervacante spatio, folia exeunt angusta, buglossa proxima, oblonga, hirsuta: caule secundum angulos quosdam striato: foliis tenuibus ex alarum sinu prodeuntibus, in quibus flores latei, & circa caulem velut verbasci semina emicant. Tam caulis, quam folia, aspera lanugine horrent, tactúque pruritû concitant radices demittuntur: foris nigræ, intus candidæ, viscosæ quarum est vsus. Tritæ & potæ  
 cruentis

eruentis excreationibus, ruptisque proficiunt; recentia vulnera illitæ conglutinant: carnes quoque, si concoquantur, cogunt additæ: inflammationibus, præsertim sedis, cum senecionis foliis vtiliter illinuntur.

Holoſtium.

CAP. IX.

**H**oloſtium herba est puſilla, tribus quatuorve digitis ſupereminens extra terram, foliis viticuliſque coronopo aut graminiproximis, guſtu adſtringentibus: radice alba, prætenni vſque in capillamenti ſpeciem, longitudine quatuor digitorum: naſcitur in collibus terrenis. Vſus eius ad rupta, in vino potæ: nam & carnes coguntur, decoctionibus addita.

Stœbe.

CAP. X.

**S**tœbe vulgaris eſt notitiæ: cuius ſemen & folia ſtringunt: quapropter decoctum dyſentericis inſunditur: auribus quoque purulentis inſtillatur. Illita folia oculis ab iſtu eruentis proſunt, & erumpentis ſanguinis impetus cohibent.

Clymenum.

CAP. XI.

**C**lymenum caulem fert fabæ, quadratum: folia plantaginis, folliculis ſupra caulem in ſeſe inflexis, vt in iride, & polyporum cirrhis. Probatiſſimum eſt è montibus. E frutice toto cum radici ſuccus exprimitur, qui ad ſanguinis reiectiones, in potu efficaciſſimus eſt: cœliacos, rubraque fœminarum profluua, refrigerando inſrænâ, ſanguinem naribus erumpentem ſupprimat. Trita folia, aut ſiliquæ recentibus vulneribus

neribus impositæ, ea ad cicatricem perducunt.

Periclymenum. CAP. XII.

**P**ericlymenon simplex fruticat, ex interuallis parua folia habens: ipsam amplectentia, subcandida, hederacea: inter folia furculi exeunt, in quibus baccæ, hederæ similes: flos fabæ, candidus, aliquantum rotundus, & quasi in foliū pro-rumbens: semen durum, & quod difficilè euellatur: radice rotunda, crassa. Nascitur in aruis ac sepibus, conuoluens se ad miniculis, propter assidentibus. Semen eius postquam è maturuit collectum, & in umbra siccatum, si drachmæ pondere detur in vino, quadragenis diebus, lientem abimit, lassitudinem discutit: sed urinam ciet, statim à sexto die cruentam. Orthopnœæ, & singultui prodest: partum accelerat. Folia sunt eisdem viribus prædita quæ tricenis septenis diebus epota, sterilitatem facere prodantur: perunctis ex oleo, febrium algores abigunt.

Tribulus. CAP. XIII.

**T**ribuli genus vnum terrestre, foliis ad effigiem portulacæ, tenuioribus, viticulis in terra stratis spinis secundum folia rigidis, præduris: iuxta amnes & rudera nascitur. Est & alterum genus, aquis familiare, quod in fluminibus narum comam exerit, aculeos condens: foliis latis, & pediculo longo: caule parte summa, quam ima crassiori. Ad sunt ei & capillamenta quædam spicacea: semen durum, ab altero non abhorrens. Vterque refrigerantis & inspissantis est naturæ: ideo

ideò inflammationes omnes cataplasmate adiuuat. Ulcera in ore erumpentia, putredines, gingiuas, tonsillâsque per sanat. Succus ex his colligitur, ad oculorum medicinas. Semen dum recens bibitur, calculosis iuamentum affert. Drachma terrestris tribuli pota, illitave, ictos à vipera recreat: contra venena cum vino aptissimè bibitur. Decoctum eius sparsum pulices necat. Thraces qui ad Strymonia amnem habitant, virenti tribulo equos saginant, & è dulci semine & esculentò panem, quo vescuntur, faciunt.

## Limonium. CAP. XIV.

**L**imonium, folia habet betæ, tenuiora & longiora, decem, sæpe plura: caulem tenuem, rectum, lilio æqualem, seminibus rubris scatentem, quæ gustata adstringunt. Semen tritum, & ex vino acetabuli mensura potum, dysentericis coeliacisque prodest: rubra fœminarum profluvia sistit. Nascitur in pratis & palustribus.

## Lagopus. CAP. XV.

**L**agopus herba sistit aluum in vino pota: aut in febrî, ex aqua. Eadem inguini alligatur, in inflammatione. Nascitur in segetibus.

## Medium. CAP. XVI.

**M**edion in saxis & opacis nascitur: folia habet iridis: caulem tricubitalem, & in eo florem grandem, purpureum, rotundum: semine cnici, minuto: radicem dotrantalem, crassitudine baculi, gustu acerbo. Quæ trita in farinam, & ex melle decocta, rubros menses fœminarum sistit, ecleg-



mate per aliquot dies sumpto. Semen in vino potum, menstrua pellit.

Epimedium. CAP. XVII.

**E**pimedium, caulis est non magnus, hederæ foliis, denis atque duodenis, neque florem, neque fructum ferēs: radice tenui, nigra, graui odore, gustu fatuo: nascitur in humidis. Folia cum oleo trita, imposito cataplasmate, mammas in crescere non sinunt. Radix conceptum adiuit. Folia trita quinis drachmis, post menstruas purgationes, quinque diebus in vino pota, præstant mulieribus ne concipiant.

Gladiolus. CAP. XVIII.

**X**Yphion, alij phasganon, alij machæronion, Romani gladiolum, vocant: nomen inde accepit, quod folium gladij præbeat speciem. Iridi simile erat, nisi minus & angustius videretur, & gladij modo mucronatum, nervosumque. In caulem exit cubitalem, in quo purpurei flores, in ordinem digesti, inter se distant: rotundo semine: radicibus geminis, vna pusillorum bulborum modo, super alteram insidente, quarum inferior gracilis est superna vberior: nascitur in aruis. Superior cum thure illita, admisto vino, spicula & aculeos è corpore extrahit: panos cum lolij farina & hydromelite discutit: qua de re huiusmodi emplastris inferi solet. Menses imposita trahit. Superiori radice ex vino pota, venerē stimulari, & inferiore supra steril scere tradūt. Superiorē quoque, vtiliter infariū enterocelis, cum aqua potui dare præcipiūt.

Sparga

## Sparganium CAP. XIX.

**S**parganium, aliqui xiphidion vocant: folia habet gladioli, sed arctiora, & in terram magis procumbentia: in summo caule veluti pilulæ prominent, in quibus semen. Contra serpentis venena, radix cum vino datur.

## Xyris. CAP. XX.

**X**Yris, folia habet iridis, latiora, & in cacumine mucronata: quorum medio caulis erumpit, satis crassus, cubitalis, ex quo siliquæ triangulares depēdent: in quibus purpureus flos, in medio puniceus: semen in folliculis: simile fabis; rotundū, rubrum, acre: radix longa, geniculata, rufa. Contra capitis vulnera, fractaque efficax est: aculeos & spicula omnia citra molestiam extrahit, adiecta floris aris tertia parte, & radicis centaureij ac mellis quinta: tumoribus & collectionibus illita cum aceto medetur. Radix ex passo bibitur, ad eōuulsa, rupta, coxendicon dolores stragurias & alui profluvia. Semen tribus obolis potum, urinam vehementius impellit: & cum aceto, lienem absumit.

## Anchusa. CAP. XXI.

**A**Nchusa, quæ alio nomine calys, aut onocleia appellatur, folia habet lactucæ in acumen fastigiata, hirsuta, aspera, nigra multa, ab radice quoquouersum humi sparsa, spinis horrida: radici crassitudo digitalis, quæ æstate prouenit, ac manus inficit sanguineo colore: læto sole nascitur. Radix adstringit: ad ambusta & vetera

Ulcera, ex oleo & cera efficax est: igni sacro cum polenta medetur: lepris & vitiliginibus illinitur ex aceto: partus extrahit, vuluæ indita. Eius decoctum renum vitis lieni, & bile suffusis datur: & si febris sit, ex aqua mulsa. Siftunt aluum folia in vino pota. Radice pigmentarij vtuntur ad vnguentorum spissamenta. Est & altera, quam aliqui alcibiadion, aut onochiles appellant. Hæc à priore distat, quòd minora habeat folia, sed simili modo aspera, ramulos exiles, in quibus flos purpureus in puniceum vergens conspicitur: radices rubræ, prælongæ, qua menses sanguineum succum fundunt: in sabulosis nascitur. Vis ei folijsque inest, quæ contra virus cum reliquorum serpentium, tum maximè viperarum, auxilietur, siue cibo, siue potu, siue abligata: nam si quisquæ mandens, in serpentis os inspuat, eum necabit. Est & alia huic haud dissimilis, semine puniceo, minore. Cuius semen manducatum, si in serpentis fauces inspuatur, eam interficiet. Radix acetabuli mensura cum hyssopo & nasturtio pota, latas ventris tineas excutit.

## Lycopsis.

## CAP. XXII.

**L**ycopsis, quæ & anchusa à nonnullis vocatur, foliis lactuæ, longioribus, asperioribus, latioribusque, crassis, ad radicis caput recidentibus: caule longo, recto, scabro, hirsutis adnatis multis, cubitalibus: flore in iis paruo purpurascens: radice rubra, & adstringente: nascitur in campis. Cum oleo radix illita, vulneribus medetur:

gur: & cum farina hordeacca, ignibus sacris: sudores peruncta mouet, adiecto oleo.

Echium. CAP. XXIII.

**E**Chion, folia habet prælonga, aspera, aliquantum tenuia, anchusæ proxima, minora tamen, subrubra, & pingua, spinulis tenuibus horridula: cauliculos exiles, numerosos: minutaque utroque latere folia, expensa, pinnatæque, nigra, in summo caule breuiora: flores secundum folia purpureos, in quibus semina capiti viperarum similia insunt: & radix nigricat, digito tenuior. Quæ non percussis modo à serpentibus ex vino prodest, sed eos qui antea biberint, feriri non patitur. Folia & semen idem præstant munus. Lumborum dolores sedat, in vino aut sorbitione sumpta, & lac extrahit.

Ocimastrum. CAP. XXIV.

**O**Cimoides, Latini ocimastrum vocant, folia fert ocimi, & ramos dodrantales, hirsutos: filiquas hyocyamo similes, semine, ut gith, nigro prægnantes. Vim habet semen in vino potum, qua viperarum cæterarumque serpentium moribus medeatur. Datur ischiadicis cum melle, vino, myrrha, & pipere. Radice nititur tenui & superuacua.

Erinus. CAP. XXV.

**E**Rinus nascitur apud fontes & fluuios, foliis ocymi, sed minoribus, parte parte superna diuisis, dodrantalibus surculis quinis, sensive, flore candido: semine nigro paruo & acerbo: folia &

caules lacteo succo turgent. Semen drachmis duabus, in quatuor mellis cyathis, oblitum, oculorum fluxiones cohibet. Succus cum sulphure & nitro instillatus, aurium dolores sedat.

Gramen.

CAP. XXVI.

**G**Ramen geniculatis serpit ramulis, à quibus radices spargit dulces, articulis præcinctas: folia acuminata, dura, &, vt arundinis parua, lata, in exilitatem fastigiantur, eaque iumenta & boues pascunt. Trita radix illitu vulnera conglutinat. Decoctum eius in potu, torminibus medetur, & vrinae difficultatibus: calculosa etiam vesicae excrementa comminuit. Est & arundinaceum gramen, priore multò maius, quod iumenta necare traditur, præsertim in Babylone, id, quod iuxta vias nascitur. Quod in Parnaso monte gignitur, densius fruticat: foliis hederaceis: flore odorato, candido: semine paruo, non inutuli: radicibus quinis aut senis, digitali crassitudine, candidis, mollibus, robustis, ac dulcibus: Succus si in vino cum melle pari, & myrrhae dimidio decoquatur, adiicianturque piperis & thuris tertiae portiones, probatissimum erit oculorum medicamentum: id in aërea pyxide reconditur. Decoctum radicis idem, quod herba, præstat. Semen vehementius vrinam impellit, aluum vomitionesque, sistit. Natam in Cilicia gramen, quod incolae cinnam appellant, boues inflammat, si eo virenti sæpe pascantur.

*Sideritis.*

## Sideritis CAP. XXVII.

Sideritin aliqui heracleam vocant: folia habet marrubij, sed longiora, satis ad frondem quercus aut saluix accedentia, minora tamen, & aspera: caules edit quadratos, dodrantem altos, ac quandoque etiam maiores, non iniucundi gustus, aliquantumque substringentis, in quibus per interstitia orbiculatæ vetebæ, vt in marrubio, spectantur, & semen in eis nigrum: nascitur in petrosis. Illita folia, suapte vi, vulnera sine inflammationis periculo iungunt. Altera sideritis binum cubitorum, ramalis exilibus: folio ficilis, numeroso, vtrinq; per oras diuiso: pediculo longo, prodeuntibus è summo alarum sinu furculis, longis, tenuibus: capitulo in cacumine orbiculato, aspero, in quo semen continetur, quàm betæ rotundius aliquantò, ac durius. Huius vis, foliorumque, ad vulnera, præcipua est. Sideritin aliam esse tradunt, quam Crateuas heracleam vocat, in maceriis, & vineis nascentem, foliis ab vna radice multis, coriandro similibus, circa cauliculos dodrantales, teneros, læues, subcandidos atque subrubicundos: flore puniceo, paruo, gustanti amaro, & lento. Huius ea vis est, vt quamuis recenti vulnere imposita sanguinem suprimat.

## Achillea CAP. XXVI.

Achillea, quibusdam Achillea sideritis, dodrantales aut maiores gerit scapos, fosorum effigie, minutulis foliis circundatos, ex obliquo

crebras habentibus incisuras, sectionibus coriandri similibus, subfuluo colore lentis, odore multo, non insuavi, verum medicato: umbella in cacumine rotunda. floribus candidis [purpureis] & aurum æmulantibus provenit læto solo. Trita coma sanguinolenta glutinat, & ab inflammationum periculo tuetur: erumpentem sanguinem inhibet, & cruenta vulvæ profluvia, in vellere. Decocto quoque insident fœminæ fluxione vulvæ laborantes. Ad dysenteriam bibitur.

Rubus.

CAP. XXIX.

**R**ubus, notitiæ vulgaris. Vim habet siccandi, & adstringendi: capillum tingit. Ramorū decoctum, potu alium sistit, & fœminarum profluvia, presteris morsui accommodatissimum. Gingivas firmant, & oris vitiis folia commanducata medentur, cohibentque illita, vlcera quæ serpunt. Ulceribus in capite manantibus, oculisque procidentibus remedio sunt, & condylomatis, & hæmorrhoidibus folia illinuntur. Cardiacis, & stomachi doloribus, trita convenienter imponuntur. Caules cum foliis tunduntur, exprimiturque succus, mox sole cogitur, singulari remedio, contra omnia, quæ modò dicta sunt. Mori in rubo nascentis, quàm optimè maturi succus, ad oris medicamenta convenit: sistitur alius præmaturi cibo, necnon flore in vino potu.

Rubus.

CAP. XXX.

**I**daeus rubus appellatus est, quoniam copiosus in Ida provenit. Est autè longè tenerior priorè.

ac minoribus spinis horrens; quanquam & sine spinis inueniatur. Insuper eadem præstat, quæ supradictus. Cæterùm flos cum melle oculorum collectionibus commodissimè illinitur, & ignem sacrum extinguit: stomachicisquæ ex aqua bibendus datur.

Helxine.

CAP. XXXI.

**H**elxine cognomentò cissampelos, foliis est hederæ, minoribus: ramulis exilibus, quibus cõpletitur quodcunquæ contigerit adminiculum. Nascitur in sepibus, vinetis, & segetibus. Foliorum succus potu deicit aluum.

Elatine.

CAP. XXXII.

**E**latine folia habet helxinæ, minora, rotundiora, pilosa: tenuibus & dorsantalibus ramulis, quinis senisve, à radice foliosis, gustu adstringentibus. Nascitur in segetibus & cultis. Oculorum fluxionibus, & inflammationibus auxiliatur, foliis cum polenta tritis & impositis. Eadem cocta sorbitionis vsu dysenteriam sistit.

Eupatorium.

CAP. XXXIII.

**E**vporium, fruticosa herba est, vnicum effrens caulem, lignosum, nigricantem, rectum, tenuem, hirsutum, cubitalem, interdum amplio-rem: foliis per interualla quinque folij, aut cannabis potius similibus quinque partitò, aut amplius diuisis, nigricantibus, & ipsis per ambitum serratis: semen medio caule erumpit, pilosum, deorsum spectans, quod siccatum vestibus inhæret. Contrita huius folia, & cum suillo adipe

V s

imposi-



imposita, vlceribus, quæ agrè cicatricè trahunt, medentur. Herba & semen in vino potum, dysenteria, iocineris vitiiis, & serpentium icibus, liberat. Nec desunt qui aberrantes arge monen hanc appellarint, cùm tamen longè alia sit, vti expoluimus.

Quinquefolium. CAP. XXXIV.

**Q**uinquefolium ramulos fert festucarum similitudine, tenues, dodrantaes, in quibus semen: folia menthæ, quina singulis pediculis, rarè plara, in ambitu serrata: florem ex candido pallescentem, auri æmulum. Nascitur in riguis, & aquariis ductibus. Subrubram habet radicem, oblongam, veratro nigro crassiore. Plurimis pollet remediis. Ius radicis decoctæ ad tertias, si in ore contineatur, dentium dolores sedat: putrida oris vlcera, collusione sistit: arteriæ scabritias, gargarizatu lauigat: contra alui profluuia, & dysenterias auxiliatur: item articulorum coxendicùmque cruciatibus potum. Cocta in aceto, & illita, serpentina vlcera cohibet: strumas, tumores, duritias, abscessus & collectiones discutit: ignes sacros, reauuias, condylomata, psorasque sanat. Teneræ radicis succus, contra iocineris, pulmonùmque vitia prodest: item aduersum venena. Cum hydromelite autem, vel dilato vino, & piperis exiguo, bibuntur folia, contra febrium circuitus, in quartana quidem, quaternùm ramulorum: in tertiana verò, ternùm: in quotidiana, vnus. Ea quoque folia, tricenis pota diebus, comitia-

mitialibus profunt. Foliorum succus, tribus cyathis aliquot dies potus, celerrimè regio morbo medetur. Illita cum melle & sale, tam vulneribus quàm fistulis remedio sunt: enterocelicis auxiliū præstant. Quinguefolium sanguinis profluvia & potu & illitu sistit. Ad expiationes, castimonias, & incantamenta inciditur.

## Phœnix. CAP. XXXV.

**P**Hœnix folia habet hordei, sed breuiora, & angustiora. spicam lolio similem: calamos digitorum senūm, radici aduolatos: septenas octonasue spicas. In aruis rectis que recenter illitis nascitur. Hæcum virium compos, vt in vino austero pota, alui profluum, & emanantem vulua sanguinem sistat, vrinæ impetus infrænet. Sunt qui ad alligatam in puniceo vellere & suspensam, sanguinem supprimere prodant.

## Idæa radix. CAP. XXXVI.

**I**Dææ radici folia sunt ea, quæ rusco: circum ea veluti exigui capræoli sunt, in quibus flos. Radix spissandi naturam habent, his conueniens, quibus adstrictione opus est. Pota, citam aluum, mensis que, & omnem abundantiam sanguinis sistit.

## Rhodia radix. CAP. XXXVII.

**G**ignitur Rhodia radix in Macedonia, costo similis, leuior, inæquabilis: quæ contrita rosas redolet. Vtilissima capitis doloribus, si madefacta fronti & temporibus cum rosacei momento imponatur.

## Equisetum. CAP. XXXVIII.

**E**quisetum in riguis & scrobibus nascitur: cauliculi prodeunt inanes, geniculati, in se facti, rubescentes, leniter scabri, duri, & iunceæ circa eos folia, crebra, exilia. In sublime attollitur, vicinos arborum caudices scandens, obuolutumque dependet, comis multis, nigris, vt equorum cauda: radix lignosa, dura. Vis herbæ spissare: quare sanguinem naribus erumpentem succus ipse sistit: prodest dysentericis in vino potus: vrinam cit. Sanguinolenta vulnera glutinantur, tritis foliis, & illitis. Radix cū sua herba tussim, orthopnoeā, ruptaque adiuvat. Foliis in aqua potis, disseccationes vesicæ & intestinorum, enterocelæque in vnū coalescere, cogique feruntur. Alterum equisetum caulis est rectus, æqualis, cubito maior, inanis: comis per intervalla breuioribus, candidioribus, & mollioribus. Id cum aceto tritum vulneribus remedio est, eadēque fungitur facultate.

## Coccum infectorium. CAP. XXXIX.

**C**occum, quo infectores vtuntur, frutex est surculosus, paruus, cui grana ceu lentes adhærēt, quæ electa congeruntur. Optimum gignitur in Galatia, & Armenia, deinde Asia, & Cilicia: vltimum ex omnibus Hispanicum. Vis huic spissandi: vulneribus, nervisque præcisis, conuenienter ex aceto tritum illinitur. Nascitur quoque in Cilicia, è quercubus, cochlearum exilium similitudine, quod illius regionis mulieres ore legunt, & coccum vocitant.

Tragium,

## Tragium. CAP. XL.

**T**Ragium nascitur in Cretâ tantùm insula, len-  
tisco semine, folio, & ramis simile, singulis ta-  
men minoribus, succus ei lacteus, gummi non dis-  
similis. Semen, folia, lacrymâque, illitu spicula è  
corpore eiciunt: omnia quoque corpori impa-  
cta, euocant: pòta stranguriæ medentur, calculos  
vesicæ frangunt, menses trahunt. Modus in sum-  
ptione est, drachma vna. Fama est, syluestres ca-  
pras sagittis confossas, eius herbæ pabulo spicula  
excutere. Est & alterum tragium, quod tragoco-  
ros aliqui vocant, folia scolopendrij habet, & ra-  
dicem syluestris raphani, tenuem, candidam:  
quam crudam vel coctam esse dysentericis pro-  
dest. Folia autumnò, hirci virus olent: exinde sibi  
tragij nomen adoptauit. Prouenit in montibus,  
& præcipitiis.

## Tragum. CAP. XLI.

**E**ST etiam herba tragos, quam aliqui scorpion  
aut traganon vocant: maximè in maritimis  
nascens, palmum atra, aut amplior, fruticosa hu-  
milis, oblonga sine foliis, pusillis circa ramos aci-  
nis, rufis, multis, magnitudinæ tritici, acuto cacu-  
mine, gustu multùm adstringente. Racemorum  
acini decem ex vino poti, cæliacis, & fœminis fla-  
xione vuluæ laborantibus, auxiliantur. Tundun-  
tur à plerisque, & in pastillos digesti asseruantur  
quibus vtuntur cum opus est.

## Iuncus. CAP. XLII.

Iunci duo genera: ynum læuis nominati, alte-  
rum

rum acuti, qui in mucronem fastigiatur. Cuius etiam duo assignantur genera: vnum sterile, reliquum fert semen nigrum, rotundum, & crassiore constat calamo, carnosioréque. Tertius est iuncus, qui vocatur oloschœnos, prioribus carnosior, asperiorque, is similem supradicto fructû in cacumine parit. Semen vtriusque tostum, ex diluto vino potum, sistit aluum, & rubra fœminarum profluvia: vrinam cit, capitisque dolores facit. Qua proxima sunt radici folia tenera, conuenienter illinuntur, aduersus phalangiorû morsus. Aethiopici iunci semine somnus illicitur: sed modus in potione seruandus est, ne sopor fiat.

## Lichen. CAP. XLIII.

**L**ichen, qui saxis est familiaris, aliquibus bryon appellatur, asperginosis petris adhæret, vt muscus. Is illitus sanguinis profluvia sistit, inflammationes arcet, impetigini medetur. Iuuat regio morbo correptos, cum melle illitus: oris & lingua defluxiones inhibet.

## Paronychia. CAP. XLIV.

**P**aronychia exiguus frutex, in petris nascens, peplo similis, minor longitudine, maioribus foliis. Illita paronychiis atque duritiis, remedio est.

## Chryfocome. CAP. XLV.

**C**hryfocome palmi altitudine fruticat: comæ specie corymborû, hyssopo simili: radice hirsuta, veratri nigri modo, tenui, cyperum æquantem: gustu non iniucundo, ex dulci austero: in petrosi

trofis opacisque nascitur. Radix excalfacit, & adstringit: his conueniens, quos necur aut pulmonis inflammatio malè habet: contra purgationes valæ, decocta cum hydromelite affumitur.

## Chryfogonum. CAP. XLVI.

**C**hryfogonum de fe fruticat, quernis foliis: flore coronarij verbalci: radix vt rapum extuberat, intus ruberrima, foris nigra. Quæ trita cū aceto, atque imposita, muris aranæ morfibua auxiliatur.

## Elichryfum. CAP. XLVII.

**E**lichrysou quidam chrysanthemum, nonnulli & id amaranton vocant, quo deorum simulacra coronant: ramulum habet candidum, virentem, rectum, firmum: folia intercedentibus spatiis angusta, abrotono similia: comam aureæ lucis in orbem, umbella rotunda veluti ficcis corymbis dependentibus: radice tenui: nascitur in asperis, & torrentium alueis. Contra serpentium ictus, coxendicum dolores, vrinæ stillicidia, ruptaque, coma è vino pota opitulatur: ciet mentes. Sanguinem concretum ventris ac vesicæ absomit, pota cum mulso: ieiunis, trium obolorum pondere, sistit destillationes, data in vino albo diluto: vestibis inseritur, vt eas ab erodentium iniuriis tueatur.

## Chrysanthemum. CAP. XLVIII.

**C**hrysanthemum aut caltha, nonnullis buphthalmos: herba est tenera, fruticosa, læues proferens caules, & multifida folia: flores supra modum

modum splendentes, luteos, orbem oculi imitantes, vnde buphthalmi nomen traxit: propter oppida nascitur. Cuius caules oleris vice manduntur. Flores cum cerato triti, steatomata discutere produntur: regio morbo correptis, colorem breui reddant, si sequente longo balnei vsu, post exitum ebibantur.

## Ageratum.

## CAP. XLIX.

**A**geraton fruticosa herba est, palmari longitudine assurgens, simplex, humilis, origano maximè similis: umbellam gerit, in qua flos bullis aureis emicat, elicyso minor. Nomen ei inditum est, quoniam diutissimè flos in sua coloris specie conseruetur. Vis decocti feruens: huius vsuæ nidor vrinam cit, & vulnæ duritias emollit.

## Verbenaca.

## CAP. L.

**P**eristerion, siue verbenaca nascitur in aquosis. Nomen ex eo duxisse videtur, quòd columbæ circa hanc perquam libenter versari soleant. Dordrantis altitudine, & interdù amplius adolescit: folia è caule prodeunt incisa, & subalbida: ea singulari ramo, adicèque sola, constare sæpius inuenitur. Folia cum suillo adipe recenti, aut rosaceo imposita, vulnarù dolores finire putantur: ignem sacrum illita ex aceto reprimunt: putrida vlcera cohibent: vulnera glutinant: veteraque ex melle, ad cicatricem perducunt.

## Sacra herba.

## CAP. LI.

**S**acra herba, quæ & peristeteon nominatur, ramulos emittit cubitales, aut maiusculos, angulosos,

losos, in quibus ex interuallis folia quercus, sed  
 minora angustioraque, eisdem diuisuris in ambi-  
 tu, colore aliquatenus castio: radix longa, tenuis  
 flores purpurei, graciles. Folia cum radice in vi-  
 no pota, illitave, aduersus serpentes pollent: ea-  
 dem drachmæ pondere cum thuris obolis tribus  
 in vini veteris hemina, quadragenis diebus, ieiun-  
 no ore, contra regium morbum bibuntur: vete-  
 res tumores & inflammationes mitigant: sordida  
 vlcera purgant. Tota in vino decocta, tonsillarū  
 crustas abrumpt: oris nomas gargarizatu cohi-  
 bet. Aiunt, si aqua spargatur triclinium, qua ma-  
 duerit, latiores conuictus fieri. Datur potandum  
 in tertianis febribus, tertium à terra geniculum,  
 cum foliis circundantibus, quartanis, quartum.  
 Sacram vocant herbam, quoniam multum ad  
 amuleta, expiationesque commendetur.

## Astragalus.

## CAP. LII.

**A**stragalus, parus à terra frutex, foliis & ra-  
 mis ciceri similis: flore purpureo, paruo: radi-  
 ce rotunda, raphani modo grandi, quæ adna-  
 tas appendices firmas habet, nigras, præduras,  
 veluti cornua inter se implicatas, gustu ad-  
 stringentes: nascitur in ventosis, opacis, & in  
 nivalibus: eo Memphis Arcadiæ scatet. Aluum  
 sistit radix in vino potu: vrinam mouet: ve-  
 rustis vlceribus, sicca efficaciter inspargitur &  
 sanguinem supprimit: ægrè propter duritiam  
 sanditur.



**H**Yacinthus folia habet bulbi: dodrētalem caulem, laeuem, minimo digito tenuiorem, herbagei coloris: comam procumbentem, florū purpureorum plenam, incuruam: radicē quoque bulbicam. Quæ ut creditur, pueris cum vino albo illita, pubertatem coërcet, & non patitur erumpere: sistit aluum pota, & urinam impellit, thalangiūque moribus auxiliatur. Semen adstringentius est, theriacis expetitur: regium morbum emendat cum vino potum.

Papauer erraticum.

CAP. LIV.

**P**APauer erraticum, quod rhœada vocant, vere quidem in aruis cum hordeo nascitur, flore protinus deciduo, vnde & nomen apud Græcos accepit. Folia crucæ, aut origano, aut cichorio, aut thymo similia spectantur: sed longiora, diuisa, scabra: iuncus ei caulis, rectus, cubitalis, asper: flos syluestris anemones, panicus, interdum albus: oblongum caput, sed quàm anemones minus: semen rufum: radix longa, subalbida, minoris digiti crassitudine, gustu amara. Huius capita quinque aut sex, in vini cyathis tribus ad dimidius decocta, potui dabis, quibus somnus accersendus est. Semina acetabuli mensura ex aqua multa pota, aluum leniter emolliunt: ad idem præstandum mellis placentulis, & dulciariis libis admiscentur. Folia cum calycibus illita, inflammationes sanant: corundem fotu & perfusione, somnus elicitur.

Papauer

## Papauer fatium. CAP. LV.

**E** Satiui papaueris genere, quod hortense est, semen in panem deplatur, qui tantis in vtu licet: eo etiam ex melle pro selama vtuntur: thylactin vocant. Capitulum habet longum, & semen candidum. Syluestre vero, caput solidius demissumque, & nigrum semen, quod pithitis nominatur: nonnullis tamen & ipsum rhoëas dicitur, quoniam eius scapo lacteus succus emanant. Tertium magis syluestre, & ad medicinas valentius, multo his longius, productiore capitulo. Omnium in commune natura refrigeratrix: quare si capita ipsa & folia decoquantur in aqua, somnum totum conciliabunt. Bibitur decoctum contra vigilias. Calyces cum polenta triti, & cataplasma: admitti, ignibus sacris, & inflammationibus, rosunt. Tuncuntur quoque virides, & digeruntur in pastillos, qui siccati ad vsum reconduntur. Capita quoque per se in aqua coquuntur ad dimidias, iterumque adiecto melle, dum humor cocat in eclegmatis lentorem. Id medicamentum in tussi, arteriæ fluxionibus, & cœliacorum affectu doloris leuamentum præbet. Efficacius tamen redditur, addito hypocistidis succo & acacia. Papaueris nigri semen tritum cum vino bibitur, contra citam aluum, & foëminarum profluvia: in perui-gilis fronti temporibusque illinitur, ex aqua. Opium eius magis refrigerat, inspissat, siccaturque: sumptum erui magnitudinæ, dolorem finit, concoquit, & somnû allicit: tussi, atque cœliacorum

valetudini auxiliatur: verum si copiosus hauriatur, nocet, cum lethargicos efficiens interimat. Ad dolores capitis cum rosaceo perfusum efficax est: aurium dolori, cum amygdalino, myrrha, & croco instillatur: inflammationibus oculorum cum torrefacto oui luteo proficit: igni sacro & vulneribus, cum aceto: podagris, cum lacte mulieris & croco: somnum accersit, subditum sedi pro balano. Optimum habetur graue, & densum, gustu amarum, odoratu soporiferum, quod facile aqua diluitur, læue, candidum, neque asperum, neque grumosum, quod inter colandum non ut cera coeat, & in sole diffundatur: dein admotam lucernis, non atra luceat flamma: extinctum demique odoris vim conseruet. Sed opion glaucio, gummi, aut syluestris lactucae succo, adulterant. Verum glaucio fucatum, in dilatione croci colorem reddit: lactuaceo succo fictum, exiliter spirat, & asperius spectatur: gummi viciatum, splendescit, & infirmum est. Nec desunt, qui eò demētiæ deuenierint, vt adipem ei admiscerent. Fictili nouo torretur ad oculorum medicamenta, dum mollius, atque rufius appareat. Diagoras, vt Erasistratus author est, vsum eius damnauit, oculorum lippitudinibus & aurium vitis infundi verans, quoniam visus aciem heberaret, & soporem gigneret. Addidit Andreas, illitos eo protinus excæcari, si non adulteratur. Mnesidimus vsum dumtaxat olfactandi probauit, quoniam ad conciliandum somnum conueniret, alioqui nobis vt noxio interdicit. Quæ commentitia esse experi-  
 mento

mento deprehenduntur: siquidem effectus, viriū  
 medicamenti, fidem faciunt: quare non alienum  
 fuerit scriptis mandare, quoniam modo is exci-  
 piatur succus. Aliqui capita ipsa & folia tundūt,  
 & prælo exprimunt, terentēsq̄ in mortario, di-  
 gerunt in pastillos: id meconium vocatur, mal-  
 tūm opio ignauius. Porro opij faciendi ratio  
 hæc est: Cum ros in eo exaruerit, cultro decussa-  
 tim in stellas, ne penitus adigatur, ex obliquo in  
 rectum summam cutem incidere oportet, lacry-  
 mam exeuntem, digito in concham abstergere:  
 nec multo post redire, vt concreta inueniatur:  
 etenim quæ tum, aut postero die etiam offendi-  
 tur, in vetere pilateri debet, & in pastillos cogi.  
 Cū tamen inciditur, retrocedendum est, ne ve-  
 stibus succus deradatur.

### Corniculatum papauer. CAP LVI.

**P**APauer ceratites, id est, corniculatum, folia  
 habet candida, hirsuta, verbalco similia, in am-  
 bitu syluestris papaueris more serrata: caule non  
 dissimili: flore pallido: calyculo fœnigræci, in  
 corniculocum modum inflexo, vnde nomen mu-  
 tuatur: semine papaueris, pusillo, nigroque: radi-  
 ce per summa cespitum nigra, crassa: nascitur in  
 maritimis & asperis. Radici ea vis inest, vt in  
 aqua decocta ad dimidias, coxendicum & iocine-  
 ris affectus, potu sanet: prodest his, qui crassa  
 quædam, aspera, aut araneosa cum lotio reddunt.  
 Aluum leniter purgat semen, acetubulo in aqua  
 massa potu. Crustas emarginant, illita ex oleo lo-

lia florésque, & argema ac nubeculas iumentorum perunctas, abitergunt. Sunt qui glaucium, hoc papaveris genere tactitari existimarunt, falci quadam foliorum cognatione.

Spumeum papaver. CAP. LVII.

**A**liud papaveris genus, aphrodes, id est, spumeum vocatur, ab aliis heracleum, caule dodrantali: foliis abmodum parvis, radiculae similibus: fructu inter ea candido. Nam herbula alba est, & spumea tota: radice in summo caespite. Legitur aestate semen, cum integrè adoleuit, deciditque exiccatum. Datum acetabuli mensura in aqua malsa, vomitione expurgat priuatim huiusmodi purgatio, comitialibus prodest.

Hypecoon. CAP. LVIII.

**H**ypecoon, aliqui hypopheon vocant: nascitur in segetibus aruisque, foliis rutae, exilibus ramis. Natura eadem, quae papaveris succo.

Apollinaris, siue hyoscyamus.

CAP. LIX.

**H**ioscyamus, frutex est caules emittens crassos: folia lata, oblonga, diuisa, nigra, hirsuta: flores è latere caulis, ordine prodeunt, tanquam punicorum cytini, scutulis septi seminum plenis, vt papaveris. Tres eius differentiae: Vna semine nigro, floribus penè purpureis, smilacis folij, citinibus praeduris, & spinosis. Alterius semen subfluum, vt irionis: flores lutei: folia, & siliquae simpliciores. Ambo insaniam gignunt & soporem,  
 ideo

ideo in communi vsu damnantur. Tertium genus, vt quod mitissimum esset, medici receperunt pingue, lanuginosum, molle candidi floris seminisque, in maritimis ruderibusque nascens. Cuius occasio si non adsit, rufam vlturpari oportet: niger, vt deterrimus, improbat. Recentia semine, caulibus foliisque tuis, succus in sole exprimitur. & excicato humore, vsus ad annū vsque prorogatur: nam facile corruptionem sentit. Extrahitur etiam ex sicco semine separatim in aqua calida tuso, & expresso. Liquamentum autem succo lacteo præstantius est, & magis dolores finit. Contusa herba recens, addita trimestri farina, digeritur in pastillos, & reconditur. Liquamentum primum, & quod à sicco semine exemptum est, collyriis, quæ doloris sensum auferunt, commodissimè inseri solent: contra acutas calidasque fluxiones, dolores aurium, atque vulvæ mala, profunt: cum farina autem aut polenta, oculorū, pedum, ceterarūque partium inflammationes placant. Semen eadem præbet: tussi, destillationibus, oculorum fluxioni, & doloribus, efficax: contra mensium abundantiam, & rumpentē aliūde sanguinem, oboli pondere cum papaveris semine, & aqua mulsa, bibitur: podagris subuenit: testibus inflatis mammisque tumentibus à partu, tritum ex vino illinitur. Aliis quoque cataplasmaris, quæ doloris leuamentum præstant, admisceri solet. Folia omnibus medicamentis dolorē sedantibus, per sese, & ex polenta, vtilissimè imponuntur: recentia, ad mitigandos omne generis dolores,

dolores, oblinuntur: cum vino terna, quaternave pota sanant algidas febres, quas epialos vocant. Cocta olerum modo folia, si acetabuli mensura manduntur, mediocrem insaniam gignunt: idem efficere tradunt, si colo vlcus sentiente, infundantur. Radicē in aceto decocta, dentes in dolore colluuntur.

## Psyllium.

## CAP. LX.

**P**Syllion foliis coronopo non dissimilibus, hirsutis, longioribus: sarmentosa fœni modo, in totum herbula: ramis dodrantalibus: coma a medio caule exoritur, duobus tribusve conuolutis in cacumine capitulis: in his semine duro, nigro, pulicum simili: vnde & nomen: in aruis & incultis nascitur. Vis ei ad refrigerandum, inspissandum, & molliendum conueniens: articulorum morbis, parotidibus, tuberculis, tumoribus, vulsis, illitum auxiliatur: imponitur in dolore capitis, cum rosaceo, aqua, aut aceto: enterocelis infantium, & prominēti vmbilico, illitum ex aceto, medetur. Teritur acetabuli mensura, & in aqua sextario madefactum, vbi concreuit aqua, illinitur: siquidem vehementer refrigerat, & in feruentem aquam deiectam calorem reprimit. Contra ignes sacros efficax est. Fama est, si virens domum importetur, non sinere in ea pulices gigni. Cum adipe tusum, sordida vlcera, & quæ cacoëthe vocantur, expurgat. Succus vermiculosis auribus, aut fluxione laborantibus, ex melle prodest.

Hortense

## Hortense solanum. CAP. LXI.

**H**ortense solanum, frutex cibus idoneus, pubescentissimus, multis concavis alis folio nigro, maiore quam ocymi, & latiore: fractu rotundo, viridi, qui post maturitatem nigricat, aut fuluescit: herba innocentis gustus. Natura ei refrigerandi: quare folia vlceribus quæ serpunt, & ignibus sacris, conuenienter cum polline polentæ illinuntur: ægylopiæ, capitifque dolores, arita & impostæ per se sanant: æstuanti stomacho auxiliantur: parotidas, cum sale detrita, illitu discutiunt. Valet succus eius aduersus ignem sacrum, atque vlcera, quæ serpunt, cum cerussa, rosaceo & argenti spuma: ad ægylopias cum pane: infantium adustioni, quam syriasin vocant, cum rosaceo perfusus proficit: in collyriis, aquæ vel oui vicem exhibet, contra acutas fluxiones illitus: aurium dolori instillatus prodest. Mensium abundantiam sistit, in vellere subditus. Succus fuluo gallinarum corticium fimo subactus, & linteo appositus, ægylopiis præsentaneo est remedio. Est & aliud solanum, quod peculiari nomine halicacabon aut physalida, id est vesicariam vocant, foliis antedicto similibus, verum latioribus: cuius caules, posteaquam adoleuerunt, prona terram spectant: folliculis orbiculatis vesiculis similibus: semine intus fuluo, rotunco, læui, acinorum vix effigie: quo coronarij vtuntur, corollis intorquentes. Vim vsûmque hortensis solani habet: verum cibus nequaquam expetitur. Regiū morbum purgat, semine



poto, & urinam pellit. Ex utraque herba succus extrahitur, qui siccat in umbra, reconditur, ad eadem valens.

Solanum somniferum. CAP. LXII.

**S**olanum somniferum, aliqui etiam halicacabon appellant, fruticat multis ramis, densis, caudicosis, fructu contumacibus, pinguium foliorum, coronæque mali similibus plenis: flore grandi, rubro: fructu in folliculis crocæto: radice grandi, sub rubro cortice vestita: nascitur in saxis, non procul à mari. Radicis cortex, in vino drachmæ pondere potus, somnificam vim habet, opto mitiorem. Semen vehementer urinam cit. Corymbi duodecim, hydropicis dantur: si quid numero adiciatur, alienationem mentis faciunt. Remedio est aqua copiosa mulla, potui data. Succus pastillis inseritur & medicamentis, quæ doloris leuamentum præbent: decoctus in vino, si in ore contineatur, dentium doloribus auxiliatur. Radicis succus, cum melle illitus, oculorum hebetudines tollit.

Manicum solanum. CAP. LXIII.

**S**olanum manicum, aliqui per sion, alij thryon appellauerunt. Huic folium crucæ simile, maius aliquantò, satis acantho, quem pæderora vocant, accedens: caules à radice proceros emittit decem aut duodecim, vlnæ altitudine adolescetes: caput in cacumine, oliuæ figura, sed ut platani pilulæ hirsutius, verum maius, lætiùsque: florem nigrum: postquam eo exitur, racemus exit rotundus, niger, dens

denis aut duodenis acinis constans, similibus hederæ corymbis, vt vna mollibus: radice firmatur candida, crassa, cana, cubitali: gignitur in montibus, vento perflatis, & platanetis. Radix drachmæ vnus pondere pota ex vino, facit species vanas, imaginésque non incundas obuersari: sed duplicatus hic modus, ad treis vsque dies mentis alienationem affert: quadruplicatus interimit. Remedio est aqua multa copiosius pota, & vomitione reiecta.

## Dorycnium. CAP. LXIV.

**D**Orycnion Crateuas halicacabon, aut caleam vocat: frutex oleæ nuper prodeunti similis nascitur in petris, non procul à mari, ramis cubito minoribus, foliis oleæ similibus colore, minusculis, firmioribus, præter modum scabris: flore candido: siliquis in cacumine, ceu ciceris, densis, rotundis, quouis intus, aut senis seminibus, exigui erui magnitudine, leuibus, firmis, versicoloribus: radix ad digiti crassitudinem & cubiti longitudinem adolescit. Id somniferum esse constat. Copiosius haustum mortem adfert. Nec desuere, qui dicerent, semen in amatoria expeti.

## Mandragoras. CAP. LXV.

**M**Andragoram, aliqui antimalum, alij circæam vocant, quoniam videatur radix ad amatoria conducere. Duo eius genera: niger, quæ foemina existimatur thridacias appellatus, angustioribus foliis ac minoribus quàm lactucæ, virosis ac grauentibus, in terra sparsis: mala gerit sorbis  
similia,

similia, pallida, odorata. in quibus semen veluti  
 pirorum; radicibus inhæret bene magnis, binis,  
 ternisve, inter se conuolutis, nigris foris, intus  
 albis, crasso cortice vestitis, caule viduus est.  
 Alter candidus, qui mas dicitur, nonnullis no-  
 rion vocitatus; huius folia magna, alba, læta,  
 læuia vt betæ: malia quam alterius duplo maio-  
 ra, colore in crocum inclinante, iucundè cū gra-  
 uitate quadam olentia: quorum pomorum cibo,  
 aliquantum opiliones soporantur: radix, alterius  
 similis, maior & candidior, orbata & hæc cau-  
 le. Succus fit è cortice recentis radicis tuso, &  
 pralis subiecto: qui insolatus vbi concreuerit,  
 fistili reconditur. Malis quoque succus æpromi-  
 tur, sed aliquantò ignauior. Deliberatur radix,  
 & traiectus lino cortex, ad vsum suspenditur.  
 Aliqui radices in vino ad tertias coquant, &  
 defæcatum ius seruant: cyathis quæ vno vtuntur,  
 in perisigiliis, & doloribus, & ante sectiones  
 vstionésque ne sentiantur. Succus duobus obo-  
 lis ex mulso potus, veratrum, per vomitiones bi-  
 lem atram pituitamque extrahit: verum potu  
 largiore, vita admittitur: medicamentis ocula-  
 ribus, & his, quæ dolores finiunt, pessis quoque  
 emollientibus, admiscetur: semioboli pondere  
 inditus, per se menses & partus expellit: subdi-  
 tus sedi probalano, somnificus est. Radix ebur  
 emolire fertur, quæ senis horis cum eo decocta  
 sit: & ad accipiendam, quæ effingere optaue-  
 ris, formam, ipsam facile præstat. Folia recentia  
 conuenienter oculorum inflammationibus, &

colles

collectionibus, quas vlcera citarunt, cum polenta  
 illinuntur: duritias omnes, supperationes,  
 strumas & tubercula discutiant: stigmata sine  
 exulceratione delent, si quini senive diebus, sen-  
 sim perfricentur. Folia seruantur in muris, eos-  
 dem ad vsus. Trita radix ignibus sacris ex ace-  
 to, serpentium icibus ex melle aut oleo, mede-  
 tur: strumas atque tubercula, cum aqua dissipat.  
 articulorum cruciatus, cum polenta sedat. <sup>¶</sup> it ci-  
 tra coctionem vinum e cortice radiceis, adhuc  
 modum: Ternæ minæ in vini dulcis metretam  
 coniiciuntur. Dantur ex eo terni cyathi iis, qui  
 secari aut amburi debent, vt antè dictum est: si-  
 quidē nullo tunc afficiuntur dolore, sed veterno  
 quodam pressi, toperscunt. Mala soporem afferūt  
 olfactu, & etiam si mandantur: item expressus  
 ex eis succus: nimio tamē odore percussis, obmu-  
 tescat. Semen malorum potum vuluas purgat:  
 appositumque cum sulphure ignem non exper-  
 to, rubra sceminarum profluvia sistit. Scarificata  
 punctisque multifariam aperta radice, erumpens  
 lacryma, cauo vase recipitur. Liquamentum au-  
 tem succo lacteo præstantius est: sed non vbiq̃ue,  
 vt experientia docet, radices lacteum succum  
 delacrymant. Aliam tradunt esse mandragoram,  
 nomine morion, in opacis iuxta specus enatum:  
 foliis albi mandragoræ, minoribus, albis, dodran-  
 talibus, radice ambientibus: quæ mollis est, & can-  
 dida, paulo maior palmo, pollicemque crassitudi-  
 ne æquat. Tradunt eam in pane, ossa, obsoniove,  
 drachmæ pondere deuoratam, vsu rationis in-  
 gercipere.

tercipere. Obdormiscit enim homo, eo serè quo comederit habitu sensus impos, ternis, quaternisve, ex quo data est, horis. Hac medici vtuntur, cū sciendendi, vrendiq̃ue necessitas adest. Antidotum esse volunt radicem, cum manico solano potam.

## Aconitum.

## CAP. LXVI.

**A**Conitum, aliqui pardalianches, alij cammaron, alij thelyphonon, alij myoctonon, alij theriophonon vocant: folia habet cyclamini, aut cucumeris, tria aut quatuor, minora & subhirsuta: caulem palmo altum: radix scorpionis caudam æmularur, & alabastris modo splendent. Torpescunt, vt fama est, scorpiones admota radice, stupentque: qui rursus hellebori contactu excitantur. Oculorū medicamentis leuandi doloris gratia adiicitur. Enecat pantheras, feras, lupos & feras omnes in carnibus obiectam. Est & alterum aconitum quod aliqui cynoctonon, alij lycocoon appellat. Huius genera sunt tria: vnū, quo vtuntur venatores: alia duo in vsum suū veterum medici, è quibus tertium, quod Ponticum nominatur, plurimum in Italia, montibus Iustini exilit: à priore distans, quoniam folia faciat effigie platani, crebriore diuisura, longiora, & multò nigriora: caulem filicis pediculo similem, nudum, cubitali altitudine, aut ampliorem: semen in siliquis oblongis recondit: radices in modū squillæ marinæ cirrorum nigrescant. Quibus ad venationem luporum vtuntur: insertæ siquidem crudis carnibus, & deuoratæ, lupos enecant.

Cicuta

## Cicuta. CAP. LXVII.

**C**icuta caulem edit geniculatum, vt fœniculi, grandem, folia ferulæ, angustiora, graui odoratu: rami, mox umbellæ in summo prodeunt: flores quoque albicantes: & semen aniso candidius: radice non alta, concaua. Cicutæ lethale venenum inest, suaque vi refrigeratoria nscat. Remedio est vini miraculipotus. Succus exprimitur contusis cacuminibus, priusquam semina & comæ siccescant: qui sole densatur in pastilos. Multus ad medendi rationem vsus est aridi: cōmodè miscetur collyriis, quæ leuandi doloris gratia temperantur: ignes sacros, & vlcera quæ serpunt, illitu restinguit. Herba cum coma trita, & testibus circumlita libidinum imaginationes in somno, compescit: sed genitale resoluit: lac puerperarum mammis apposita extinguit: in virginitate n animas coercet, & inerescere non patitur. pueris præstat, vt eorum testiculi cibum non sentientes, intabescant. Efficacissima vis Creticæ, Megarensi, mox Atticæ, & in Chio & Cilicia nascenti.

## Taxum. CAP. LXVIII.

**T**axum à Græcis, taxus à Latinis appellatur arbor abietis magnitudine, & foliorum eiusdem figura, in Italia & Narbonensi Gallia Hispaniæ contermina nascens. Auiculæ quæ Italicæ taxibaccas deuorant, denigrantur: & qui ederint eadem homines, alui profluuio corripantur. Narbonæ

bonæ tam præsentis est veneni, ut si qui dormiant sub ea, aut in eius umbra subsideant, lædantur, & sæpenumero moriantur: quare de taxo hæc tradantur, ut ab ea caueamus.

Apocynum. CAP. LXIX.

**A** Pocynum, sine cynocrambe, brassica canina; frutex ex longis viticulis constans, malè olètib, lentis, vitiliumque modo obsequiosis, fractu ferè inuictis: folio hederae, molliore tamen, & per extremum acutiore, lento, graui odore: ad luteo succo turget. Siliquæ, ceu fabarum, folliculari specie, digiti longitudine protenduntur: semine intus albo, duro, paruo. Folia cum adipe in panes coacta, canes, lupos, vulpes, & pantheras enecant, in cibo data, & protinus eorum coxendices resoluunt.

Nerium, seu rhododendrum.

CAP. LXX.

**N**Erion aliqui rhododaphnen, alij rhododendron vocant: frutex est vulgaris notitiæ, longioribus quam amygdala foliis, crassioribusque: flore in rosam conformato: fructu nuci græcæ simili, corniculato, qui patefactus quandam lanosam naturam ostendit, spinarum pappos representantem radice longa, acuta, ligniosa, gustanti salsa: nascitur in amœnis, maritimis, & sæcuis amnes. Flores & folia mulis, canibus, asinis, & quadrupedum plurimis venena sunt: hominibus verò contra serpentium morsus præsidia, è vino pota: eoque magis ruta addita: imbecillæ etiam

animantes, vt pecus & capræ, si aquam bibant, in qua folia ea maduerint, moriuntur.

## Fungi. CAP. LXXI.

**F**ungorum differentia duplex: aut enim manduntur, aut perniciales sunt. Multis de causis venenosi gignuntur, vbi videlicet clauus ferreus, in quo sit rubigo, aut panni marcor ad fuerit, aut si iuxta serpentis cauernam, arboræve, quæ priuatim pariunt noxios fructus, erumpant. Continent qui tales sunt, nescio quod strigmentum concretamque pituitam, terræque cruti, quàm celerrimè computrescunt, atque marcore vitiantur. Sed qui veneno imbuti non sunt, suanem in iuribus gratiam habent: largias tamen sumpti nocent, & ægrius concocti strangulant, aut choleram morbum citant. Remedio est nitri potus, aut lixiuum cum acida muria, aut feruēfactæ satureiæ, aut origani iusculum: debellantur etiam gallinacci fimi potu ex aceto, aut eiusdem delinctu cū melle multo. Corpus alunt, sed ægrè dissoluuntur, cū magna ex parte integri ipsi, cum recrementis alui reiciantur.

## Colchicum. CAP. LXXII.

**C**olchicon, aliqui ephemeron, sunt qui agrestem bulbum vocant, autumnii exitu florem edit croci, candicantem, ab eo tempore, folia bulbi, sed pinguiora caulem palmo altum, ferentem rufam semen: radicem foris è nigra rufescentem, quæ deliberata, candida & mollis spectatur, lacteo succo madet, atque gustatu dulcis inuenitur:



bulbus eius mediam habet rimam, fissuramque, qua flos erumpit: plurimum in Messenia, & Colchis enascitur. Ea comesa, fungorum more, strangulando enecat. Hanc autem depinximus, ne à quoquam imprudenter pro bulbo deuoretur: mirum enim in modum saporis voluptate imperitos allicit. Remedio sunt eadem, quæ fungis: bulbolum etiam lac potum auxiliatur: itaque cum adsuerit, non aliud desideratur auxilium.

## Ephemerum. CAP. LXXIII.

**E**phemerum, aliqui syluestrem irin appellant. folia habet lilij, sed tenuiora: caulem parem: florem candidum, amarum semen molle: radicem vnam, digitali crassitudine, longam, adstringentem, odoratam: nascitur in syluis & opacis. Huius radix dentibus præcipua, si decoctio coluatur. Folia in vino cocta, discutiant tumores, & tubercula, quæ nihil adhuc humidi contraxerunt.

Helxine, id est muralis herba.

## CAP. LXXIV.

**H**elxine nascitur in parietibus, sepibus, vineis & segitibus: folia ei mercurialis insunt, hirsuta: cauliculi subrubentes, & circa eos veluti semina aspera, adhærentia vestibus. Folia refrigerandi spissandique naturam habent, qua ex causa sanant illitu sacros ignes, adusta, condylomata, panos incipientes, tumores, inflammationesque. Succus eius cum cerussa, ignibus sacris, & viceribus quæ serpunt, commodè illinitur, imponiturque podagris cum hircino adipe aut cerato cipro:

prino: veterē tussim emendat instar cyathi hau-  
sus: tonsillis inflammationem sentientibus vi-  
liter & gargarizatur, & oblititur: aurium dolo-  
rem cum rosaceo instillatus leuat.

Alfinc. CAP. LXXV.

**A**lfinem, aliqui anthyllion, nōnalli myos ota  
vocant, quoniam masculorum aures folia imi-  
tantur. Lucis opacisq̄ue gaudet, vnde alfinc dicta  
est. Hæc erat eadem quæ helxine, nisi humilior  
esset, & foliis minoribus, nec hirsuta cum teritur  
odorem cucumis reddit. ] Vim refrigerandi ad-  
stringendiq̄ue obtinet: oculorum inflammatio-  
nibus cum polenta illinitur. Succus aurium do-  
loribus infunditur: quin & emendat omnia quæ  
helxine, id est, muralis herba.

Lens palustris. CAP. LXXVI.

**L**ens palustris, inuenitur in aqua non fluen-  
te, muscus lenticulæ similis, refrigeratoriæ  
naturæ. Propter quod conuenienter collectio-  
nibus, igni sacro, & podagris, illinitur per se, &  
cum polenta: glutinat & procidentia puerorum  
interanea.

Semperuium, seu sedum.

CAP. LXXVII.

**S**emperuium magnum ideò nominatur, quo-  
niam perpetuò folia vireant, cuius caules cu-  
biti altitudinem implent, interdum excedunt,  
pingues, crassitudine pollicari, virentes, characię  
rithymali modo insecti: folia pinguia, carnosã, ]

magnitudine pollicari, in cacamine linguæ similia, alia in terram conuexa, alia in capite stantia inuicem, ita ut ambitu effigiem imitentur oculi: nascitur in montibus, & testaceis: supra domicilia etiam feritur. Eius vis refrigerare, & adstringere: medentur igni sacro, nomis, vlceribus quæ serpunt, oculorum inflammationibus, am-  
 bustis igni, podagris per se & cum polenta illita folia. Succus capiti, in doloribus, cum polenta aut rosaceo perfunditur: datur in potu contra phalangiorum ictus, dysenteriam, aliuque profluuia: teretes tineas potus in vino, excutit: subditus in vellere, mulierum abundantiam sistit: succus oculorum lippitudinibus, sanguinis vitio conceptis, inungitur. Semperuium paruem in petris, parietinis, & maceris, necnon scrobibus opacis nascitur, caulibus ab vna radice multis, tenuibus, crebrò foliatis: exilibus foliis, rotundis, pinguibus, mucronatis: caule à medio emicante, palmum alto: umbellam herbidosque flores, & tenues gerente. Folia eisdem cum priore viribus prædita sunt. Tertium videtur semperuii genus, quam aliqui andrachnen agriam, aut telephion vocauerunt, Romani illecebram, pusillis, crassioribusque foliis, hirsutis, portulacæ proximis: nascitur in saxis. Vis ei excaustoria, acris, exulcerans: illita cum axungia strumas discutit.

Vmbilicus Veneris. CAP. LXXVIII.

Coryledon, siue vmbilicus Veneris, folio est

in acetabuli formam tornato, ineuidenter concavo, breui in medio cauliculo, in quo semen inest: radice oliuæ modo rotunda. Succus cum vino circumlitus, instillatúsve, contacta genitalia nudat: inflammationibus, sacris ignibus, strumis, pernionibus, illicito auxiliatur: stomachi ardorem refrigerat. Folia cum radice comesa, calculos frangunt, vrinam cient, hydropicis ex melle dantur. Herba vtuntur ad amatoria. Est & alterum genus eiusdem, cymbalion aliqui vocant, pinguibus foliis, latioribus, ligularum modo densis circa radicem medium oculi ambitum describentibus, vt in maiore semperuiuo, adstringentis gustus: cauliculo tenui, in quo flores & semina hyperici: radice maiuscula. Facit eadem, quæ semperuiuum.

## Vrtica. CAP. LXXIX.

**D**VO vrticæ genera: syluestris, asperior, latioribus, nigrioribusque foliis: semine lini sed minore. Altera non æquè aspera, minuto semine. Folia vtriusque illita, canis moribus, addito sale, medentur: gangrænas, carcinomata, sordida vlcera, & quæ cacoëthe vocantur, item luxata, panos, tubercula, parotidas, suppurationesque sanant: lienosis cum cerato imponuntur: faciunt ad profluvia narium, cum succo trita, & naribus indita: menses ciunt, eadem detrita cum myrrha, & imposita: procidentes vuluas, recentia contactu resiliere cogunt. Semen potum ex passo, venærem stimulat, vuluæ ora patefacit: cum melle

delinctum, orthopnoæ, lateris & pulmonum inflammationibus prodest: thoracem expurgat: erodentibus medicamentis admiscetur. Cocta cum conchis folia, aluum emolliunt, urinas movent, inflationes discutunt: decocta cum prifana, vitia pectoris extrahunt: mulierum menses euocant, cum myrrhæ modico cocta. Inflammationem turgentem vnam gargarizatus faccus reprimat.

## Galiopsis.

## CAP. LXXX.

**G**aliopsis frutex in totum caulem, & folia habet vrticæ, lauiora, & quæ grauem odorem trita reddant: flore purpurascete, tenui nascitur circa sepes, ædificiorum areas, ac semitas vbique. Folia, caules, semen, succusque, duritias & carcinomata dissipant: strumas, panos, & parotidas discutunt. Oportet bis die tepidum ex aceto cataplasma imponere, & eius decocto fouere: ad putrescentia, gangrænas, & nomas, cum sale efficaciter illinuntur.

## Galion.

## CAP. LXXXI.

**G**alion, nomen ex eo traxit, quod in contrahendo lacte, coaguli vicem impleat, ramulum foliumque habet aparinæ simillimum, rectum: florem in cacumine luteum, tenuem, densum, copiosum, odoratum. Flos igni ambustis illinitur, sanguinis profluvia sistit. Cerato rosaceo galion admiscetur, insolatum vsquedum albescat: lassitudines reficit. Radix venærem concitat. Nascitur in palustribus.

Senecio.

## Senecio. CAP. LXXXII.

**S**enecio cauliculo est cubitali, subrubro, foliis continuis, eruca modo per extremitates diuisis, sed minoribus multo: luteis floribus, qui celeriter dissecti vanescunt in pappos. Nomen verò tibi vindicauit, quoniam flores capillorum ritu, vere canescant: radice supernacua: nascitur maximè in maceris, & circum oppida. Folia cum floribus refrigerant: quare illita cum vini modico, vel per sese, testium & sedis inflammationes sanant: quin & ex manna thuris medentur, cum reliquis vulneribus, tum iis quæ nerui acceperunt. Illiti per se cum aceto pappi, idem munus præstant: verùm recentes epoti, strangulant. Totus caulis, si coctus in passo potui detur, stomachi dolores à bili contractos, persanat.

## Thalictrum. CAP. LXXXIII.

**T**halictron folia coriandri habet, pinguiora paulò cauliculum rutæ crassitudine, in quo folia. Quæ trita, illitu antiqua vlcera ad cicatricem perducunt. Nascitur maximè in campestribus.

## Marinus muscus. CAP. LXXXIV.

**M**arinus muscus nascitur in scopulis, testaceis que haud procul à mari, gracilis, capillaceus, caulis exers. Præcipua ei spissandi vis, & collectiones cohibendi, & podagras, quas refrigerare opus sit.

## Phycus marinus. CAP. LXXXV.

**P**hyci marini generibus, quoddam latum, &

alterum sublongius, & rubens: tertium candidum nascens in Creta iuxta terram, floridum valde, quod nulla corruptionis labe polluitur. Omnia vim habent refrigeratorem, non podagræ modo, sed etiam inflammationibus, in cataplasmatibus efficaciter utilem: verum iis uti humidis conuenit, priusquam exarescant. Nicander, puniceum aduersus serpentes dedit. Hoc fucum quidam putant mulieres suum calorem mentiri, cum tamen sit radícula eiusdem nominis, qua se se fucant.

Potamogeton. CAP. LXXXVI.

**P**otamogeton, folium betæ simile, hirsutum paululum supereminens extra aquam. Refrigerat & inspissat: pruriginibus utile, & contra veterum vlcera nomas. Nomen ex eo inditum est, quod palustribus, & aquosis enascatur.

Stratiotes. CAP. LXXXVII.

**S**tratiotes in aquis nascens, iisdem supernatat, & sine radice viuit: vnde cognomentum traxit. Herba semperuivo similis, ni maiora haberet folia: quæ refrigerant. Sanguinem qui defluit à renibus, pota sistunt: vulnera, quæ inflammationem minantur, intumescere non sinunt: ignibus sacris, & tumoribus ex aceto illinuntur.

Stratiotes millefolium.

CAP. LXXXVIII.

**S**tratiotes millefolium exiguus frutex, palmi: altitudine, aut amplius assurgit: foliis auiculatum

rum pennas imitantibus, breui admodum diffe-  
ctioque foliorum exortu. Folia sylueftre cumi-  
num fimulant, præfertim breuitate atque sca-  
britia, breuiora paulò, denfiore umbella, & ple-  
niore. Surculos in cacumine gerit, exiguos, &  
capitula in modum anethi: flores paruos, candi-  
dos. Nascitur in asperis agris, præcipuè circa fe-  
mitas. Eximij vfus ad vlcera vetera, recentia-  
que, profluentem sanguinem, & fistulas.

Verbascum. CAP. LXXXIX.

**V**erbascum differentias summas habet duas,  
hoc nigrum, illud album: in quo mas & fœmi-  
na intelligitur. Fœminæ igitur folia sunt bras-  
ficæ, pilosiora multò, & latiora, candida: caulis  
albus, cabitalis, aut amplior, subhirsutus: flores  
albi, aut subpallidi: semen nigrum: radix longa,  
gustu acerba, crassitudine digiti: nascitur in cam-  
pestribus. Verbascum, qui mas appellatur, oblon-  
gius, albis foliis, & angustioribus, tenuiori caule.  
Sed nigrum prorsus albo simile esset, nisi nigri-  
ore latioréque constaret folio. Sylueftre folia fert  
saluix, altas virgas, & lignosas, & circa eas ramu-  
los: quales marrubium flores luteos, auri æmu-  
los. Sunt & phlomidæ duæ, hirsutæ rotundis fo-  
liis, humiles. Tertia lychnitis appellatur: ab aliis  
antem thryallis, foliis ternis, aut quaternis, vel  
paulò pluribus, hirsutis, crassis, pinguibúsq;  
apta ad lucernarum lumina. Radix priorum dua-  
rum adstringit: quare quod magnitudine ludi-  
crum talum æquet, in alui profluuiò, conuenien-



ter ex vino datur. Decoctum raptis, conuulsis, fractis, antiqua tussi auxiliatur. Dentium dolorem collatione mitigat. Verbascum, cui flos aureus, capillos tingit, & quocumque abijciatur, blatas in se contrahit. Cocta in aqua folia aduersus tumores, inflammationes oculorum, sydera ta ulcera ex vino & melle illinuntur: cum aceto quoque uinibus medentur: contra scorpi-  
num ictus, sunt auxilio. Syluestris folia ambu-  
sus igni, sunt cataplasmata. Aiunt in foliis eius,  
quam feminam dicimus, aridos ficus omnino  
non putrescere.

## Æthiopsis.

## CAP. XC.

**Æ**thiopsis folia habet verbasco similia, per-  
quam hirsuta, densaque, in orbem circa radi-  
cem inuicem redacta: caulem quadrangulum, cras-  
sum ac scabrum, similem apiastrò, aut arctio, mul-  
tis concuum alis semen erui magnitudine, ge-  
minum, in vno conceptaculo: radices ab eodem  
caespite numerosas, longas, plenas, glutinosas gu-  
stu. quæ sicca nigrescunt duranturque, vt cornua  
possunt videri: plurima nascitur in Ida monte  
Thradis, & in Messenia. Auxiliatur purulentis  
exereationibus, ischiadicis, pleuriticis, arteriæ sca-  
britis, decocta radix, & pota: quin & cum melle:  
eclegmatis vicem præbet.

## Arction.

## CAP. XCI.

**A**rction, aliqui potus arcturon vocant, simile  
est verbasco foliis; nisi quod hirsutiora, &  
rotundiora sunt: saule longo, molli; semine cu-  
minis

maior, parua: radice tenera, alba dulcique. Decocta cum semine radix in vino dentium dolorem mulcet; si continueatur ore decoctum: ambusta pernionésque fouentur eodem: bibitur aduersus coxendicum dolores, & stranguriam, è viñq.

## Arcion, siue Personata. CAP. XCII.

**P**ersonata folia habet cucurbitæ, maiora & hirsutiora, nigriora & crassiora: caulem albicantem, quamquam & interdum vidua caule reperitur: radice grandi intus candida, foris nigra. Hæc drachmæ vnius pondere pota, cum pineis nucibus, parulenta & cruenta extussientibus auxiliatur: trita dolores à contorsionibus artuum contractos, illitu sedat. Folia vtiliter antiquis vlceribus illinuntur.

## Petalites. CAP. XCIII.

**P**etalites pediculus cubito maior, crassitudine pollicis, à quo prægrande folium, galeri modo amplum, ceu fungus dependet. Contra phagedanas, & vlcera, quæ cacoëthe vocant, efficaciter illinitur.

## Epipactis. CAP. XCIV.

**E**pipactis ab aliis helleborine, parua herba, exiguis foliis. Iocineris vitii vtilis, & contra venena pota.

## Capnos, seu fumarica. CAP. XCV.

**F**umarica fruticosa herbula est, prætenera, coriandris similis: foliis candidioribus, vndique numerosis, cineracei coloris: flore purpureo. Hu-

ius succus claritatem facit oculis de lacrymationemque: vnde nomen traxit. Illitus cum gammis, euulsas palpebras renasci prohibet. Comman ducta herba biliosam vrinam trahit.

Lotus vrbana. CAP. XCVI.

**L**otum vrbana alij trifolium vocant: nascitur in hortis. Extractus succus, addito melle, oculorum argema, nubeculas, cæterasque caliginnes discutit.

Syluestris lotus. CAP. XCVII.

**S**yluestris lotus, quam trifolium minus appellant, plurimum in Libya gignitur, caule bicubitali, & sæpe maiore, alis multis: foliis trifolij pratensis: semine fœnigræci, multò minore, gustu medicato. Vim calfaciendi, & leniter adstringendi obtinet: vitia cutis in facie, maculasque cum melle peruncta expurgat: trita per sese aut cum maluæ semine, in vino aut passo bibitur aptissimè contra dolores, qui vesicam malè habent.

Cytifis. CAP. XCVIII.

**C**ytifus, frutex est albus in totum, vt rhamnus, ramos spargens cubitales, sæpe maiores in quibus folia fœnigræci, aut loti trifoliæ, minorâ, dorso medio prominente. Ea digitis tria erucam olent, gustatâque cicer recens sapiunt. Folia refrigerant: tumores inter initia discutunt, si cum pane trita illinantur. Decoctum potu vrinam ciet. Nonnulli, quòd apes alliciat, prope aluearia serunt.

Lotus

## Lotus Ægyptia. CAP. XCIX.

**E**ST & in Ægypto lotus, quæ in campis flumine inundatis prouenit, caule fabæ: flore paruo, candido, lilio simili, quem tradunt occidente sole comprimi ocludique, ad ortum autem aperiri: adduntque, caput ipsum uespera aquis condi, & ad exortum Solis emergere. Caput quale papaueris, maximum: & intus grana ceu milij, quæ Ægyptij exiccant, & in panes eogunt. Radicem lotos hæc habet, mali cotonei similitudine, quæ cruda coctaque manditur: decoctaque lutei oui qualitatem exhibet.

## Millefolium. CAP. C.

**M**YRIOPHYLLON, siue millefolium, caulis est tenet, singularis, vnica nixus radice: plurimis foliis, leuibus, sceniculo similibus: vnde nomen accepit. Caulis flauescit, varius, ac veluti ex industria delimitatus: nascitur in palustribus. Vulnera recentia ab inflammatione vindicat, si vel viride, vel siccum ex aceto, oblinatur: præcipitatis in potu cum aqua & sale datur.

## Myrrhis. CAP. CI.

**M**YRRHIS, simillima est cicutæ, caule foliisque: radix ei oblonga, mollis, rotunda, odorata, cibo non insuauis. Quæ pota in vino, phalangiorum moribus auxiliatur: cit menstrua, & partus secundos: purgâtque à perperio foeminas: subuenit & phibicis cocta in sorbitione. Aiant quoque eandem bis terye die potam ex vino in pesti-

pestilentia salutarem esse, & ne morbi contagia sentiantur, obitare.

Myagrū.

CAP. CII.

**M**Yagrū, aliqui melampyrōn vocant, herba est succulacea, foliis rubræ, pallidis, tripedanea: semen oleosum, scœnogræco simile. Quod contusum igni torrent, per unctis que virgis ad lucernarum lumina viantur: hoc pingui, scabritias corporis læuigari, atque expoliri constat.

Onagra.

CAP. CIII.

**O**Nagra, siue onothera, aut onuris, frutex est arboris instar, prægrandis, amygdalino folio, sed latiore, lilio non dissimili: flore rosaceo, magno: radice candida, longa: cum siccata est, vinum olente: nascitur in montibus. Aqua, in qua radix maduerit, in potu data feras mitigat, & cicures facit: illitu quoque tetra vlcera mulcet.

Cirsium

CAP. CIV.

**C**IRSium, caulis est tener, duorum cubitorum, triangulo similis: ab imo foliola, rosæ speciem referentia: anguli spinosi, per interualla molles: folia buglosso similia, maiora, subcandida, modicè hirsuta, partibus extremis aculeata: cacumen caulis orbiculatum, hispidum, in quo capitula in summo purpurea, quæ soluuntur in lanugines. Radicem huius loco laboranti adalligatam, dolores varicum sedare Andreas scripsit,

After

Aster, Atticus, seu inguinalis.

## CAP. CV.

**A**ster Atticus cauliculus lignosus, florem in cacumine habens purpureum, lateumve, per ambitum, anthemidis capituli modo diuisum, foliolis stellæ modo radiatis: quæ autem caulem circundant folia, oblonga sunt ac hirsuta. Peruenti stomacho, oculorum inflammationibus, prociidnæ sedi, ac inguinibus illita auxiliatur. Tradunt purpureum florem, si ex aqua bibatur, anginis, & pueris comitiale malum sentientibus, opitulari. Inguinum inflammationi recentem illinire conuenit. Si aridus flos sinistra dolentis manu decerpatur, & inguinibus adligetur, dolore liberat.

Isopyrum.

## CAP. CVI.

**I**sopyron aliqui phasiolon ob similitudinẽ vocant, quoniam folium, quod est aniso simile, in pampinos torquetur: capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis, melanthij gustum imitantis. Contra tussim, & cætera pectoris vitia, semen ex aqua mulsa bibitur: hepaticis, & sanguinem excreantibus vtile.

Viola purpurea.

## CAP. CVII.

**V**iola purpurea foliam habet hedera minus, tenuius ac nigrius, nec multò dissimile: cauliculus à radice medius prodit, in quo flosculus, suavissimè olens, purpureus: opacis & asperis nascitur. Refrigerandi naturam habet. Folia

per

per se & ex polenta illinuntur aptissimè stomacho æstnanti, & oculorum inflammationibus, sedique procedenti.

## Cacalia.

## CAP. CVIII.

**C**Acalia, quæ leontice vocatur, folia fert magna, alba: è quibus medius caulis emicat, rectus, albus, florem ferens robori aut oleæ similem: nascitur in montibus. Radix in vino manducta, vt tragacantha, delinctu aut manductu per se tussibus, scabritiis arteriæ, medetur. Grana, quæ post excussum florem innascuntur, trita, & cum cerato illita, faciem erugant, & cutem extendunt.

## Bunium.

## CAP. CIX.

**B**Vnion caulem edit quadrangulum, procerum, digiti crassitudine, in quo ramuli minutis foliis ac floribus scatent: folia proximè radicem, apio similia, longè tenuiora, coriandrinis proxima: flores anethi: semen odoratum, hyoscyamo minus. Urinam ciet, excalfacit, secundas euocat: lieni, vesicæ, renibus vtile. Tam humidi quàm sicci, expressi quæ succi caulibus, foliis, radicibusque, vsus inualuit ex aqua mulla. Pseudobunion palmi altitudine fruticat in creta, folia ramulosisque napi ferens, acri gusto. Tormina, atque stranguriam, laterumque dolores sanant quaterni rami eius poti in aqua: illiti quoque cum sale & vino, tepentes, strumas discutiant.

## Chamæcissus.

## CAP. CX.

Chamæcissos, folio est hederæ, tenuiore, longiore,

giore, ramulis à radice quinis senisve, dodrantalibus, foliosis : flore violæ albæ simili, candidiore, ac tenuiore, gustu supra modum amaro: radice tenui, candida, inutili : nascitur in cultis. Bibunt conuenientissimè ischiadici folia, tribus obolis in aquæ cyathis tribus, tricenis quadragenisve diebus: eodem pota modo, senis aut septenis diebus, regium morbum purgant.

## Chameleuce. CAP. CXI.

**C**Hameleuce lumborum doloribus propitia est, herba virens, incuruis foliis, surculisque: flore rosacco.

Buglossum, seu lingua bubula.

## CAP. CXII.

**B**uglossum nascitur in campestribus, & sabulis. Iulio mense colligitur. Aiunt eam, quæ treis thyrsos emittit, cum semine & radice ritam, potamque, contra tertianos horrores prodesse: quæ quatuor, ad quartanos; ea in vino decoquitur: herbam abscessibus vtilem esse volût. Verbasco simile est, folium in terra sparium, nigrius, asperum, bubulas imitans linguas. Quod in vinum deiectam, animi voluptates auget.

## Cynoglossum. CAP. CXIII.

**C**ynoglosson folia latifoliæ plantaginis habet, arctiora, minora, lanuginosa: caule vacat, & humi sternitur: prouenit in sabuletis. Folia cum scillo adipe veteri, medentur moribus canum, Stopenis, & ambustis. Emol-



lit aluum, decoctum herbæ ex vino potum.

Phyteuma. CAP. CXIV.

**P**hyteuma folia habet radiculae, minora: copiosum semen, perforatum, radicem parvam, tenuem, per summa terræ nitentem: quam ad amatoria conuenire, nonnulli scriptam reliquerunt.

Leontopodium. CAP. CXV.

**L**eontopodium duum digitorum herbula est, folia ferens angusta, longitudine ternum quaternumve digitorum, hirsuta, quæ iuxta radicem lanosiore floceo canescunt: capitula in summo caule quasi perforata: flores nigri: semen usque ad eam spissa lanugine inuolutum est, ut sæpe fallat: radice parua cohæret: quam tradunt appensam ad amatoria prodesse, & tubercula discutere.

Hippoglossum. CAP. CXVI.

**H**ippoglossum, frutex est folia habens rusci tenuis figura, & spinosam comam, & in summo ceu linguas e foliis exeuntes. Capitis dolorem coronâ ex comis imposita minuit. Malagmatis radix succusque admiscetur.

Antirrhinum. CAP. CXVII.

**A**ntirrhinum, alij anarrhinon vocant, herbam caule & foliis anagallidi similem: flore albæ violæ, purpureo: minore tamen, ideoque sylvestris, lychnis nominata est: semine vituli narium simili. Tradunt perunctosca, cum oleo lilino, venustiores

nustiores fieri: nec vlllo medicamento lædi posse, si quis appensum gesserit.

Catanaoce. CAP. CXVIII.

**F**ix eo genere vna, folia coronopi habet, longa radicem iunci modo prætensam: capitula sena, septenave, in quibus erui semen inest. Arescens in terram flectitur, & se contrahit ad speciem vnguium nilui exanimati. Altera mali parui magnitudinem explet, radice exiguae oliuæ magnitudine: foliis quoque oliuæ colore, & figura, mollibus, diuisis, humi inclinatis: semen, vt eicer, minutum, in virgalis dependet, punicei coloris, multis foraminibus pertusum. Vtramque narant in amatoria expeti. Theffalicæ mulieres his vti traduntur.

Tripolion. CAP. XIX.

**T**ripolion in marinis nascitur locis, quæ alludit vnda, recedensque dimittit, neque in mari, neque in sicco: folio glasti crassiore palmeo caule, in muerone diuiso. Eius, vt tradunt, flores colorem ter die mutant, mane candidi, meridie purpurei, sero punicei conspiciuntur. Radice alba, odorata, calidi gustus. Quæ drachmis duabus in vino pota, aquam, vrinamque per alnum extrahit. In medicamenta digeritur, quæ venena arcent.

Adiantum. CAP. CXX.

**A**Diantum, polytrichon, pusilla gerit folia, similia coriandri, in summo incisuris diuisa: cauliculi, quibus exoriuntur, nigro colore

nitent

nitent, prætenues, palmum alti: radice superuacua: neque caulem, neque fractum, neque florem profert. Decoctum herbæ potum prodest spirandi difficultati, suspiriosis, lieni, & felle suffusus, & vrinæ difficili. Calculos frangit, aluum sistit, serpentium moribus auxilio est. Contra Romachi fluxiones in vino bibitur. Secundas ciet, & menstrua, sanguinis reiectiones inhibet. Contra serpentium morsus ecuda herba illinatur, alopecias decusat, strumas discutit: turfures, & manantia capitis vlcera, ex lixiuio emendat: defluentes capillos continet, cum ladano & myrtino, & lasino, aut hyssopo, vinoque. Decoctum eius cum lixiuio & vino infusum, idem præstat: coturnices, & gallinaceos pugnaciores facit, in eibos eorum additam. Seritur gratia vtilitatis pecorum circa ouilia. Umbrosis, & palustribus, circa parietum aspergines, & fontium specus enascitur.

Trichomanes. CAP. CXXI.

**T**richomanes nascitur eisdem in locis, quibus adianton filica simile, sed exilius: foliis lenticulæ, tenuibus: in ordinem vtrinque digestis, aduersis in se, in ramulis tenuibus, acerbis, fusco colore splendentibus. Eadem quæ & adianton præstare posse constat.

Xanthium, siue Lappa. CAP. CXXII.

**X**anthium nascitur lato & pingui solo, & lacubus exiccatis, caule cubitali, anguloso: pingui, prodeantibus ex eo crebris alis: folia atriplicis

eis habet, insecta, nasturtium odore imitantia, fructum grandis oliuæ modo, rotundum, & ut platani pilula, spinosum, qui contractu vestibus adhærescit. Is ante collectus quam perfecte siccescat, tunditur, & fictili vase reconditur. Flauos autem facit capillos, si acetabuli instar tepida aqua madescat, mox caput, nitro antè perfriatum, illinatur. Alij in vino tundunt, & ita afferuant. Semen aptissimè tumoribus imponitur.

*Ægilops, siue festuca* CAP. CXXIII.

**Æ**gilops herbula folia tritici habens, sed moliora, in summo capite semina bina ternave, rubra, quibus aristæ quasi capillaceæ exeunt. Illita cum farina herba ægylopiis medetur, duritias discutit. Succus farinæ admixtus, siccatur, & eorundem gratia reponitur. Bromus herba ægylopi similis, exiccatoriam vim habens, decoquitur cum sua radice in aqua ad tertias, & iuri colato per modum mellis adiicitur: rursus incoquitur, dum liquidi mellis crassitudo fiat. Lintheum eo humore imbutum, & naribus inditum contra graucolentiam vlcerum efficax est. Aliqui tritam aloën addunt, & eo modo vtuntur. Cum siccis rosis cocta in vino, grauem oris hæsitum emendat.

*Glauz.* CAP. CXXIV.

**G**lauz cytiso aut lenticulæ foliis similis, quæ supernè virent, auersaque candidiora spectantur: ramuli à terra exiliunt quini senive, tenues ab radice, dodrantè alti: flores violæ albæ,

purpurei exeunt, minores tamen: nascitur iuxta mare. Coquitur cum hordeacea farina, sale, & oleo in sorbitione, ad reuocandam extincti lactis vbertatem.

Polygala. CAP. CXXV.

**P**olygala palmi altitudinem petit: foliis lenticulæ, gustu adstricto. Quæ pota, lactis abundantiam facit.

Olyris. CAP. CXXVI.

**O**lyris, frutex est niger, ramulos ferens tenues, lento, fractuque contumaces: & in his folia, quaterna, quina, senave, ceu lini, nigra in initio, dein colore mutato rubescentia. Decoctum eius potum, iuuat arquatos.

Aspera smilax. CAP. CXXVII.

**S**milax aspera, folia habet periclymini: farmen-  
ta tenuia, multa, rubi modo aut paliuri aculeata: arbores scandit ab imo ad summa perreptans, se conuoluens eis. Fert racemos exiles, qui maturi rubescunt, gustumque leniter mordent. Nascitur in palustribus & asperis radice dura, crassaque. Folia & acini, & antè & post epoti, venenorum antidota sunt. Tradunt, si infantibus nuper in lucem editis, quid ex his tritam propinetur, nulla postmodum venena nocitura. Inciditur etiam ad alexipharmaca, id est, ad ea medicamenta, quibus venena arcentur.

Læuis smilax. CAP. CXXVIII.

**L**æuis smilacis folia hederæ similitudinem habent.

bent, molliora, læuiora, tenuiora: huius sarmenta nullis horrent spinis: conuoluitur arboribus, vt prior: fructum parit lupini modo nigrum, exiguum: flores circumquaque exiliunt candidi, copiosi, orbiculati. Hac smilace, quadam topiariorum arte, tentoria contra æstus moleſtiam faciuntur: folia per autumnam decidua. Semine cum dorycnio potio, ternis ſingulorum obolis, varia & tumultuoſa in ſomnis obſeruari traduntur.

## Ruscus. CAP. CXXIX.

**S**ylueſtris myrtus, aliquibus oxymyrſine, aut myrtacantha, Latinis ruscum appellatur: folium fert myrti, latius, in formam lanceæ mucronatum: baccæ per maturitatem rubescunt, rotundæ, à medio folio dependentes, oſſeo intus, nucleo: cubitales ramuli ad radice exeunt, vitilium modo lenti, fractu contumaces. folioſi: radice graminis ſimili. acerba, & ſubamara. Folia & baccæ in vino potæ vrinam cient, menſes pellunt, veſicæ calculos frangunt, ſtillicidio vrinæ medentur, dolores capitis ſanant, & regium morbam. In aſperis & præcipitibus locis enaſcitur. Decoctum radice in vino potum, eodem præbet effectus. Cauliculi recentes, aſparagorum vice, in cibo ſumuntur. Amari autem ſunt, ſed vrinam mouent.

## Laurus Alexandria. CAP. CXXX.

**L**aurus Alexandrina, folio eſt ruſci maiore, molliore, & candidiore: ſemine inter folia rubro, eicere ſi magnitudine: ramos ſpargit in terra,

dodrantes, interdum longiores: radice sylvestri myrto simili, maiore, molliore, odorata: inuenitur in montosis. Difficiles partus accelerat, radice pota sex drachmarum pondere in vino dulci: & stillicidio yrinæ auxiliatur, sed sanguinem extrahit,

Daphnoides. CAP. CXXXI.

**D**Aphnoides cubiti altitudine fruticat, ramis flexilibus obsequiosisque, multis, inde sursum versus foliosis: cortex supra modum viscosus ramos vesti: folia lauri graciliora & molliora, fractu contumacia, quorum gustatu os & fauces incenduntur: flores candidi: bacca, cum emarturuit, nigra: radix inutilis: nascitur in montosis. Pituitas extrahit folium recens vel aridum in potu, menses ciet & vomitus: caput inanit comanducatum, sternutamenta mouet. Bacca quindecim potæ alutum resoluunt.

Chamædaphne. CAP. CXXXII.

**C**hamædaphne virgas emittit cubitales, singulari ramulo constantes, rectas, tenues, læues: folia lauri similitudine, læuiora multò, ac viridiora: semen rotundum, rubens, annexum foliis. Illinuntur capitis doloribus trita folia, & stomachi ardores mulcent: ad sedanda tormina cum vino bibuntur. Potus cum vino succus, menses & yrinam ciet: idem facit pello appositus.

Veratrum album. CAP. CXXXIII.

**H**elleborum album, Latini veratrum album vocant, fert foliis plantaginis aut betæ syluestris

vestris similia, sed breuiora, & nigciora, rubescen-  
 tia: caulem cauum, quadrantalem, tunicis conuo-  
 lutum, quos abdicat cum arescere incipit: radici-  
 bus nititur multis, tenuibus, ab longo & exiguo  
 capite cæparum modo exeuntibus: nascitur in  
 montibus & asperis. Radices messibus colligen-  
 dæ. Optimum habetur candidum, friabile, carno-  
 sum, modicè extentum, nec tamen iunci modo  
 mucronatum, quod frangendo puluerem emit-  
 tit, & tenuem habet medullam. gustu non admo-  
 dum feruens, neque saliuam subinde ciens, (hu-  
 iusmodi autem strangulat) Primatum Cyre-  
 naicum tenet. Galati cum autem & Cappadociū,  
 candidiora, & puluere quodam obsita, celerius  
 strangulatus mouent. Vomitione autem varios  
 extrahit humores. Collyriis admiscetur, quæ ta-  
 liginem oculorum discutiant. Partus impositum  
 necat, menses pellit, sternutamenta excitat, mu-  
 res interficit cum melle & polenta subactum  
 absumit carnes si coquatur vna. Datur per se ie-  
 iunis, & cum sesama, aut ptisanæ succo, aut hali-  
 cæ, aut lentis cremore, cum aqua mulsa, aut pul-  
 te, aut quauis alia sorbitione. Cogitur cum pa-  
 ne, & ita inassatur. Præparatio corporum, ac vi-  
 ctus ratio, diligenter tradita est, cum ab his qui  
 de medica eius portione scriptitarunt, tum ma-  
 ximè à Philonide Siculo Enensi, cui nunc assen-  
 timur: quippe longam nimis esset, in hac præfer-  
 tim editione de materia, simul medicam curandi  
 rationem exponere. Dant nonnulli in pultis sor-  
 bitione, aut copioso halicæ cremore: aut paucum



antea cibum dari præcipientes, statim veratrum offerunt, iis præfertim, quibus strangulationis suspicio imminet, aut si valetudo corpus infirmat: hoc enim modo delectio nihil periculi minatur, quod cibo munitis non intempestivè medicamentam corporibus offeratur. Vomitiones concitant subditæ ex eo balani, cum aceto.

Veratrum nigrum. CAP. CXXXIV.

**H**elleborum nigrum, appellatur melampodiõ, quoniam caprarum pastor, nomine Melampus, furentes in se Proetidas, primus purgasse, & sanasse fertur. Folia ei viridia, platani similia, minora, foliis sphondylii proxima, subaspera, nigriora, pluribus divisuris incisa: caulis asper: flores purpurei, candidi: racematim coherentes: semen enici, quod in Anticyra sesamoides vocant: quo deiectiones molliuntur: radicibus coheret nigris, tenuibus, à capitulo capæ simili confibratis: quarum est usus: in colibus, asperis, & sitientibus locis enascitur. Optimum est, quod ex huiusmodi petitur terris, ut ex Anticyra. Nigrum inibi probatissimum gignitur. Eligi debet copulentum & plenum, in quo tenuis sit medulla, acere gustu, feruensque: cuiusmodi est in Helicone, Parnaso. & Aetolia natum: attamen Heliconium præcellit. Veratrum nigrum purgat ventrem, detrahit bilem pituitasque, datum per se, aut cum scātonia, & tribus obolis, sine drachma salis: decoquitur vel cum lente & iusculis, quæ purgationis causa sumptantur. Prodest morbis

comi-

comitialibus melancholicis, insanientibus, articularis doloribus, & resolutis. Menses inditum trahit partus necat, purgat fistulas impositum, & tertia die detractum. Item contra grauitatem auditus in aurem demittitur, ibique in alterum aut etiam tertium diem esse finitur. Scabiem sanat, illitum cum thure, aut cera, & pice, & cedrino oleo: vitiliginibus, lepris, impetiginibus, ex aceto medetur: dentium dolorem collutione mitigat: erodentibus medicamentis commiscetur: hydropicorum ventri vtilissimè imponitur factum ex eo, farina hordeacea, & vino, cataplasma: confitum proximè radices vitium, vinum purgandi facultate donat. Huius resparsu domos expiari arbitrantur: quare inter fodiendum stantes, Apollinem, Aesculapiumque precantur, ac vitant aquilæ volatus: aduolare enim non sine periculo tradunt: namque si auis effossionē hellebori conspexerit, moriturum qui succidit, augurum est. Celeriter effodiatur oportet, quoniam halitu caput aggrauat: quapropter, ad id arcedendum, fossori a'ium præsumere, & vinum bibere consueuerunt: nulli ita noxæ opportuni redduntur. Veratri albi modo emedullatur.

Sesamoïdes magnum. CAP. CXXXV.

**S**esamoïdes magnum, in Anticyra helleborum vocant, quoniam albo veratro in purgationibus misceatur. Simile est senecioni aut rutæ: longo folio: flore candido: radice gracili, ignava: semen gustu amaro, cætera sesamæ simile. Ventre detractum:

detrahit: datur tritum ad bilis pituitaque deiectiones, quantum tribus digitis capitur, addito veratri albi sesquibolo, ex aqua mulla. Sesamoidi paruo cauliculi sunt dorrañtales: folia coronopi, minora, hirsutiora: & in cauliculorum cacumine capitula, florum penè purpureorum, medio eorum albo: semen sesamæ: folium, amarum: radix tenuis. Detrahit bilem pituitaque, semen ex aqua mulla potum dimidio acetabulo: illitum ex aqua, tumores ac tubercula discutit. Nascitur in asperis.

Sylvestris cucumer. CAP. CXXXVI.

**C**ucumis sylvestris fructu solo distat à sativo cucumere, quem longè minorem parit, oblongis glandibus non dissimilem: folia atque samenta sativi refert: radice candida, magna: nascitur in sabuletis, & rudibus frutice in totum amaro. Instillatus foliorum succus, aurium dolori conuenit. Illita ex polenta radix, veterem omnem tumorem discutit: imposita cum resina terebinthina, tubercula rumpit: ischiadicis infunditur: podagras discutit, decocta ex aceto, & illita. Eius decocto dentes in dolore colluuntur. Arida farina impetiginem, lepras & vitiligines absterget: nigris cicatricibus colorem reddit, & in facie maculas expurgat. Radicis succus sesquiboli pondere, & item cortex: acetabuli quarta parte, bilem pituitamque deiciunt, præsertim in hydropicis: (deiectiones autem citra stomachi iniuriam mouet) radicis sesilibra, in vini præsertim

sextim Libyci hemina conteritur, danturque ex  
 ex eo terni cyathi triduo, dum tumor abunde  
 deprimi cernatur. E fructu huiusce cucumeris,  
 fit medicamentum, quod elaterium vocatur, ad  
 hanc modum: Decerpti cucumeres, qui tacti pro-  
 tinus exiliunt, seruantur nocte vna: postridie im-  
 posito supra craterem rariore cribro, vtrisque  
 manibus prehensi, sigillatim supino cultro, sur-  
 sum versus aciem habente, finduntur, atque per  
 cribrum humor in subiectum vas exprimitur:  
 simulque carnosum quod hæsit cribro, quò faci-  
 lius excidat, eliditur, quod ita pressum est, resi-  
 dere finitur, atque in vicinam peluim demitti-  
 tur. Coacernata autem in cribro segmina, dulci  
 aqua perfunduntur, & denuò presa abiciuntur.  
 Humor in pelui agitatur, & linteo opertus soli  
 exponitur: dumque steterit, tota supernatās aqua  
 cum humore concreto, effunditur. Hoc verò  
 identidem fieri solet, donec, existens aqua lique-  
 eat: qua stillatim exhausta, sedimentum morta-  
 rio suscipitur, & conterendo cogitur in pastil-  
 los. Sunt qui ad hauriendam protinus succi abun-  
 dantiam, cribratos cineres humi inspargant, &  
 medium cavantes, triplicatum linteum obten-  
 dant, per quod elaterium cum sua humiditate  
 diffundunt, siccatumque in pila, vt dictum est,  
 conterunt. Aliqui pro dulci aqua marinam per-  
 fundentes, ita eluunt. Alij in nouissima lotionē,  
 mussam aquam respergant. Elaterium optimum  
 esse constat, læue, non ponderosum, cum candore  
 leniter humectum, gustu amarissimum, quòdque  
 lucer-

lucernarum luminibus obiectum, facile flagret. Porraceum tamen scabrumque, si turbidum spectetur, atque erui cinerisque plenum sit, graue & vitiosum esse solet. Ne defunt, qui cucumis succo amylium immisceant, ut candorem ipsum & lauitatem imitentur. A bimatu ad decennium deiectionibus utile est. Integer modus, obolus est: minimus, semiobolus: pueris, chalcis duo: si quidem copiosius, periculum adfert. Bilem ac pituitam vtriusque parte extrahit. Optima sulphureosis est purgatio. Quod si in animo sit deiectionem moliri, adiectio salis duplo, & sibi, quod colorare sufficiat, ex aqua, erui magnitudine catapotia dato, postea cyathus vnus aqua tepida torbeatur: ad cyandas tamen vomitiones aqua diluens elaterium, subiectas lingua partes penitissimè penna oblitito: quod si quisquam difficiliter euomat, oleo aut vnguento irino resoluto, somnum inhibeto. Porro his qui eximie vacuantur, continue vinum, & oleum dari conuenit: etenim vomendo restituntur. Quod si vomitiones non finiantur, aqua frigida, polenta, posca, poma, & quæ stomachum densando corroborant, offerenda sunt. Ciet elaterium menses, & partus enecat, in pello subditum: morbo regio medetur, cum lacte naribus insutum, & diuturnis capitis doloribus liberat: efficacissimè anginis illinitur, cum vetere oleo, melle, aut felle taurino.

Staphis agria. CAP. CXXXVII.

Staphis agria, siue herba pedicularis, folia habet

bet labruscæ diuisa : & cauliculos rectos, molles, nigrosque : fert florem glabrum, & folliculos virides, similes ciceri. & in his nucleum triangulum, scabrum, ex nigro subfuluescentem, intus album, gusta acrem Grana quindecim, si trita in aqua malsa dentur, crassum humorem per vomitum purgant: sed qui hauserunt: ambulare debent: prudenter tamen attendere oportet, & aquam mulsam continuò potui dare: quoniam pericula stragulationis inferunt, & fauces adurunt. Trita, & ex oleo illita, phthiriasi prodest: item pruriginè & psoris. Cit plurimam pituitam commanducata: decocta in aceto, dentium dolori, collato ore, subuenit: rheumatismum gingiuarum sistit: vlcera oris manantia, cum melle sanat. Vrentibus malagmatis imponitur.

## Thapsia. CAP. CXXXVIII.

**T**Hapsia nomen ideo accepit, quòd in Thapso eiusdem nominis Insula primùm inuenta sit. Tota verò natura ferulæ similis est: graciliore caule foliis: foeniculi: umbella anethi in cacumine, à singulis surculis erumpente: flore luteo: semen quale ferulæ, latiusculum, sed aliquantò minus: radix foris nigra, intus candida, longa, acris, crassiore libro vestita. Lactis extrahendi ratio hæc est: Facto in ambitu serobe, cortices inciduntur: aut radix in fornicis speciem in se excauata, cooperitur, quòd merus succus confluat: oportet illuc sequenti die se conferre, & congestum succum extrahere. Tanditur etiam  
radix

radix in pila, & succus organo per quallum expressus fictili crasso insolatur. Aliqui foliam vna terunt: sed invalidior huiuscemodi succus. Hoc autem interest, quoniam qui ab radice manavit, grauius olet & humidus permanet: è foliis autem extractus, exiccatur, atque teredinem iniuriam sentit. Qui succum colligit, stare debet non obuersus vento: aut potius, cum dies apricus est, & à flatu silet: quoniam ob halitus acrimoniam facies vehementer intumescit, nudaque corpora inuadunt pustulæ: ob id prius liquido cerato, & adstringente, nudas partes illinunt, & ita muniti accedunt. Tam cortex radicis, quam succus, purgandi vim habent, & lacteus succus in aqua multa potus: nam vtrunque bilem extrahunt. Radicis modus, quaterni oboli, cum tribus seminis anethi drachmis: succi, terni oboli: lactis, obolus vnus, quod eo amplius assumitur, periculosum est. Huiusmodi purgatio conuenit suspitiosis, & diuturnis laterum doloribus, reiectionibusque, datur in cibis aut obsonio, quibus difficile sit vomere. Tam radix, quam succus omnium maxime, quæ pares cum eis vires adeptæ sunt: vim habent extractoriam ex alto, vbi ex imo aliquid euocandum est, aut meatuum laxitas aliò transferenda est: vnde succus illitione, aut radix recens affricu, alopecias explent. Radix succusque cum æquis ceræ thurisque portionibus, sugillata liuoresque tollunt: sed non plus binis horis dimittantur: locus deinde aqua maris calida fouetur. Vicia cutis in facie emendat, cum melle illitus

rus succus: lepras tollit: tubercula discentit, perunctus cum sulphure. In diuturnis pulmonum, laterum, pedum, articulorumque valetudinibus vtiliter illinitur. Valet ad integendam colic glandem, iis qui natura, nō circumcissione, curri sunt: timorem enim excitat, qui pinguium fœtu emollitus, præputij iacturam reficit.

## Spartium. CAP. CXXXIX.

Spartium frutex est, longas ferens virgas, sine foliis, firmas, fractu contumaces, quibus vites vinciantur: semen lenticulæ, in foliulis phaliorum modo nascens: florem, vt albæ violæ, luteum. Purgant per superna vehementer, hellebori vice, citra periculum flores, & semina, quin obolis in aqua mulsa pota. Semen deiectionē mouet. Ramis in aqua maceratis, mox rufis, extractus succus: ischiadicis, & angina laborantibus auxiliatur, si cyathi modum ieiuni bibant. Quidam marina aqua macerare malunt, & infundere ischiadicis clystere: strimenta autem elicit cruenta.

## Silybum. CAP. CXL.

Silybum, lata spina est, folia ferens chamæleonis albi. Hæc recens cum sale oleoque cocta estur. Radicis succus drachmæ pondere potus, vomitiones ciet.

## Glans vnguentaria. CAP. CXLI.

Glans vnguentaria, fructus est arboris myricæ similis, magnitudine auellanæ nucis, cuius nucleus græcarum nucum more tritus, humorem

A a reddit,



reddit, quo ad pretiosa vnguenta pro oleo vtuntur: nascitur in Aethiopia, Aegypto, Arabia, & Petra oppido secus Iudæam. Præfertur plena, recens, candida, quæ facile delibretur. Ea drachmæ pondere pota, linem absumit: cum loli) farina, & aqua mulla, podagricis illicitor: pforas leprâsq; decocta in aceto, vitiliginis & nigricatrices cum nitro, emendat: & cum lotio lentiginis, varos & papulas in facie, & cutis vitia tollit. Vomitiones mouet, & aluum cum hydromelite resoluit: stomacho aduersatur. Oleum quod ea exprimitur, aluum potu ciet. Cortex eius magis adstringit: verum tusæ & expressæ succus abstergentibus medicamentis adiicitur, quæ aduersus pruriginis & scabritias idonea sunt.

## Narcissus.

## CAP. CXLII.

**N**arcissum sunt qui vt lilium, liriûm appellarint, folia porro similia, tenuia, multò minorâ, & angustiora: caulis vacuus, & sine foliis, supra dodrantem attollitur: flos albus, intus croceus, in quibusdam purpureus: radix intus alba, rotunda, bulbosa: semen velut in tunica, nigrum, longum: probatissimus nascitur in montibus, suauis odore: ceteri porrum imitantur, atque herbacium virus olent. Radix cocta, siue estur, siue bibitur, vomitoria est: ambustis igni prodest. cum exiguo melle trita: præcisos nervos illitu glutinat: laxatis melleolis, diurnisq; articulorum doloribus, trita ex melle & imposta, subuenit: vitia cutis in facie, vitiliginisq; cum semine  
urticæ,

urticæ, & aceto emaculat: cum eruo & melle, viceram sordes expurgat: abscessus rumpit, concoctioni repugnantes: infixa corpori extrahit, illita cum lolij farina, & melle.

Hippophaes. CAP. CXLIII.

**H**ippophaes, quo fallones vestes interpolant, in sabulosis, maritimisque nascitur, sarculaceo frutice, vndique denso & largo, foliis oleæ, longioribus, mollioribusque: inter quæ candicantes spinæ emicant, sicæ, angulosæ, interstitio quodam distantes: flores hederæ corymbis similes, racematim cohærent, minusculi tamen, & molles, candidi, ex parte rubescentes: radix lacteo succo madet, crassa, mollis, amara gustati: ex qua perinde ac thapsiæ, succus eximitur, qui per se, & cum erui farina subactus, siccator, & ad usum reconditur. Syncernus, pituitas, bilem, aquasque detrahit, oboli pondere: erui verò farina subactus, quattuor obolis, cum aqua mulsæ. Frutex cum radicibus siccatus tunditur, & cum aquæ mulsæ dimidia hemina tritus datur. Radice & herba liquamentum depromitur, vti in thapsia: huius in purgationibus modus est drachma.

Hippophæstum. CAP. CXLIV.

**H**ippophæstum, id, quod aliqui hippophaes appellant, nascitur eisdem locis, quibus hippophaes, estque spinæ falloniæ genus, humilis herba, sine cauliculo, sine flore: inanibus tantùm capitulis: foliis paruis, spinosis: radiculas habes molles, crassas. Succus radice, foliis & capitulo ex-

primitur, & exiccatur. Datus, cui voles, tribus obolis, in aqua mulla, aquam pituitaque detrahit: priuatim comitialibus morbis, nervorum vitis, & orthopnœæ conuenit huiuscemodi purgatio.

Ricinus.

CAP. CLXV.

**C**ici, aut croton, nomen accepit à ricini animalis similitudine: arbor prouenit paruæ ficut altitudine, folio plaranti, maiore, læuiore, & nigriore: ramis, caudicibusque cauis, in arundinis morem: semine in vuis asperis, quod corticibus exutam, ricinum animal repræsentat: ex quo oleum, nomine cicinum, exprimitur, cibus fœdum, lucernis emplastrisque vtile. Grana triginta numero purgata, trita potu, pituitas, bilem, aquamque per aluum extrahunt: vomitionesque mouent, sed iniucunda admodum est, & molesta purgatio: liquidem stomachum vehementer subuertit. Tusa & imposita, vitia cutis in facie, varosque expurgat. Folia cum polenta trita, inflammationes oculorum, tumoresque leniunt: rigentes mammas cohibent: eadem ex aceto illita, ignes sacros restinguunt.

Tithymali.

CAP. CXLVI.

**T**ithymali genera septem, quorum masculus, characias appellatur, ab aliquibus amygdaloides: alter, myrtites, qui foemina existimatur, eumque myrsiniten aut caryiten vocant: tertius, paralius, quem tithymalida appellarunt: alius, helioscopius: quintus, cyparissias: sextus, dēdroi-

des:

des: septimus, platyphyllos dicitur. Characiæ cau-  
 les supra cubiti altitudinem attonantur, rubri,  
 lacteo succo argue acri madentes: foliis oleæ cir-  
 cum ramos, angustioribus, & longioribus: radice  
 crassa, lignosa: pendet in cacuminibus caulium,  
 coma iunci, sub qua caueolæ foliolis balnearum  
 similes, in quibus semen continetur: nascitur in  
 asperis, & montibus. Succus aluum purgat: tra-  
 hit pituitā, bilēque, binis obolis in posca sum-  
 ptis: & cum aqua mulla, vomitiones mouet. Ap-  
 petente vindemiaco in tempore, succus congestis  
**ramulis**, mox dissectis, & vase conclusis, excipi-  
 tur. Aliqui adiciunt farinam erui, & in pastillos  
 digerunt, qui erui magnitudinem impleant. Alij  
 in aridas ficos, ternas quaternasve guttas instil-  
 lant, vt cum his inarescant: quas ad vsus recon-  
 dunt. Per se etiam totus in pila, & in pastillos  
 coactus reponitur. Porro cum extrahitur lac, ne-  
 que quò ventus aspiret, stare quenquam, neque  
 manus oculis admouere conuenit: sed antequam  
 colligas, corpus, præsertim faciem, collum, scro-  
 tūque genitalis, adip: aut oleo cum vino perū-  
 gere. Fauces autem exasperat: quapropter cata-  
 potia, cera aut decocto melle oblini par est, &  
 hoc modo dari: binas tamen ternasve ficos, pur-  
 gationis gratia, sumpsisse, satis est. Recens lac ex  
 oleo, perunctos in sole capillos euellit, renascen-  
 tesque flauos, & exiles efficit: denique omnes  
 perimit. Dentium cauernis inclusum, leuat dolo-  
 res: sed cera dentes oblinendi, ne suo delapsu,  
 fauces & linguam vitiet. Tollit illitu impetigi-

nes, formicantes verrucas, pensiles, & quæ thymi  
 florem repræsentant. Valet aduersus pterygia,  
 carbunculos, phagædenas vlceram, gangrænas,  
 fistulâsq̃. Legitur semen autumnò, & siccatum  
 sole leuiter tunditur, feruesfactumque loco mun-  
 do reponitur. Folia item siccantur. Semen & fo-  
 lia lactei succi effectum præbent, dimidio aceta-  
 bulo pota. Sunt qui inueterant, admiste cum la-  
 & e lepidio, & caseo contuso. Radix drachmæ pô-  
 dere in hydromelite pota, per inferna trahit.  
 Decocta cum aceto, dentium dolori auxiliatur,  
 collato ore. *Æmîna*, quam myrsiniten, aut ca-  
 rryiten vocarunt, similis suapte natura daphnoi-  
 di: foliis myrti, sed maioribus, firmis, in cacumi-  
 ne acutis, & pungentibus: ramulos ab radice mit-  
 tit dodrantes: fructum fert alternis, annis, nuci  
 similem, mordaci gustu: nascitur & hæc in aspe-  
 ris. Succus, radix: semen, folia, consimilem ante-  
 dicto sortiuntur facultatem: sed ad citandas vo-  
 mitiones inualidior hæc est. Aliud tithymali ge-  
 nus dicitur paralios, quem tithymalida, aut me-  
 cona aliqui appellauerunt. Nascitur in maritimis,  
 ramis subrubentibus, palmum altis, quinque senil-  
 ve à radice exeuntibus: foliis lini, angustis, par-  
 uis, oblongis, in versus quosdam digestis: capite  
 in cacumine orbiculato, in quo semen, vt eruum,  
 vario colore emicat: flos albus. Frutex totus cū  
 radice lacteo succo turget. Similes ad vsus recon-  
 duntur. Helioscopius dicitur, foliis portulacæ,  
 tenuioribus, rotundioribusque: ramalis prodeun-  
 tibus à radice, quatuor aut quinque, rubentibus,  
 dodran-

dodrantali altitudine, tenuibus, lactis copiosi plenis: capite anechi: semine velut in capitulis incluso Helioscopi nomen accepit, quoniam comas cum sole circum agat: circa oppida nascitur, potissimum in ruderibus. Colligitur saccus semineque ut aliorum. Eadem quæ superioribus vires, non tamen usque adeo validæ. Cyparissias in caulem exit dodrantalem, vel maiorem, subrubrum: ex quo folia piceæ similitudine exoriuntur, molliora tamen, & tenuiora: & in totum nascentem piceam æmulatur, vnde nomen traxit. Candido succo madet, cui eadem vis quæ superioribus. In petris nascens, dendroides cognominatur, ampliter opacat, in cacumine frondosam spargens comam, succo lacteo prægnans, cauliculis rubentibus: foliis myrti tenuioris: fructu characiæ. Eiusdem effectus, cuius superiores, similiq; modo reconditur. Platyphyllos, verbasco similis est. Radix, succus, & folia, per inferna trahunt aquas. Pisces necat, tulus, & aquæ insparsus. Reliqua tithymalorum genera, quæ supra scribuntur, idem efficiunt.

## Pituysa. CAP. CXLVII.

Pituysam specie à cyparissia differre constat: et si tithymalorum generi assignetur: caulis supra cubiti altitudinem assurgit, geniculatus: foliis piceæ, acutis, exilibus: flore paruo, velut purpureo: semine instar lenticulæ, lato: radice crassa, candida, succo referta: quibusdam in locis

frutex hic prægrandis inuenitur. Detrahit per alium radix, drachinis duabus data in aqua mulsa: item seminis drachma: succi cum farina subacti cochlearium, in catapotio datur: modus foliorum drachmæ tres.

Latyris. CAP. CXLVIII.

**L**atyris, quam aliqui tithymalum appellant, eamque tithymalorum numero adscribunt, caulem emittit cubiti altitudine, & digitali crassitudine, in aërem: gignuntur in cacumine alæ, & folia in caule oblonga, amygdalinis proxima, latiora, & læuora: quæ autem in summis ramulis extierunt, minora conspiciuntur, aristolochiæ, aut oblongæ hederæ figura. In cacumine fructum summis furcalis gerit, triplici loculamento insignem rotundum, ceu capparin, in quo grana intertercusantibus membranis inter se distincta continentur, etuis maiora rotunda: quæ dum corticibus exuuntur, candida sunt, & gustu dulcia. Nullus radicis vltus. Totus frutex ex lacteo succo turget, vt tithymalus. Grana sex aut septem in catapoto, aut cum ficis, aut palmulis deuorata, aluum purgant: sed aqua frigida postea sorbenda: trahunt autem bilem, pituitam, & aquas. Succus, tithymali modo exceptus, eundem effectum præbet. Cum gallinaceo aut oleribus folia decoquantur ad eisdem effectus.

Peplus. CAP. CXLIV.

**P**eplus frutex est lactei succi plenus, foliis paruis, vt rutæ, paulò latioribus: rotunda coma, ferè

ferè dodrantali, hami resperfa: semine sub foliis rotundo, minore, quàm candidi papaueris: pluribus scater auxiliis: vnicam radicem habet, superuacua, ex qua fruticat: nascitur inter vites, & in hortis. Colligitur messibus: siccatur in vmbra, & continuè versatur. Fructus tulus & feruefactus reconditur. Bilis ac pituita detrahitur, acetabulo eius in hydromelitis cyatho poto: obsonis insperfa conturbat aluum: muria conditur.

## Peplis. CAP. CL.

**P**Eplis, quam aliqui syluestrem portulacam vocant, Hippocrates peplion, in maritimis maxime nascitur, latè opaco frutice, candidi succi pleno: foliis latine portulacæ, rotundis, infernè rubentibus: semine sub foliis rotundo, vti in peplo, feruente gustu: radice singulari, superuacua, tenui. Colligi, & reponi ac dari, vti peplos, & sale condiri solet. Eisdem habet vires.

## Chamæfice. CAP. CLI.

**C**HAMÆSYCEN aliqui sycen nominant. Ramos emittit quaternum digitorum, teretes, succosos, in terram deiectos: folia lentis, parua, pepalum planè referentia, tenuia, quæ à terra non attolluntur: semine sub foliis rotundo, vti in peplo: neque caulem neque florem promit: radice firmatur tenui, superuacanea. Rami ex vino tritu valuæ dolores sedant, in peplo apposti, tollunt tumores ac verrucas omnium generum illitis: coctorum cibo, albas resoluitur. Succus huius effectû prodest: illitus contra scorpionis venen-



auxiliatur: aduersus caligines oculorum utilis, & hebetudines, incipientes suffusiones, nubeculas, cicatrices, cum melle inunctus. In squallidis petrosisque nascitur.

## Scammonia.

## CAP. CLII.

**S**cammonia, ramos ab vna radice emittit trium cubitorum, multos, pingues, & qui non nihil crassitudinis præferant: foliis helxinæ, aut hederaceis, mollioribus tamen hirsutis, & triangularibus: flore candido, rotundo, in calathi modum cano, graueolente: radice prælonga, crassitudine cubitali, candida, graui odore, succo grauida. Legitur adhuc modum succus: Capite exempto radix in testudinis speciem cultro excavatur, quo fit vt in eam confluat succus, qui conchis demum excipitur. Alij serobes in terra concamerato sinu fodiunt, in quos subiectis in glandiam foliis, profundunt succum, siccatumque extrahunt. Laudatur autem scammonium læue, nitidum, rarum, & colore quàm simillimum taurino glutini, fungosum, tenuibus fistulis, quale ex Mysia regione Asiæ deportatur. Nec attendere solum pat est, si linguæ tactu albescat (hoc enim euenit adulterato, quod admisto fit tithymali lacte) sed longè magis antea narratis. Item si non vehemènter linguam exurat, id quod misti tithymali argumentum est. Natione autem Syriacum & Iudæicum deterrima habentur, grana, densa, crui farina & tithymalo vitiata. Succus drachmæ vnus aut quaternum obolorum pondere haustus, ex aqua

aqua pura vel mulla, per inferna bilem & pituitam extrahit. Ad resolvendam aluum binos obolos cum sesama aliòve semine, sumpsisse satis est. Dantur efficacioris purgationis causa, succi tres oboli, cū duobus veratri nigri & aloës drachma vna. Fiunt purgatorij sales, drachmis viginti succi scammonia, in senos salis cyathos adiectis. Horum modus proportione virium: integer quidem, tria cochlearia: medius, duo: minimus, vnū. Radicis drachma vna aut altera purgat, cum iis quæ retulimus. Nonnulli decoctum radicis ebibant. Coquitur in aceto, & cum hordeacea farina teritur, cataplasmate ischiadicis vtili. Partus enecat succus: vuluæ in lana subditus: tubercula discutit cum melle aut oleo illitus: decocto in aceto peruncta lepræ abigantur: diuturni capitis dolores ex aceto & rosaceo perfunduntur.

### Chamaëlea. CAP. CLIII.

**C**hamaëlea surculosa fruticat, ramis dodrantalibus: folia oleæ similitudinem habent, tenuiora & amara, quæ gustata linguam mordent: & arteriam deradunt. Detrahit pituitam bilēque, foliis præsertim in catapotio deuoratis: namque duæ absyntij partes, adiecta chamaëlea vna, hydromelite excipiuntur, & in catapotia coguntur: ea autem in ventre non liquefcunt: siquidem quotquot fuerit deuorata, regerantur. Foliis cum melle tritis sordida vlcera & crustosa repurgantur.

Thymelæa.

## Thymelæa. CAP. CLIV.

**T**hymelæa est, qua granum gnidium, quod est semen ipsius, colligitur. Hoc Syri apoli-  
 sum vocant, quoniam satiui lini frutex sua-  
 pte natura similitudinem referat. Virgas edit  
 perpulchras, multas, tenues, binum cubito-  
 rum, altitudine: foliis chamæleæ, angustiori-  
 bus, & pinguioribus, viscosis, gummosisque, si  
 mordeantur: flore candido: fructu myrti in mo-  
 dum rotundo, qui inter initia virescit, & tandem  
 rubescit: involucrem fructus durum, foris ni-  
 grum, intus album. Hoc per inferna bilem, pi-  
 tuitam, aquasque detrahit, si viginti granorum  
 pars interna bibatur: verum fauces adurit. Ita-  
 que cum farina aut polenta, aut in vix acino  
 dari debet, aut melle cocto obductum deuora-  
 ri. Qui ægrè desudant, trito semine cum nitro  
 & aceto, inunguntur. Folia quæ peculiariter  
 cneorum appellantur, per menses colligi debent,  
 & siccata in umbra recondi. Quibus dare libeat,  
 antea tundere, & nervos eximere conuenit. Illi-  
 tum acetabuli modo, cum diluta vini potione,  
 aquam extrahit: mediocrius purgat, addita lente  
 cocta, aut contritis oleribus. Thymelæe farina  
 vix acerbæ succo excipitur, & in pastillos diui-  
 ditur. Herba stomacho infesta, partus imposita  
 necat. Nascitur in montibus & asperis. Halluci-  
 nantur, qui coccon gnidium fructum esse cha-  
 mæleæ existimant, decepti quadam foliorum si-  
 militudine.

## Sambucus. CAP. CLV.

Sambuci duo genera: vnum in arborem affur-  
 git, furculos spargens arundinaceos, teretes,  
 cauos, candicantes, proceros: folia iuglandis, ter-  
 na, quaternave, ex interuallis circa ramos exeunt,  
 graua odore, minutim in ambitu secta: & in ra-  
 mularum cacaminibus cauliculisque circinatae  
 umbellae, quae florem candidum pariunt, mox  
 acinum terebintho similem, in nigredine suppur-  
 puream, racemosum, succo madentem, vinolum-  
 que. Alterum genus chamaeacte vocatur, Roma-  
 nis ebulum, longè humilius est, magisque herba-  
 ceo generi assignandum, caule quadrangulo, ge-  
 niculato: foliis amygdalae, ex interuallo longio-  
 ribus, geniculatim e pennis, pinnatisque graeco-  
 lentibus, in ambitu serratis: muscario sambuci,  
 flore & acino eiusdem: radice nititur longa, cras-  
 situdine digitali. Eadem vtriusque vis, & vsus  
 exiccans, aluo detrahens aquam, stomacho inuti-  
 lis. Folia, olerum more coquuntur, ad pituitam  
 bilēque detrahendam. Caules teneri in patinis  
 costi, eadem efficiunt. Radix in vino decocta, &  
 in cibis data hydropicos adiuvat: prodest viperar-  
 um moribus, eodem pota modo: vulvas emol-  
 lit insidentium decocto, patefacit earum spirac-  
 ula, & vitia corrigit. Acini in vino poti eodem  
 funguntur munere: denigrant capillos illiti. Fo-  
 lia, si praetenera ac mollia ex polenta illinan-  
 tur, inflammationem mitigant: ambustis & canis  
 moribus illita profunt: vlcera quae dehiscunt  
 in

in fistulam, agglutinant: iis, qui podagra tentantur, cum feuo taurino aut hircino protunt illita folia.

Pygnoconomum. CAP. CLVI.

**P**Ygnoconomon constat crucæ foliis, acrioribus, scabris & crassi, caule quadrangulo: flore ocymi: semine marrubij: radice nigra, aut pallida, rotunda, exigui mali figura, terram redolente: inuenitur in saxosis locis. Semen graua somnia, & tumultuosa facit, drachmæ instar potum: tumores discutit, illitum cum polenta, & spicula, adactisque corpori aculeos, extrahit. Folia illita tubercula, panosque discutiant. Radix eius in aqua malsa duum drachmarum pondere, aluum soluit, & bilem extrahit.

Apios. CAP. CLVII.

**A**Pios ramulos duos siue tres iunceos spargit, rubros, tenues, qui à terra parum attolluntur: foliis rutæ, oblongioribus tamen & angustioribus, herbaceis: semine paruo, radice hastulæ regię, in formam pyri turbinata, rotundiore tamen, succi foecunda, intrus habet corpus candidum, extra cortices nigros. Superior pars eius vomitione bilem pituitasque extrahit: inferior, per aluum: tota vtrinque purgationes mouet. Succum si libet eximere, tusa radix in fictili mergitur, & agitata aqua, quod supernatat penna selectum, exiccatur. Purgat vtraque parte is succus, sesquiobolo potus.

## Colocynthis. CAP. CLVIII.

**C**olocynthis sarmēta foliāque fatiui cucumeris emittit, per terram repentia, diuisa, fructum in speciem mediocris pilæ conglomeratū, vehementer amarum: quem legere oportet, cū cœperit in pallidam colorem permutari. Medulla fructus purgatoriam vim habet, si quatuor oboli cum aqua mulla, melle cocto, myrrha & nitro excipiantur, & cogantur in catapotium. Arefactæ pilæ teruntur, & infusæ clysteribus profunt neruorum resolutioni, coxendicium doloribus, & coli vitis, vt quæ bilem, pituitam & strigmenta, interdum etiam cruorem eliciant: fœtus admotæ euecant: dentium dolorem tollit, si vna repurgetur & luto oblita cum aceto & nitro inferuescat, hocque iure decocti dentes colluantur: si aqua mulla aut passum in eadem incoquatur, & sub die refrigeret, potu crassum humorem & strigmenta alui detrahet: stomacho supra modum aduersatur: subdita ex ea balano, alui excrementa eiciuntur. Virentis succo vtilissimè ischiadici perfricantur.

## Epithymum. CAP. CLIX.

**E**pithymon, flos est è thymo duriore, saturiæ similis: capitula habet tenuia, & leuia, & in eis candiculas, quasi capillamenta. Potum eam melle detrahit pituitam bilēque atram; per inferna. Priuatim prodest melancholicis, & inflatis, acetabuli mensura, ad quatuor drachmas, cū melle, sale,

iale, & aceti exiguo. Plurimum in Cappadocia & Pamphylia gignitur.

Alypum.

CAP. CLX.

**A** Lypon furculosa herba est, subrubra: gracilibus ramulis: tenuibus foliis, flore molli, leui, & copioso: radice betæ, tenui, referta acri succo, semine epithymi: gignitur in maritimis, maxime Libyæ, quàm largissima: quamquam alibi quoque plurima prouenit. Semen atram bilem deicit, si mensura epithymo pari cum sale & aceto sumatur: verùm interanea leniter exulcerat.

Empetram seu calcifraga.

CAP. CLXI.

**E**mpetron aliqui phacoides vocant, nascitur in montibus, & maritimis, salso gustu, sed quò propius terreno fuerit, amarius sentitur. Trahit bilem, pituitam, & aquam, si bibatur in iure aliquo, aut hydromelite.

Vitis syluestris.

CAP. CLXII.

**V**itis syluestris sarmenta vitis modo prælonga emittit, aspera, lignosa, rimoso cortice, foliis hortensis solani, longioribus ac latioribus: muscoso flore, & capillaceo: fructu exiguis uuis simili, post maturitatem rubente: rotunda est acinorum facies. Feruè facta radix in aqua, & in cyathis duobus vini aqua marina diluti, pota, humorem alui ciet: idè hydropticis datur. Vux eius, vitia cutis in facie, & maculas omneis expurgat. Enascentes viticulæ, cibi gratia, sale conjunguntur.

Vitis

**V**itis albam aliqui bryoniam vocant. Foliis viticulis, pampinisque, satiuam vitem imitatur, sed hirsutiora sunt omnia: ea, quos prope facta sit frutices, suis clauiculis complectitur: fructus rubens in vna dependet, quo cortis pilis spoliatur. Ex ea asparagi, qui prima germinatione exeunt, decocti in cibo, aluum & urinam cient. Folia, fructus, radix, acrem vim sortiuntur: itaque vlcera phagedænis, gangrænis, chironiis, putrentium tibiærum tædio, efficaciter ex sale illinuntur. Radix corpus abstergit, & cutem erugat: vitia cutis in facie, varicæque, lentiginæ, & cicatrices nigrae emendat. Nam eruo, Creta Chia, & fœnogræco. Eodem effectu prodest decocta in oleo, vsque dum liqueat: sugillata tollit, & redurias committit: inflammationes discutit illita ex vino: suppurationes rompit: medicamento aptè immiscetur, quod carnem exest: infracta ossa extrahit, trita & imposta. Datur comitialibus in potu drachmæ pondere quotidie, anno toto. Prodest attonitis & vertigine laborantibus, consimiliter assumpta. Contra viperarum ictus pota drachmis duabus, auxiliatur: partus necat, mentem interdum subteribat: fœminarum locis apposita, partus secundæque morantes trahit: cit urinam pota. Eclegma ex ea fit cum melle, difficili spirantibus, strangulatu oppressis, tussientibus, vulsis, ruptis, & laterum doloribus. Liensem ternis obolis pota ex



aceto, triginta diebus, consumit: illinitur ad eandem eum fico. Ad muliebres infessus decoquitur: siquidem valuas purgat, sed abortum facit. Succus è radice vere exprimitur, qui trahit pituitam, cum aqua mulsa potus. Ad ploras & lepras, semen efficaciter illinitur. Lactis abundantiam facit succus eius, si cum tritico decocto sorbeatur.

Vitis nigra. CAP. CLXIV.

**N**igra vitis, quam aliqui nigram bryoniam vocant, folia fert hederæ, simlaccis proxima, sed maiora: caules etiam cognatos capreolis suis arbores, quasi adminicula, comprehendit: fructus racematim coherent, qui inter principia virent, & post maturitatem nigrescunt: radix toris nigra, intus buxeo colore. Viticulæ, quæ primo germinum partu erumpunt, in olera recipiuntur: menses pellunt, urinas cient, lienem absumunt, vertiginosis, comitialibus, neruorum resolutione tentatis, prosunt. Radix eadem, quæ vitis alba præstat, sed inefficacius. Folia cum vino exulceratis iumentorum cernicibus commo-  
dissimè illinuntur: luxatis itidem imponuntur.

Filix. CAP. CLXV.

**F**ilici folia sine caule, sine fructu, sine flore, ex vno pediculo, cubitali longitudine exeunt, multifida, & lateribus pennata, sub graui odore: radice per summa caespitum nigra, oblonga, filices multas fundente, sub adstringente gustu: nascitur in montibus, & saxosis. Radix laticineas excutit,

excitat, sumpta drachmis quatuor ex aqua mul-  
 sa: melius si cum scammonia, aut veratri nigri  
 totidem obolis detur: sed qui sumunt, alia præ-  
 gustare debent. Laborantes lienis incremento  
 recreat. Radix & potu, & illitu cum axungia vul-  
 neribus sagitta arundinea factis, est auxilio: cu-  
 ius rei probatio talis fertur: Peribit filix, quam  
 per ambitum sata copiosior arundo coronet: &  
 contra, euanescens abibit arundo, quam obsepies  
 multa filix in orbem cinxerit. Filix foemina fo-  
 liis est filicis, surculosis, altioribusque, & quæ  
 non singulari, vt illa, pediculo fulciantur: radi-  
 cibus longis, pluribus, obliquis, quæ ex nigro in  
 luteum flauescunt aliquæ etiamnum rubræ inue-  
 niuntur. Pellunt lata interaneorum animalia, cū  
 melle, eclegmate sumpto: potæ cum vino, drach-  
 mis tribus, teretes tineas eiiciunt: data foemi-  
 nis, sterilitatem faciunt, & prægnantibus abortū,  
 si supergrediantur. Farina humidis vlceribus, &  
 cicatrici repugnantibus inspargitur: iumetorum  
 ceruicibus medetur. Folia recentia, in oleribus  
 cocta menduntur, vt ventrem emolliant.

Filicula, siue polypodium.

CAP. CLXVI.

**F**ilicula nascitur in muscosis petris, & vetustis  
 arborum caudicibus, præsertim quercuum,  
 palmi altitudine, filici similis, subhirsuta, non te-  
 nui perinde diuisura: radix pilosa, in qua conti-  
 nentur cirri, ceu polyporum, crassitudine digiti  
 minimi, coloris intus herbacei, austera aliquan-

82 DIOSCORIDIS

nūm, & gustu subdulcis. Purgandi vim habet: coquitur cum gallina, aut piscibus, aut beta, aut malua, ad aluum soluendam. Aridæ farina aquæ mulsæ insparsa, detrahit bilem & pituitam: trita luxatis efficaciter illinitur, & aduersus rimas, quæ inter digitos fiunt.

Dryopteris. CAP. CLXVII.

**D**Ryopteris nascitur in veterum roborū musco, filici similis, multò minore foliorum incisura: radicibus inuicem implexis, hirsutis, gustu acerbis, in dulcedinem vergentibus. Philothrum est cum radicibus trita: illinitur enim primum vsque dum sudorem euocet, mox sudor oblauitur, & recens imponitur.

Cnicus. CAP. CLXVIII.

**C**Nicus foliis constat oblongis, per ambitum diuisis: asperis, spinosis: caule sesquipedali: capitula magnitudine grandis oliuæ: flore croci: semine candido, alioqui rufo, longo, anguloso. Huius flore in obsoniis vtuntur. Seminis tursi, & expressi succus cum aqua mulsæ, vel iure gallinæ aluum purgat, sed stomacho aduersatur. Ex eo autem fiunt offulæ, quas placentulas vocant, adiectis succo amygdalis, nitro, aniso, & melle decocto, quæ aluum emolliunt. Hæ in partes quatuor fiunt, quæ nucis iuglandis magnitudinem impleant: quibus ante cœnam duas vel tres sumpsisse satis est. Ratio temperandi hæc est: Cnici candidi sextarius, amygdalorum rostorum & delibatorum cyathi tres, anisi sextarius

rarius vnus. aphronitri drachina vna cum carnis  
bus triginta caricarum. Seminis succus lac cogit  
& magis ipsum resoluendæ alui facultate donato

## Mercurialis. CAP. CLXIX.

**L**Ynozostis, aliqui parthenion, alij hermobo-  
tænon appellant: foliis constat ocymi, helxi-  
næ cognatis, sed minoribus: ramulis duplici ge-  
nicularū nodo cinctis, alarum canis multis: fru-  
ctū fœminæ, copioso, quandam racemorum spe-  
ciem præbente: mari, e foliorum sinu dependen-  
te, paruo, rotundo, ceu binis testiculis vnâ cohæ-  
rentibus: frutice dorantali aut maiore. Vtraque  
in oleribus manditur, ad aluum ciendam: cocta  
in aqua, epoto iure bilem aquamque detrahit.  
Constat vt mares gignantur, hunc facere: vt fœ-  
minæ, illam, si à purgatione bibantur, & trita fo-  
lia genitalibus admoveantur.

## Cynocrambe. CAP. CLXX.

**C**YNIA aut cynocrambe, cauliculum binūm do-  
drantum altitudine emittit, mollem, subalbi-  
dum: folia mercuriali, aut hederæ similia, certis  
interstitiis subalbida: semen foliis adhæret, par-  
uum, rotundum. Folia cum caulibus pota, aluum  
ciant: oleribus commendantur. Jus decocti & pi-  
tuitam, & bilem aquamque detrahit.

## Heliotropium. CAP. CLXXI.


**H**ELIOTROPIO magno flos est effigie scorpionis  
caudæ, vnde scorpioro ei nomen: & quoniã  
folia cum sole circumagat, heliotropion dicitur.  
Folia ocymi habet hirsutiora candidiora, & ma-

iora ramuli à radice terni, quaterni, aut sæpe  
 quini exiliunt, multis alis concavi: flos in cacu-  
 mine candidus, aut subfulvus incuruatur, vt scor-  
 pionis cauda: radix tenuis est, & inutilis, nascitur  
 in asperis. Decoctum herbæ ex aqua, fasciculo  
 manus plenæ, potu pituitam bilèmgue per aluū  
 extrahit, contra scorpionum ictus ex vino po-  
 tum, & illitum prodest: ad alligatur ad conce-  
 ptus arcendos. Aiunt per horam vnam ante ac-  
 cessiones, seminis grana quatuor cum vino quar-  
 tanas finire: tria verò, tertianas. Illitum semen  
 fornicantes verrucas pensilesque, & thymos, &  
 epinyctinas exiccat. Folia infantium destillatio-  
 nibus, quas syriais vocant, podagris, luxatisque  
 vtilissimè illinuntur: menses cient: partus trita,  
 & imposita pellunt. Heliotropion paruum na-  
 scitur in palustribus, iuxta lacus, foliis, antedicto  
 proximis, rotūdioribus: semine, acrochordonum  
 verrucarum modo, pensili, rotundo. Herba cum  
 suo semine pota, adiecto nitro, hyssopo, nastur-  
 tio, & aqua, latas tineas teretisque excutit. Pen-  
 siles verrucas, quæ crochordones vocantur, cum  
 sale illita tollit. Scorpioides herbula est, foliis  
 paucis, semine caudæ scorpionis effigie.

Illita scorpionum ictibus presen-  
 taneo est auxilio.

\* \* \*

QUARTI LIBRI FINIS.



PEDANII

DIOSCORIDIS

ANAZARBEI, DE

Medicinali materia.

*LIBER V.*

Ioanne RVELLIO Sueffionensi  
Interprete.



Vperioribus quatuor Libris, amicis-  
simè Aree, tradidimus de aromatibus,  
oleis, vnguentis, & earundem lacry-  
mis, ac fructibus, item animalibus,  
melle, lacte, adipe, cerealibus, oleribus, nec non  
de omni radicum, herbarum, succorum, semi-  
numque ratione. In hoc autem totius operis  
quinto differemus de vinis, & metallicis, à vite  
nostram commentationem auspiciati.

Vitis vinifera.

CAP. I.

Folia vitium & triti capreoli, capitis dolores  
illitu mitigant, & inflammationem stomachi

Bb 4

ardo.

ardoremque, cum polenta: folia etiam per se, ve  
 quæ refrigerent & adstringant, imponi solent.  
 Potas eorum succus dysentericis, sanguinem ex-  
 creantibus, stomachicis, & gravidarum malitiæ  
 medetur. Eadem efficiunt madefacti in aqua ca-  
 proli & poti. Lacryma vitium, quæ veluti gum-  
 mi in caudicibus concrevit, ex vino pota calcu-  
 los pellit: illita lichenas & pitoras leprasque nitro-  
 prius perfrictas sanat: eadem cum oleo sæpius  
 pilis illitis, pilothri effectum habet: maximè que  
 sanies quam accensa sarmenta vitium viridia  
 exudarunt: quæ & perunctæ verrucarum infor-  
 micationes extrahuntur. Cinis sarmentorum, &  
 vinaceorum, detractis in cereæ condylomatis, &  
 thymis, illitus ex aceto medetur: prodest laxa-  
 tis, & viperarum moribus: contra lienis inflam-  
 mationem illinitur, cum rosaceo, & ruta, & ace-  
 to. Labrusca duorum generum est: alterius vva  
 non maturefcit, sed flore tenuis œnanthen nomi-  
 nam perducit. Altera ad frugem peruenit, par-  
 vis acinis, nigra, & adstringens. Folia, caules, &  
 claviculæ, quibus repunt, vim habent cultæ vi-  
 ti similem.

Vva. CAP. II.

**V**Væ recentes alvum turbant, & stomachum  
 inflant: innocentes, quæ decerpæ diu pe-  
 pendere, (ideo quod in eis copia humoris exci-  
 catur) vtilis que sunt stomacho, ægrisque, atque  
 cibi aviditatem excitant. In vinaceis, & ollis ser-  
 vare, ori & stomacho gratæ sunt: alvum sistunt

(sed

(sed vesicam, & caput tentant) & sanguinem excreantibus conueniunt. Similesque quæ in multo fuere. Sapa aut passo conditæ, stomachum magis infestant. At quæ solem prius passæ in aqua cœlesti conduntur, minus vinosæ sunt, siticulis, ardentibus, & longis febribus salubres. Reconditi vinacei inflammatis mammis, rigentibus ac præduris, cum sale illinuntur: decoctura eorū dysentericos, cœlicos, & fœminas fluxione vuluæ laborantes iuuat infusa: ad desensiones, ac fortus assumitur. Nuclei acinorum adstringendi vim obtinent, stomacho vtilis sunt: inspargitur farina tostorum, polentæ modo, dysentericis, & cœliacis, & solutis stomacho. Vna passa alba adstringentior est: prodest esitata caro earum tussis, faucibus, renibus ac vesicæ. Estur in dysenteria per se cum nucleis: & decocta in patinis cum melle, admista milij, ac ordeï farina, & ovo, valet ad purgandum caput: eiusdemque gratia cum pipere commanducatur. Testium inflammationes sedat, illita cum lomento fabarum, aut cumini farina. Fauos epinyctidas, carbunculos enatas in articulis patredines, & gangrænas, sine nucleis trita, & cum ruta imposita sanat: podagræ conuenienter cum panacis succo illinuntur: mobiles vngues illita, celerius extrahit.

## Oenanthe.

## CAP. III.

**O**enanthe vocatur vitis sylæstris fructus, cum floret. Recondi debet sicuti non picato, collectaque substrato linteo, in vmbra siccatur. Lau-



datissima in Syria, & Cilicia, & Phœnice. Vis ei adstrictoria: quare pota stomacho ac ciundæ urinæ utilis: alium sistit, ac sanguinis excreationes, contra fastidia, & acorem stomachi, sicca, & illita efficax est: capitis doloribus tam viridis, quàm sicca, ex aceto, & rosaceo perfunditur: sanguinolenta vulnera cataplasmate, & incipientes ægyptopas, oris vlcera, & genitalium nomas, trita cum melle, croco, myrrha, & rosaceo, ab inflammatione vindicat: pessis miscetur, ad sistendum sanguinem: contra oculorum de lacrymationem, & stomachi ardores, cum pollinæ pollentæ, & vino illinitur. Cinis crematæ in testa, candentibus prunis, facit ad oculorum medicamenta: reduuias, & & pterygia, abscedentes, gingiuas, cruentasque, cum melle sanat.

## Omphacium.

## CAP. IV.

**O**mphacium, succus est acerbæ vux, nondum maturefcentis, è Thasia vite aut Aminæa. Oportet autem ante Canis ortum, expressam melliginem in rubro ære, linteo cooperto, insolare, vsque dum cogatur, semperque quod cervici vasis concretum hæsit, reliquo humori permiscere: noctûque à subdialibus locis in lectum referre: quandoquidē nocturni rores ipsum conerescere non sinunt. Eligendum est staquum, friabile, vehementer adstringens, & linguam mordens. Sant qui coquendo melliginem cogant. Prodest contra tonsillas, vnam vlcera oris, humida gingiuarum vitia, purulentas aureis, cū melle  
aut

aut passo: item ad fistulas, vetera vlcera, nomasque, ex aceto. Dysentericis, & mulieribus fluxione vuluæ laborantibus clystere infunditur: oculorum claritati, & scabritiæ, & erosionibus angulorum conuenit, Bibitur ad recentem sanguinis excretionem, etiam si rupta parte aliqua contingat, sed pauco, & aquatiore est vtendum: valde siquidem exurit.

Vini natura. CAP. V.

**V**Ino vetere nerui læduntur, & reliqui sensus, quod tamen gustu suauius est: quare cauendum iis, qui intestinæ alicuius partis imbecillitatem sentiunt. Attamen in secunda valetudine paucum, aqua dilutum, innoxie sumitur. Nouum inflat, ægrè coquitur, insomnia parit grauia, & vrinam ciet. Aetate mediam, vtraque vitia fugit: quare ad victus sanorum ægrorumque usurpatur. Album, renne, stomacho vtile est, ac facile in membra distribuitur. Nigrum verò, crassum est, & concoctu difficile, carnem alit, & ebrietatem creat. Giluum, vtpote quod medium est, medias inter vtrumque vires habet: in secunda tamen, & sinistra valetudine, cum primis laudatur album. Quin & vina sapore distat: siquidem dulce crassis partibus consistat, & difficilius à corpore expirat; stomachum inflat: aluum & interanea, vt mustum, turbat: sed minus inebriat, renibus & vesicæ aptissimum. Austerum, per vrinam celerius transit: sed capita dolore tentat, & temulentiam gignit. Acerbum, ad ciborum per membra dige-

digestionem accommodatissimum: aluum, & cæ-  
 teras fluxiones cohibet, minusque urinam expel-  
 lit: nouum nervos minus tentat. Vinum aqua  
 marina factum: stomacho aduersatur: sitim sti-  
 mulat, nervos infestat, aluo aptum, à valetudine  
 se recolligentibus inurile. Passum, quod vuis so-  
 le siccatis in area, aut in sarmento torrefactis ex-  
 primitur, Creticum cognomine, aut pramnon,  
 aut protropon: & sapa, quæ sit musto igni deco-  
 cto, Græci siron aut bepsema appellant: nigra  
 quidem, & quæ dicuntur melampsythia, crassa  
 sunt, & corpora multum alunt: candidum, tenuius:  
 & heluola inter hæc media, medias sortiuntur vi-  
 res. Omnia tamen adstringunt, & pulsus reuocant:  
 faciunt aduersus venena, quæ exulcerando necant,  
 ex oleo pota, & vomitionibus reddita: contra  
 cictitas, meconium, pharicon, toxica & con-  
 cretum in grumos lac: item contra renum, ac ve-  
 sicæ pruritus, rosiones, exulcerationesque. Inflant  
 tamē, & stomacho aduersantur. Privatim, prodest  
 melampsythium, si venter reumatismum sentiat.  
 Album, magis cætetis emollit aluum. Gypso con-  
 ditum nervis officit, caput aggranat, & incendit,  
 ac vesicæ aduersatur: contra venena cæteris  
 aptius. Picata, aut resinata, excalfaciunt, conco-  
 quant: sanguinem excreantibus inimica. Quæ ve-  
 rò aparachyta vocant, vt quæ admistam saram  
 recipiunt, caput implent: temulentiam gignunt,  
 ægrius in halitum expirant, stomachum malè ha-  
 bent. Inter Italica vina Falernum principem lo-  
 cum obtinet, quod inueteratum perquam facilè

coquitur, pulsus exuscitat, aluum adstringit, stomacho vtile: sed vesicæ nocet, atque iis: qui visus hebetudinem leutiunt, & ad porus crebros minimè idoneum. Albana crassioribus constant partibus, dulcia: stomachum inflant, ventrem emolliant (sed concoctionem non æquè adiuuant) & nervosa minus infestant: vetustate, eadem austerrum saporem concipiunt. Cecubum, cum sit dulce, est & Albano crassius: corpus & colorem alit: ægrè tamen coquitur. Surrentinum, valde austerrum est: quare intestinorum & stomachi fluxiones cohibet, & cum tenue sit, caput minus tentat, inueteratum suavius redditur, & stomacho vtile. Adrianum & Mamertinum in Sicilia æquè crassis partibus gignuntur: modicè adstringant, & ocysimè inueterantur, minúsque, ob suam tenuitatem, nervos tentant. Parætypianum, quod ex Adriatico sinu defertur, odoratam ac tenuius est: quare liberaliter epotum fallit: diu seruat ebrietatem, & soporem adfert. Istricum, Parætypiano simile est: sed urinam vehementius pellit. Chium tamen antedictis mollius, & aptum potui est: bene alit, & minus inebriat, fluxiones cohibet, ocalorum medicamentis vtile. Lesbium facile membra subit, Chio leuius, & aluo idoneum. Ephesium eandem vim habet, quod Phygelites nominatur: verùm Asianum è Tmolo monte. Mesogites appellatum, capitis dolores ciet, & nervos lædit. Coum verò & Clazomenium, quoniam multam sibi maris aquam vendicant, facile corrumpuntur; flatu mouent, aluum  
turbant,

turbant, nervis efficiunt. Vinum omne (vt reliqua in commune dicantur) merum ac syncerum, & sua natura austerum, excalfacit, facile in membra distribuitur; stomachum adiuuat, appetentiam ciborum inuitat, vires alit, ac robur auget: somnum conciliat, & commendat colorem. Potum liberalius auxilio est contra assumptam cicutam, coriandrum, pharicum, ixiā, meconium, argenti spumam taxum, aconitā, fungōsve: contra serpētium morsus, & omnium ictus, quæ refrigerando necāt, aut stomachum in vomitiones effundunt. Facit ad longas inflationes. rosionēque præcordiorum, ac distentiones, stomachi resolutionem, & si venter aut interanea rheumatismum sentiant. Conueniūt sudatoribus, & quibus corpus immodico sudore digeritur, maximè alba, vetera, & odorata. Quæ tamen vetustate dulcescunt, renibus ac vesicæ accommodatiora redduntur: vulneribus, inflammationibûsque in sucida lana imponuntur: tetra vlcera, & phagedænica, & fluxionibus obnoxia, commodè perfunduntur. Quæ marinam non receperunt, austera & alba, ad sanorum victus vsurpantur. In his præstant Italica, Falernum, Surrentinum, Cecubum, Signinum, & per multa Campaniæ, & Parætypianū ab Adriatico sinu, & Siculum, quod, Mamertinum appellatur. Ex Græcis Chium, Lesbium, & Phygelites ex Epheso. Crassa verò & nigra, stomacho negotium exhibent, inflationem pariunt, corpus augment. Tenuia tamen & austera stomacho profunt, & minus carnes alunt. Vetera valde

valde tenuia, & candida vehementius urinam  
 ciunt, & dolores capitis mouent, neruòsque lar-  
 gius pota tentant. In media ætate, vt à septimo  
 anno, potui saluberrima sunt. Modus autem pro  
 ætate, & tempore anni, & consuetudine, & qua-  
 litate vini definiatur. Non sitire, & modicè cibos  
 proliui, opimum est præceptum. Nocet ebrietas  
 omnis, & maximè assidua: siquidem obsessos ner-  
 uos quotidie remittit: largiorque potus, acuto-  
 rum morborum adfert initia. Mediocris tamen  
 vinolentia, aliquot diebus, maximè post aquæ po-  
 tus, utilis: namque modo quodã ex alto euocat,  
 sensilèsq; expurgat excretus, & per cæca cor-  
 poris ducit spiracula. Sed aquam post vinolentiã  
 bibere oportet: si quidem valetudinis alicuius  
 gratia factæ temulentiaè remediũ adfert frigida.  
 Omphacites nomine, peculiariter fit in Lesbo,  
 siccata sole acri vua, paulò ante maturitatem de-  
 cerpta, triduo aut quatrduo, donec racemi in ru-  
 gas contrahantur, expressumque vinum cadis in-  
 solatur. Vim adstringendi habet: prodest disso-  
 lutis stomacho, & ilei dolore laborantibus: item  
 prægnantium malatiæ, & crudis: in pestilentia  
 quoque sorptum auxiliari dicitur. Huiusmodi  
 vina non nisi post multos annos bibi possunt.  
 Lora, quam deuteriam, alij potimon appellant,  
 fieri solet, adiectis metretis tribus aquæ, in vina-  
 cea, quibus triginta vini metretæ extractæ fue-  
 rint calcatis vinaceis, expresso que decocto ad  
 tertias parteis, & additis in singulos congios mo-  
 di eius, qui remãsit, binis salis sextariis, post huc

mem transfunditur in vasa. Lora intra annum utendum: etenim celeriter exolefcit. Conuenit ægris, quibustimemus noxam vini, coacti sape desiderijs eorum obtemperare: item à longa valetudine se recolligentibus. Fit & vinum, quod adynamon vocant, loræ vires habens hoc modo: Pares aquæ, & musti mensuræ coquantur molli igne, donec absumatura aqua: quod vbi refrixerit, elutriatum: picato vase reconditur. Alij marinæ, & cœlestis aquæ, mellis & musti pares miscent portiones, decapulant, & quadraginta diebus insolent: quo ad anam utuntur ad omnia eadem. Vinum è syluestri vua nigram adstringit: prodest alui & stomachi fluxionibus, & ceteris, quibus constrictione, & contractione opus est.

Vinum melitites. CAP. VI.

**M**elitites datur in longis febribus, quæ stomachum infirmarunt: namque aluum leuiter emollit, urinam ciet, stomachum expurgat. Prodest articulario morbo, renum vitis, imbecillo capiti, & mulieribus abstemiis: odoratum siquidè est, & corpus alit. Distat à mulso, quod fit è vino vetere, austero, & melle exiguo. Melitites autem adiecto ad quinque congios austeri musti, mellis congio, & salis cyatho, cortinis magnis, quò magis ad effervesendum locus pateat, fieri oportet, sensim asperso sale: cùmque effervere desierit, in alia vasa transfunditur.

Mulsum. CAP. VII.

Mulsum è veteri vino austeroque, & bono melle

melle factum, præfertur: minus enim inflat, ac celeriter id genus in usum venit. Vetus corpus alit: media ætate, alio prodest, urinam pelit: à summo cibo sumptum nocet: & inter initia potum, implet; dein appetendi aviditatem reuocat. Fit mulsum duabus vini metretis, admixta vna mellis. Aliqui, quo celerius præberi possit, mel cum vino coquunt, & ita transfundunt. Alij utilitatis gratia, ad sextarios, sex musti feruentis, vnum mellis adiiciunt: & ubi ferbuerit, vase recondant. Dulce autem permanet.

## Aqua mulsa. CAP. VIII.

**AQVA** mulsa easdem quas mulsum vires possidet. Cruda vititur, cum moliri deiectionem, aut vomitionem incitare volumus: vt iis qui venena hauserunt, ex oleo. Decocta datur imbecillis, & hominibus elanguescentis pulsus: quos illi dixere microsphyctos, tussientibus, peripneumonicis, & iis qui immodico sudore digeruntur. Iam paratum conditiumque, quod alij hydromeli, propriè vocant, media ætate adynamo vino, aut loræ in recreandis viribus, respondet, & similem vim adipiscitur: quare inflammationibus alicuius membri plus quam loræ prodest. Inueterati tamen vsus damnatur, inflammationis, aut constrictis: sed laboranti stomacho, aut cibum fastidienti, sudatoribusve conuenit. Fit, duabus pluriæ aquæ veteris ad vnam mellis partem additis, & insolatis. Alij fontanam aquam adiiciunt, & ad tertias partes decoquunt, & ita



recondunt. Nec defunt, qui hydromeli appellēt, quòd à melle elutis aqua fauis confici, ac seruari solet: sed meratius confieri conuenit: aliqui id coquunt. Aegrotantibus noxium est, quoniam plurimum ceraginis sibi vendicat.

## Aqua

## CAP. IX.

**D**E aquis in vniuersam decernere, propter locorum proprietates, & peculiare naturas, cœlum, & alia pleraque, difficile est. Magna tamen ex parte optima est dulcis, sincera, nullius omnino qualitatis particeps, & quæ ne minimo quidem tempore in præcordiis commoratur: ad hæc, quæ & facili via fertur, & citra molestiam, nec inflationes creat, & minimè computrescit. Aqua maris calida est, & acris: stomacho aduersatur (aluum enim conturbat) pituitam expellit. Si verò calida ad fetus adhibeatur, elicit & discutit: neruorum vitiis, & perionibus, ante vlcera prodest. Miscetur cataplasmatibus ex hordeacea farina, & emplastris & discutientibus malagmatis. Ad mouendas deiectiones tepesfacta infunditur, & ad tormina: calida, psoras, pruritus, impetigines, lentes, & mammas rigentes, foueri vtile est: liuores foci discutit: ad venenatos ictus, qui tremorem & refrigerationem adferunt, salutaris intelligitur, maxime scorpionum, phalangiorum, aspidumque etiam si quis in calidam descendat, auxiliatur. Et malo habitu confectis iam diu corporibus, neruisque, balneæ ex ea vtilis: hydropicos, capitis dolores, aurium grauitates, feruentis

uentis vapor leuat. Syncera, & sine potabilis aquæ miftione reposita, virus deponit. Sunt quæ etiam præcoquant, & ita recondant. Datur ad purganda corpora per sese, aut ex posca, aut cum vino, aut melle: verùm post deiectionem, dant gallinæ aut piscium iuscula, ad domandam morbus acrimoniam.

## Thalassomeli. CAP. X.

**Q**UOD thalassomeli vocatur, vehemèter purgare constat. Temperatur autem æquis portionibus maris, mellis, & imbris ex alto, defæcatis, & picato vase per Canis æstus insolaris. Alij ad binas marinæ coctæ singulas mellis adiiciunt, & vase condunt: huiusmodi moderatius est aqua marina & mitius.

## Acetum. CAP. XI.

**A**CETUM refrigerat, & adstringit: stomacho utile; & appetentiam excitat: erumpentem vndecumque sanguinem, potu infestive sistit: prodest alui fluxionibus coctum cum eibis: cruentis vulneribus inditur & inflammationes arect, in succidis lanis aut spongia impositum: reprimat procidentia sedis, vuluæque: item abscedentes gingiuas, & sanguine manantes. Ad nomas, & ignem sacrum, vlcera quæ serpunt, lepras, impetigines, pterygia, cum aliquo conuenienti efficac est: phagedænas vlcerum, nomasque fotu continuo cohibet: podagricis calido fotu, cum sulphure auxiliatur: fugillationes rapit, cum melle illitum, Contra capitis ardores cum rosaceo in succidis

cidis velleribus, aut spongia imponitur. Ad aquã inter cutem, grauitatem aurium, & ioticus, sibilos que feruentis vapor proficit: instillatum quoque auriam vermes necat. Panos coërcet tepidi fottus, aut si imbuta aceto spongia admoueat, & pruritus permulcet. Contra venenatos serpentium ictus, qui refrigerando nocent, calidum commodè fouetur: & frigidum, iis, quæ exurens virens eiaculantur. Calidum, potum, atque vomitionibus redditum, aduersus omnia venena effiçax est, præsertim contra meconium, & haustam eicutam, conglobatum in ventre sanguinem. lac coagulatum, fungos, ixiã, taxumque, cum sale. Haustu voratas hirudines, si sorbeatur, eicit: tum sim veterem mitigat, & recentem læcessit. In orthopnoea calidum commodè sorbetur, guttaris fluxiones gargarizatum inhibet, anginis & vuzæ procidenti conuenit: contra dentium dolorem, calidam colluitur.

Acetum mulsam. CAP. XII.

**A**cetum mulsam, quod oxymel vocant, hoc modo temperatur: Aceti heminas quinque, salis marini pondo, mellis minas decem, aquæ sextarios quinque pariter coquita, decies effervescente cortina: atque vbi retrixerit, diffundito. Sumpsum crassos humores extrahere. & ischiadicis, vomitialibus, & articulorum morbo conflictatis prodesse creditur. Contra morsum eius viperæ, quam sepa vocant, haustum meconium, ixiãve, auxilio est. Anginis vtiliter gargarizatur.

Acida

**A**cida muria, quam Græci oxalmen vocant cōtra nomas foru, putrida vlcera, canum morsus, & venenatos ictus auxiliatur. Sanguinis fluxiones post excisos calculos sistit, si statim calida in vulnus iniiciatur, & prociudam sedem reprimat: dysentericis, si nomas sentiant, infunditur oportet autem ex lacte instillare. Hirudines sorbitione aut gargarizatu necat: surfures & manantia capitis vlcera exterget.

## Thymoxalme. CAP. XIV.

**T**hymoxalme veteres utebantur, dabantque laborantibus imbecillitate stomachi, ternos quaternosve cyathos, aqua calida dilutos, in articularibus morbis, & inflationibus. Crassos humores, atrōsque trahit. Hoc modo factitatur: Thymi triti acetabulum, salis idem modus, rutæ, pulegij, polentæ, singulorum exiguæ portiones in vas coniciuntur, aquæ terni sextarij, & aceti terni cyathi infunduntur, & circumposito linteo sub dio madescunt.

## Scillinum acetum. CAP. XV.

**S**cillinum acetum hoc modo fit: Scilla, quæ candida fuerit, expurgata conciditur, traiectaque lino segmenta modicis intervallis, ne se contingant, siccantur in umbra quadraginta diebus: mina eorum in aceti boni sextarios duodecim immergitur, & vase diligenter aperto septenis diebus in sole madescit: post eum numerum dierum scilla eximitur, & expressa abiicitur,

defæcatum acetum transfunditur, & reponitur. Aliqui scillæ minam, quinque aceti sextariis miscent. Alij citra exiccationem repurgantes, partem mensuram adiiciunt, & senis mensibus materari patiuntur. Id multò magis humorum lentitias digerit: gingivas humore prægnantes collatione stringit firmatque, & moros dentes stabilie: putredines oris, & graves halitus tollit: durat fauces sorbitione, & callosas facit: vocem expedit, & limpidam canorâque reddit. Datur stomachicis, ægrè cibum concoquentibus, melancholicis, comitialibus, vertiginosis, mente captis: item vulvarum strangulationibus, lienis incremento laborantibus, ischiadicisque. Imbecillos admodum recreat: corpus sanum reddit, & bonum colorem præstat: oculorum aciem exacuit: tarditatem quoque aurium infusione purgat. In summa, ad omnia efficax. Cauendum tamen in restinis exulcerationibus, in capitis dolore, aut neruorum vitiis. Datur quotidie ieiunis sorbendum, inter initia exiguum, paulatim ad augendum, ad cyathum vsque. Nonnulli binos dant cyathos, aut largius.

Scillinum vinum.

CAP. XVI.

Scillinum vinum fit hoc modo: Dissectam, vt dictum est, scillam, & sole siccatam contundito, minam eius tenui cribro incernito, & linteo raro illigatam, in vicenos sextarios musti recentis ac boni demergito: vbi trimestri spatio maderit, elutriatum vinum, obstructo diligenter vase,

vase, recondito. Licet quoque sic humida scilla  
vri: in orbiculos, rapi modo, dissectam duplicato  
pondere, quadraginta diebus insolari oportet, &  
valde inueterascere. Alia parandi ratio: Scillæ  
dissectæ, & repurgatæ tres minas, in Italicam me-  
tretam musti demittito, & senos menses in vase  
obstructo macerari finito: post id tempus defæ-  
catum & excolatum vinum recondito. Vtile est  
contra cruditates, & ciborum corruptiones: item  
iis, qui reuomunt cibum, & si pituita in ventre,  
aut stomacho coierit. Prodest lienosis, malè ha-  
bitis corporibus, aquæ inter cutem, regio mor-  
bo, difficili vrinæ, torminosis, inflationibus, re-  
solutioni neruorum, horroribus longis, vertigi-  
nosis, & vulsis. Menses pellit, minimèque neruos  
infestat. Hoc vinum vetustate fit melius. Cauen-  
dus in febre vsus, aut si interanea vlcus sentiant.

## Marina vina. CAP. XVII.

**M**arina variè factitantur: Aliqui enim statim  
quum decerptæ sunt vus, aquam maris ad-  
miscent. Alij in area vvas sole siccant: quibus  
calcatis, marinam adiiciunt. Alij passas prius vvas  
in doliis marina aqua macerant, mox calcatas ex-  
primunt: id magis passî generibus adscribitur.  
Quæ tamen austiore gustu temperantur, con-  
tra februm aduentantium indicia valent, si mo-  
dò meliora non adsint: aluum subducunt: pro-  
sunt purulenta extusisientibus, aut si dura aluus  
exerceat. Quæ ex Aminæis vuis fiunt, caput ten-  
tant, stomacho aduersantur, flatus creant. Verùm

quò plenior habeatur historia, iis, qui huius studio tenentur, non inutile existimamus varias vinorum cōpositiones adferre, non quòd frequens eorum aut necessarius exiltat vsus, sed nequid omisisse videamur, quod ad eorum rationem attinet. Sunt autem quædam ex iis facticia, minoris curæ ac impendij, quæ cadunt in vsus: uti quæ ex cotoneis malis, pyris, siliquis, item myrti baccis componuntur.

Cydonites. CAP. XVIII.

**C**Ydonites nomine alio melites appellatur, & ita fieri consuevit: Mala cotonea exemptis seminibus, frustatim rapi modo scinduntur, & duodecim minarum pondo, in multi metretam, triginta diebus macerantur, postea defæcatum vinum reponitur. Alia faciendi ratio: Oporet ad singulos mellis sextarios, denos succi cotoneorū ruforum pressorūque adiicere, & ita recondere. Vinū hoc adstringit: prodest stomacho, dysentericis, hepaticis, renū vitiis, & urinæ difficultati. Melomeli, quod & cydonomeli nominant, sic fit: Cotonea mala seminibus suis castrata, in quā plurimū mellis, quo penitus demersa contegantur, cōiiciuntur: id post annum mictescit, mulso non dissimile. Præstat eadē, quæ superior cōpositio.

Hydromelum. CAP. XIX

**F**IT hydromelon duabus mensuris aquæ cōctæ, & sub Caniculæ sydas insolatæ, additis ad vnam melomelitis facti ex cotoneis. Vis huius eadem est.

## Omphacomelites. CAP. XX.

**O**mphacomelitis faciendi ratio hæc est: Acerbæ vix adhuc immaturæ, & tribus diebus insolatæ exprimentur, & ad ternas succi partes mellis optimi despumati singulæ partes adiciuntur, & insolatur in vasa transfusum. Vim reprimendi ac refrigerandi habet: stomachicis cœliacisque conuenit. Vfus post annum est.

## Ampites. CAP. XXI.

**F**IT & è pyris, périnde atque cotoneis, vinum, ampites nomine, sed ita vt pyra non magno pere maturefcent. Ex filiquis etiam, mespilis, sorbis, simili modo temperatur. Omnia hæc genera acerbata sunt, & adstringunt: stomacho vtilia sunt, atque intestinas fluxiones cohibent.

## Oenanthinum. CAP. XXII.

**F**IT è feraci vite syluestri, quod vocatur œnanthinum: Sicci flores minis duabus masti cado macerati: post triginta dies mutantur, mox colatum vinum reconditur. Facit aduersus stomachi imbecillitatem, cibi fastidia, cœliacos, & dysentericos.

## Rhoetes. CAP. XXIII.

**F**IT è panicis malis maturis quod rhoeten nominant, succo expresso ab acinis eorum, quibus lignosus nucleus abest, apyrena vocant, ac decocto ad tertias, & ita reposito. Efficax est contra fluxiones internas, & febrem cum alui



profluuiò exortam : stomacho vtile : adstringit  
 aluum, & vrinam mouet.

Rhodites. CAP. XXIV.

**R**hodites sic fit: Rosarum siccarum, tusarum-  
 que minam linteolo deligatam in sextarios  
 octo musti demergito: & post tres menses defæ-  
 catum vinum transfundens, recondito. Vtile iis,  
 qui feбри carent, & ad stomachi cõctiones, & do-  
 lores à cibo potum, & contra humiditas aluos, &  
 dysenterias. Fit quoque ex succo rosarum, addi-  
 to melle, quod rhodomeli vocant, quod arteriæ  
 scabritus conuenit.

Myrtites. CAP. XXV.

**M**Yrtites fit, baccis nigris, quæ maturitatem  
 excefferint, tuis, & organo expressis. Ali-  
 qui ad tertias coquunt. Alij baccas prius sole  
 torrent. & quaternis sextariis contusarum, ter-  
 nas aquæ heminas adiciunt, & vini veteris pa-  
 rem modum postea exprimunt, & seruant. Ma-  
 gnopere adstringit stomacho vtile, fluxionibus  
 ventris ac stomachi prodest: & contra intestinas  
 vlcerationes, & profluuia: denigrat capillos.

Myrsinites. CAP. XXVI.

**M**Yrsinites sic temperatur: Raminigræ myrti  
 cum suis baccis & foliis tuis, decem mina-  
 rum pondo, in tribus musti congiis feruescunt,  
 donec duo supersint, aut certè dimidium: id vi-  
 num colatum ad vsus reconditur. Contra fursu-  
 res, vlcera in capite manantia, eruptiones papu-  
 larum,

larum, gingiuas, tonsillas, & purulentas aureis  
 efficax est: sudores sistit.

Lentiscinum & terebinthinum.

CAP. XXVII.

**L**entiscinum similiter, vt myrsinites temperatur: nec secus terebinthinum. Namque baciferi eorum rami sumi debent. Similes insunt vires: adstringunt, stomacho accommodantur, & defluxionibus intestinorum, vesicæ, & stomachi, & sanguinis profluvio: vlcera omnia fluxionibus obnoxia, sotu ad cicatricem perducunt: fluxiones vulvæ ac sedis in sessione cohibent.

Palmeum vinum. CAP. XXVIII.

**P**almulas maturas, quas vocant chydæas, in vrccolum imo pertusum, & obstructum picata arundine, demittito: lino foramen sit obturatum, & quadragenis sextariis ternos aquæ congios infundito: quod si ipsum ita dulce esse non libeat, quinque congios infudisse satis est: post decem dies detracto ab arundine linteo assumito vinum crassum & dulce, & reponito. Suaue illud quidem, sed capiti noxium: cōtra fluxiones, propter adstrictoriam vim, efficax: stomachicis, cœliacis, sanguinem expuentibus conuenit. Aliquidam addita aqua iterum capiunt, & tertio, quarto, quinto, sexto ve faciunt: quod tandem acore vitiat.

Catorchites. CAP. XXIX.

Catorchites, aliquibus fyrites vocatur, in Cypro  
 fit

fit, ita ut palmeum: sed hoc interest, quoniã pro aqua tantumdem humoris adiciunt, in quo recenter pressa vinacea maderint. Caricæ, quæ chelidonie aut phœnicæ appellantur, præsertim nigrae, macerantur, ut diximus, & post decem dies humor, excipitur, atque iterum aut tertio, idem modus aquæ, in qua vinacea maderint, infunditur: simili modo intercedente spatio, quarto aut quinto assumitur. De maceratarum liquor non secus acorem contrahit, & aceti usum præbet. Id tenue est: flatus gignit, stomacho aduersatur, fastidium parit: aluo tamen prodest, urinam ciet, menses trahit, lactis ubertatem facit, vitiosum sanguinem creat, & elephantiasin adfert, ut potio quam zython appellamus. Aliqui sex amphoris, decem salis sextarios adiciunt. Alij muria amphoram: quod non facile vitiat ur, & aluo idoneum fore censent. Alij thymum & fœniculum imo subiiciunt, & caricas superponunt: & ita vicissim, donec vas expleuerint. Fit & è sycomoræ eodem modo vinum, sed in acetum acre degenerat: quoniam non ita præualet viscorum, ut fluentis liquoris dulcedinem retinere possit.

Resinatum vinum. CAP. XXX.

**R**esinatum vinum populatim factitari solet: copiosum in Galatia: quoniam vinum illic coa cœscat, vva non murescente, ob coeli algorẽ, nisi picca resina temperetur. Resina autem cum cortice tunditur, & amphoræ dimidiata hemina per miscetur. Aliqui, vbi efferbuit, excolant, se-

parantes resinam: alij relinquūt. Hæc vina vetustate dulcescūt. Omnia capitis dolorem, & vertigines faciunt: concoctionem tamen adiuuant, & vrinam cient: tussientibus, ac deffillatione vexatis conueniūt: item cœliacis, dysentericis, & hydropicis, & fœminis fluxione vulvæ laborantibus: altis exulcerationibus infunditur. In hoc autem genere nigricans magis albo constringit.

Strobilites CAP. XXXI.

**S**Trobilites fit maceratis in musto naciibus pineis, recentibus, fractisque præbêtque resinati effectus. Si quis maderactas nuces pini musto decoquat: potum assatum conuenit iis, qui tabitudine conficiuntur.

Cedrinum vinum. CAP. XXXII.

**C**edrinum, iuniperinum, cupressinum, laurinum, pineum, aut abiegnū, similitudine sūt. Diuisos recenter ramos, cum fructum edunt, aut soli, aut balneo, aut igni, admouere oportet, vti confudent, congioque vini minam vnã permiscere, & post duos menses transfundere, & antequam recondantur, insolare. Factitiorum vinorum vasa impleri debent: namque non plenis vas, vina in acorem corrumpuntur. Medicata autem vina, rectè valentibus in salubria Omnia excalfaciunt, vrinam cient, & substringunt. Laurinum tamen vehementius excalfacit. Fit quoque è fructu cedri maioris vinum, cõgio musti adiecta tusarum, baccarum selibra: diebus quadraginta insolari debet, & defæcatum in vasa trãsferri.

Fit

Fit etiam vinum è baccis iuniperi, non aliter quàm cedrites, & ad eadem valens. Cedrites hoc modo fit: Cedriam dolci aqua lauant, & singulas amphoras singulis cyathis diluunt, & ita musto replent. Hoc genus vini excalfacit, extenuat: tussis antiquæ vtile sine febre, pectoris laterumque doloribus, torminibus ventris, & interaneorum viceribus, purulentis excretionibus, mulieribus vuluæ causariis, hydropicis que: facit aduersus ventris tineas & horrores: cōtra venenatos ictus auxiliatur: serpentes necat: aurium doloribus instillatum medetur.

Picatum vinum. CAP. XXXIII.

**P**icatum ex liquida pice & musto temperatur. Picem autem primum marina, aut muria tantisper eluere oportet, dum inalberit, & syncera maris aqua defluat, mox aqua dolci proluenda: congiis octo musti, vncia picis vna aut altera adiicitur: vbi efferbuerit, & constiterit, in vasa diffunditur. Hoc genus vini excalfacit, cōcoquit, purgat, abstergit: vtile doloribus pectoris, alui, iocineris, lienis & vuluæ, si sine febre sint: veteri rheumatismo; exulcerationibus in altum recentibus, tussi, suspiriis, concoctionibus tardis, inflationibus, & luxatis, præsertim in succida lana impositum.

Absynthites. CAP. XXXIV.

**A**bsynthitæ faciūdi ratio euariat. Aliqui enim duo de quinquaginta sextariis. Italicarum amphorarum, admistam absynthij Pōtici libram deco-

decoquant ad tertias: & vbi infuderint sex acetii sextarios, & absynthij selibram, ac diligentes permiscuerint, diffundunt in vas: dãmque conguieuerit, desę cant. Alij absynthij minam in amphoram demittunt, tusãmque, & caro linteo deligatam, in cado musti macerant, binis mensibus. Alij absynthij quadrantem, alijs trientem, & nardi Syriacę, cinnamomi, cassię, floris iunci odorati, calami, elatę, palmarum singulos sextantes iniiciunt in metretam musti, & tundentes prius pila, obstructo vasis spiraculo, binis, ternisve mensibus dimittunt: postea defęcatum vinum transfundunt ad vsus. Alij addunt in musti cadum, celticę nardi drachmas quatuordecim, & absynthij drachmas quadraginta, linteo involutas: & post quadragesimum diem elutriant. Alij in senos sextarios musti, absynthij libram, & siccę pini resinę sextantem immittunt, & post decem dies excolant, & recendunt. Vtile est stomacho: urinam cit: tardam concoctionem accelerat: hepaticis, regio morbo, & renum vitiis auxiliatur: fastidia discutit: iis prodest, quibus stomachus negotium exhibet: valet contra longã præcordiorum distentionem, & inflationes, teretesque ventris tineas, & remoratos menses: contra hausta ixię venena quàmplurimum potum, & vomitionibus redditum, auxiliatur.

Hyssopites. CAP. XXXV.

**H**YSSOPITES è Cilicio hyssopo maximè laudatur, sitque similiter, foliorum hyssopi talorum

rum libra in amphoram musti coniecta, linteolo raro cum quibusdam lapillis, folia inuoluuntur, vt degrauiatus pondusculo fasciculus sidat: vinū post quadraginta dies defæcatū elutriatur. Contra pectoris, laterum, & pulmonis vitia, veterem tussim, & suspicia prodest: vrinam cit, torminibus & horroribus febrium circuitu repetentibus auxiliatur: menses mouet.

Ex diuersis plantis facta.

CAP. XXXVI.

Simili modo chamædryites fieri solet. Excalfacit, discutit: conuulsis, regio morbo, valuæ inflationibus, tardæ concoctioni incipienti aquæ inter cutem, subuenit. Inueterascens melius reditur. Stœchadites non secus temperatur. Congiis sex, stœchadis minam addere oportet. Crasfitem, inflationes laterum, neruorumque cruciatus, & perfrictiones discutit: comitialibus commodè datur, cum pyrethro & sagapeno. Fit ad eadem acetum è stœchade herba, vt paulò antè diximus, aceto macerata, quod eisdem implet effectus. Fit vinum e betonica, quam cestron ptychotrophon appellant. Herbam semine maturo prægnantem, cum suis ramulis minæ pond. congiis duobus vini macerant, & post septimū mensem transfundunt. Ad multa interaneorum vitia, vt frutex ipse, pollet. Et vt in vniuersam dicatur, factitia vina, sibi misturarum vires adiscunt: quare non difficile fuerit iis, qui illarum naturas norint, viarum vires cōiectura quadam

consequi: verum tamen vinorum vsus febricitantibus abdicandus. Fit etiamnum è betonica acetum, ad eadem vitia vtile. Tragoriganites sic quaternis tragorigani drachmis linteolo colligatis, in quaternos musti sextarios coniectis, & post tertium mensem transfusis. Prodest torminibus, vullis; ruptis, laterum doloribus, spirituum discursationi, ægris concoctionibus. E nipsis sic vinum, nomine bunites, drachmis duabus rufi napi in sextarios duos musti additis, & cæteris eodem modo factis. Prodest stomachicis, & dimicatione, aut longo equitatu fatigatis. Dictamnæ drachmas quatuor macerato quaternis musti sextariis. Facit aduersus stomachi fastidia: menses, & purgamentum à partu subducit. Marrubij adulti folia tundito, & sextarios octo in musti metretam demittito, & reliqua consimiliter facito. Conuenit hoc vinum pectoris vitis, & omnibus, quibus marrubium. Thymiti rufi & cribrati uncias centum linteo colligatas, in amphoram musti adicito. Valet contra ægras coctiones, fastidia, dysenteriam, neruorum & præcordiorum dolores, hybernos algores, & venenata animalia, quorum morsum frigus insequitur, aut putrefcit locus. Simili modo è satureia vinum fit, quod eadem quæ thymites præstat. Sic quoque origanites ex heracleotico origano conficitur cum suprascripto. Facit eadem quæ thymites. E calamintha, pulegio, & abrotano vina fiunt eodem quo thymites modo: profunt stomachicis, cibum fastidientibus, & regio morbo: quòd vrinam mo-



ueant. Fit item è conyza vinum, contra venenata ante alia efficax.

AROMATICES. CAP. XXXVII.

**A**romatices ita fit: Palmae, aspalathi, calami, nardi gallici, singulorum quatuor sextarios sumito: postquam contriueris, passo subigito, coactis iugentibus offis, & in sextarios duodecim austeri musti deiectis, operculato vase, quadraginta diebus quiescere finito: deinde ubi faece expurgatum fuerit, recondito. Alia eius ratio: Calami vncia, phu drachmae septē, costi drachmae duae, nardi Syriacae drachmae sex, calisae vncia, croci drachmae quatuor, anomi drachmae quinque, asari drachmae quatuor: omnia simul trita & linteo colligata in cadum multi demerguntur, & postquam vinum deferbuerit, transfunditur: Facit ad peccoris, & laterum, & pulmonis dolores: difficili vrinae, horroribus, retardatis mensibus, atque iis, qui per frigora iter faciunt, potum conuenit: pituitae crassitiam extenuat: colorem alit, somnum conciliat, dolorem finit, renum & vesicae vitiis auxiliatur.

Ex diuersis odoramentis facta.

CAP. XXXVIII.

**F**IT & vinum ad destillationes, cruditates, tumorem, inflationes, & si humor in stomacho coit: myrrhae duae drachmae, piperis candidi drachma una, iridis drachmae sex, anisi drachmae tres: omnia plenius tusa: & linteolo inuoluta in sex vini sextarios coniciuntur: vinum post triduum colatur,

latur, & in lagena reconditur. Datur post deambulationem, miraculum, cyathi vnus mensura. Fit quoque nectarites ex helenio herba: Radice sicca pondo quinque drachmarum linteolo colligata, & in congios sex musti addita, & post tres menses effusa. Facit ad stomachi & pectoris vitia: vrinam pellit. Et syriaca nardo, & Celtica, malabathoque vinum facitatur, hac ratione: Singulorum selibram in binos musti congios mittito, post menses duos colato. Datur cyathus vnus cum tribus aquæ. Hoc vinum efficax est contra vitia renum, hepaticos, regium morbum, & vrinæ difficultatem: prodest stomachicis, atque iis quos pallor decolorat. Alij vnciam sextantem acori, & celticæ nardi quadrantem, in musti amphoram adiiciunt. Asari quadrantem in senos musti sextarios itidem demittito. Id vini genus vrinam ciet: hydropicis, & regio morbo laborantibus hepaticis, ischiadicisque conuenit. Radicis syluestris nardi recentis & tritæ cribratæque bessem, in congiam musti conuicito, duos menses quiescere finito. Vtile est hepaticis, difficili vrinæ, inflationibus, stomachicis.

Ex diuersis herbis facta.

CAP. XXXIX.

**R**adicis dauci contusæ drachmas sex in musti amphoram imponito, & similiter transfundito. Facit ad dolores thoracis, præcordiorum, & vulvæ menses pellit, ructus ciet, & vrinam: prodest tussi, ruptis, vulsisque. Salviæ v-

eiam in musti amphoram, quod idem cum cera-  
 mio est, mittito. Valet contra renum, vesicæ, &  
 laterum dolores, reiectiones sanguinis, tussim,  
 rupta, valsa, & suppressos menses. Panacis vnciâ  
 in musti congiû mittito, & transfundito. Prodest  
 ruptis, vulsis, contusis, orthopnoæ: lienis crassi-  
 tiem extenuat: contra tormina, coxendicum do-  
 lores, efficax est: tardas concoctiones accelerat:  
 menses & partus extrahit: aquæ inter cutem, &  
 serpentium ictibus auxiliatur. Vina ex acoro &  
 dulci radice consimili modo fiunt. Oportet enim  
 singulorum vncias octo in senos congios mitte-  
 re, tribus mensibus macerare, mox in vas trans-  
 ferre. Faciunt ad pectus, & latera, & vrinam mo-  
 bent. Seminis apij recentis, maturi & cribrati  
 vnciæ nouem in linteo colligatæ in musti am-  
 phoram demittantur. Appetitum excitat: stoma-  
 chicis, & difficili vrinæ auxiliatur: faciles spiri-  
 tus facit. Ex foeniculo, anetho, & petroselino,  
 vina eodem modo fiunt, & ad eadem efficacia.  
 Fit & è flore salis vinum, multò ad purgandum  
 efficacius, quàm vinum aqua marina tempera-  
 tum. Fauces, vesicam, renes, & stomachum infe-  
 stat: quare neque in secunda, neque aduersa vale-  
 tudine prodest. Fit etiam vinum quod phthoriô  
 vocant, quoniam partus necat, & abortus facit,  
 veratro, aut scammoëia, aut syluestri cucumere,  
 iuxta radices vitium satò: siquidem vites sibi il-  
 lorum vires adsciscunt. Id vinum partus enecat,  
 datur ieiunis mulieribus, quæ antè vomuerant,  
 cyathorum octo mensura, dilatum. Ramorum

thymelææ cum suis foliis, & fructu triginta drachinas mittito in congios tres musti, & leui igne coquito, donec congiij duo supersint, defæcatúmque recondito. Aquosa purgat excrementa, & lienem absumit. Chamælea dum floret, cū foliis tusa & cribrata decem drachmarum pondere, in musti congium additur. Post duos menses vinum in vas transfertur. Aquæ inter cutem, hepaticis, & lalsitudine contractis, efficax est: item mulieribus, quæ à partu ægrè purgantur.

Chamæpityinum simili modo fit, ad eadem conueniens: vrinam quoque ciet. Libram radicis mandragoræ concidito, segmenta lino traicito, quod selibram æquat in musti cadum demittito, ibique esse finito ad menses tres, deinde transfundito. Media potio, hemine dimidium: bibitur, passo in duplum addito. Aiunt heminā vini congi mistam, potu soporem adferre: cyathus vnus cum sextario vini potus, enecat: mediocris vsus eius, doloris sensum aufert: fluxiones incrassat: olfacta potuque, & cum inditur, idem præstat. In congium musti aqua marina diluti, drachmas duodecim nigri veratri triti in linteo mundo, mittito: dúmque efferbuerit, in marinæ aquæ congios quatuordecim aut quindecim, vbi pleniusculè fregeris, iniicito: post aliquot dies colato, & vtor. Dato ciatham vnum ex aqua balneæ in potu, ad aluum soluendam, iis qui euomuerūt à coena. Alia ratio: Veratri drachmas viginti, iunci odorati vncias duodecim, spicæ Syriacæ vncias tredecim, cribratas, & linteo colligatas.

in septem vini Coi sextarios diebus quadragin-  
 ta macerandas indito, postmodum colato: dabis  
 in potu sesquiheminam. Aliter: Deco&æ marinæ  
 aquæ ex alto petitiæ sextarios duodecim, veratri  
 candidi libras sex, in musti amphora quadrage-  
 simo die, quàm madefeceris, collato, & uti-  
 tor. Alia ratio: Veratri drachmas duodenas, &  
 aphonitri quaternas, in senis musti sextariis  
 diebus quinifdenis macerato, mox colato: & se-  
 mestri exacto, utitor. Id vini genus abortus fa-  
 cit, & partus necat. Aut vuas in sole siccatas im-  
 ponito in musti metretam (implet autem metre-  
 ta congiòs duodecim) & gypsum in vinum mit-  
 tito pondo drachmarum viginti, & biduo resi-  
 dere finito, conicito veratri nigri drachmas tri-  
 ginta, iunci odorati, calami, singulorù drachmas  
 triginta, baccarum iuniperi sextarios duos &  
 trientem, myrrhæ & croci singulorum drachmā,  
 inuoluens liateolo diebus quadraginta appendi-  
 to, postea colato. Dabis heminas treis, aut duas  
 dilutas. Purgat à partu, & abortu foeminas: fœ-  
 tus extrahit, contra strangularis vuluæ efficac.  
 Scammonites sic fit: Radicis scammonia per mes-  
 ses effossæ, trita, & linteo colligata drachmas  
 quinque in musti congium mittito, ad dies tri-  
 ginta. Aluum purgat, bilem & pituitam extrahit.

Metallica omnia, & primum Cadmia.

C A P. X L.

**E**X cadmiæ generibus optima est Cypria, bo-  
 tryitis nomine, densa, modicè grauis, & in  
 le-

leuitatem magis declinās, racemosa facie, colore  
 spodij, quæ fracta cinerulenta est, & æruginosa.  
 Proxima habetur foris cœrulea, intus candidior,  
 internatis venarum discursibus, onychitæ lapidi  
 similis, cuiusmodi sunt, quæ è veteribus metallis  
 effodiuntur. Quædam etiam placodes, id est, cru-  
 stosa dicitur, segmentis quibusdā périnde quasi  
 zonis cincta, ob quod eam zonitin appellauere.  
 Alia ostracitis nominatur, gracilis, & magna ex  
 parte nigra. Sed quæ testaceam faciem habet, ter-  
 ram amplexa est. Improbatur candida. Oculorum  
 medicamentis botryitis nomine, & onychitis,  
 vtiles reliquæ ad amplastra & farinas, quæ cic-  
 tricibus inducendis insparguntur. Ad eadem Cy-  
 pria prodest. Ex Macedonia verò, Thracia, & Hi-  
 spânia delatæ improbantur. Cadmiæ effectus ad-  
 stringere, caua explere, sordes expurgare, exicca-  
 re, corporis meatus infarcire, excrementa in car-  
 ne coercere, crustas creare, & vlcera, quæ cacoë-  
 the vocantur, ad cicatricem perducere. Gignitur  
 cadmia ex ære in fornacibus candente, fuligine  
 egesta flatu, & lateribus camerisque fornacum  
 inhærente. Prægrandes autem ac ferreæ sunt ru-  
 des, ab officinis appellatæ aestides, per summa  
 fastigia conuexæ & concameratæ, vt quæ ab ære  
 iactantur forsam corpuscula cohæreant, & inibi  
 detineantur: quæ cum spissius insident, in cor-  
 pus concresecunt, & modò genus vnum eius, mo-  
 dò duo, modò omnia perficiunt. Extrahitur &  
 cadmia in Cypro è monte, qui Solis incumbit,  
 cremato lapide, cui pyritæ cognomen est: in quo

etiam monte quædam quasi venæ chalcitis, mi-  
 lyos, foreos, melanteriæ, cœrulei, chryfocollæ,  
 atramenti sutorij, diphrygisiq̄ue inueniuntur.  
 Nec desunt, qui cadmiam in lapidum fodinis in-  
 ueniri tradât, falsâ quadam lapidum cognatione:  
 qualis inuenitur & apud Cumas lapis, nullam sui  
 vim ostendens. Ij eo deprehenduntur, quòd sunt  
 cadmia leniores, nullumq̄ue alienum mandenti-  
 bus saporem exhibent: commundatus item lapis,  
 dentes offendit: cadmia, utpote cum cedat, esum  
 non respuit. Alio autem discerni possunt argumē-  
 to: Cadmia in farinam detrita, & aceto subacta,  
 atque in sole siccata, coit: quod in lapide non ac-  
 cidit. Item tritus & igni appositus lapis profi-  
 lit, & fumum igni similem ei aculat: cadmia ve-  
 rò quieta manet, fuliginemque luteo colore aut  
 æreo splendentem expuit, vario zonarum discursu.  
 Insuper lapis ignem expertus, atque refrige-  
 ratus, colorem mutabit, ac leuior multò fiet: sed  
 cadmia nihil euariat, nisi quis eam multis diebus  
 cremauerit. Fit & in argenti fornacibus candi-  
 dior, ac minus ponderosa, sed viribus nequaquam  
 comparanda ærariæ. Vritur cadmia superior car-  
 bonibus obruta, donec translucida spectetur, &  
 ferrei stercoreis modo bullet: mox extinguitur vi-  
 no Aminæo, quæ ad emplastra præparatur: sed  
 quæ ad psoriarum medicamenta præparatur, ac-  
 ro. Alij hoc modo exustam conterunt in vino,  
 rursumque fictili crudo torrent, donec pumico-  
 sa videatur: iterumque tritam ex vino, tertio  
 vrunt, donec prorsus in cinerem redigatur, nihil  
 sca-

scabritiæ retinens: hac spodij vice vtuntur. Lauatur autem in mortario trita, effusa subinde aqua, dum sordidum nihil emergat: dein coacta in pastillos reponitur.

Pompholyx. CAP. XLI.

**P**ompholyx specie sola, non genere, à spodio distat. Siquidem spodios nigricat, & plerumque ponderosior est, palearum pilorumque plena, quasi purgamentum quoddam, quod ab ærariarum officinarum pavementis & fornacibus euerritur: pompholyx verò pinguis est, & candida vsque adeò leuis, vt in auras euolare possit. Cuius duo fluxerant genera: vnum ad aëris colorem vergens, subpingue: alterum magnopere candidum, summamque leuitatem natum. Candida sit pompholyx, quoties in perficiundo ære, fabri præstantiorem facere volentes, detritam cadmiam cumulatiùs insparserint. Namque tenuissima fauilla, quæ effertur, in pompholy gen coit. Cæterum pompholyx non ex aris modò materia, & fabrilis industria factitatur, sed ex cadmia quoque, ad gignendam ipsam, eximiè follibus proflata. Cuius faciundæ ratio hæc est: In domo gemina contiguatione operta, fornax extruitur, iuxta quam medioeris fenestra ad tabulatam à supernis partibus pateat: domicilij partes fornaci proximus, tenui foramine ad fornacem vsque perforetur, ad excipiendam follis narem: ostium mediocre habeat, pro exitu ingressûque artificis fabricatum: domuncula altera huic con-



iuncta sit: in qua & folles, & flator suo munere  
 fungantur: deinde carbonibus in camino succen-  
 sifis, assidens artifex cadmiam particulatim fra-  
 ctam inspargit à locis supra in urnibulum extru-  
 ctis: idem negotium obit infernè artificis mini-  
 ster, simulque carbones adiicit, usque dum indi-  
 ta cadmia copia prorsus absumatur. Itaque ege-  
 sta suffito tenuis pars, & levis materiae in summâ  
 domum euolat, & parietibus, tectis, fornicisque  
 adhærescit: conflatum autem inde corpus, in-  
 ter iniuria erumpentibus aquarum bullis simi-  
 le prodit, postea maius incrementum capeffens,  
 glomastulis vellerum simile redditur. Ponde-  
 rosius autem in ima loca se recipit: sed hoc for-  
 nacibus offunditur, illud domus pavimento co-  
 hæret. Quod tenuiore deterius existimandum  
 est, ideo quod multum terræ collegerit, & spur-  
 citia in acervatione refertiatur. Sunt qui hoc  
 modo tantum fieri spondium arbitrantur, de  
 qua alitè dictum est. Optima creditur Cypriæ,  
 quæ accepto aceto halitum æris præstat, colore  
 aliquantum piceo, sapore cœni horrido: & si fran-  
 dem non expecta, flagranti carbone inferuescit,  
 aeream colorem contrahit. Antedictis autē no-  
 tis diligenter attendendum est. Siquidem à non-  
 nullis adulteratur taurino glutine, ouillo pul-  
 mone, aut marino, aut crinatis grossis, & qui-  
 busdam consimilibus: quod facile cognitu fue-  
 rit, quippe nihil in iis probandis inuenietur co-  
 ram quæ antè dicta sunt. Pompholygem in com-  
 mune ita lauari oportet: Ligatam linteo mundo  
 modi-

modicęque raro, aut siccam, aut aqua respersam, in labellum demittito, quod imbrem contineat & huc atque illuc fasciculum deferens, immergito: ita enim limosa pars eius ac utilis, effluet, & omne sedimentum in limbo remanebit. Postea residere sinens, aquam cum cinere colis incernito, & novam infundens, agito, & effundito: mutata tantisper aqua, & colata, dum arenosi nihil sidat. Demum aquam exprimito, & siccatum cinerem recondito. Alij quantum maximę fieri potest, siccant, & manibus in aqua conterunt, dū mellis crassamentum imitetur: deinde linteo faucibus excepturi vasis obtento, aut laxius illigato, colant, & quo facilius transeat, infusa per linteam largiore aqua, cinerem conturbant: mox spumofum, quod traiectum est, & supernatat vasis, concha excipiunt, & sic illi nono ad usus recodunt. Quod verō residet, sensim cribratum, in aliud vas transfundunt, relicto arenoso, quod pessum ierat: rursus lapidosa sidere patiuntur, & in vas aliud excolant: hoc identidem faciunt, donec cinis merus & arenę expers inueniatur. Alij paulatim integram in aqua respergant, arbitrati arenas lapilōsque suo pondusculo degravatos, pessum ire: pilos autem & pāleas leuitate sua in sublime attolli. Cæterum cinerem medium separant, & in pilam coniectum, ut cadmiam, eluunt. Quinetiam lauatur vino Chio marina aqua diluto, modis, quos supra diximus: & ita redditur adstringentior, quam aquis colata. Vis pompholygis adstringere, refrigerare,

explere, purgare, obstruere, & aliquantum exsiccare. Inter medicamenta numeratur, quæ leniter crustas obducunt. Quod si spondion tor-  
rere libet, diligenter tritam, & irrigatam aqua,  
colliges in pastillos, fictilique noue, subiectis  
leuibus prunis, orbiculos continuò versabis, dum  
assiccati fuluescant. Neque ignorandum, ex au-  
ro, argento, plumbóque fieri spondion: verùm  
post Cyprium plumbeum maximè commenda-  
tur. Quoniam spodios sæpenumero desideratur,  
necesse est ostendere, quæ simili virtute polleat,  
vt in Spodij locum suffici possint, antispodia vo-  
cant, quoque modo sumi debeant. Folia itaque  
myrti, cum floribus, & bacis immaturis, in ficti-  
le crudum coniecta, indito operculo continua  
foramina habente, vruntur fornacibus donec  
siglinum percoquatur: iterum in fictile aliud cru-  
dum transferuntur, quod vbi perassatum fuerit,  
exemplauantur ad vsus. Idem quoque fit è ter-  
mite syluestris oliuæ, si habeatur: sin secus, sati-  
uæ cum suis floribus, aut malis cotoneis disse-  
ctis, & detractis ossibus, aut gallis, aut laceratis  
linteolis: item ex moris immaturis, id est candi-  
dis, in sole prius arefactis, aut terebintho, aut  
lentisco, œnanthe, aut mollibus rubi foliis, vel è  
luxi coma, vel pseudocypero cum flore. Alij  
ficulneas frondes in sole antea siccatas, eodem  
modo parant: alij taurinum gluten: alij saccidas  
lanas asperas, pice aut melle irrigatas: quæ omnia  
in spodij vicem vsurpantur.

## Æs vstum. CAP. XLII.

**Æ**S vstum probatur rubrum, & quod cōtritu colore cinabarim imitetur: nigrum verò plusquam deceat exustum est. Fit autem è clavis solutarum nauium, fictili crudo compositis: sub sperso sulphure cum sale pari, omnibus vicis, in insparis, fictile circumlito figulari creta spiramento, fornacibus inditur, donec figlinum percoquatur. Quidam pro sulphure & sale alumen inspargunt. Alij sine sulphure ac sale, fictili multos dies vrunt. Alij sulphure solo vtantur, fuliginem tamen excutunt. Alij oblitos scissiliamine clauos, cum sulphure & aceto, fictili crudo cremant. Alij in ænea olla aceto resperfos vrunt, & iterum ac tertio idem efficiunt, postea reconduunt. Principem locum tenet, in Memphide cōbustum: proximum in Cypro. Adstringit, exiccac, reprimi, extenuat, attrahit: vlcera purgat, & ad cicatricem perducit: vitia oculorum emendat, excreſcentia in carne consumit, nomas cohibet, vomitus ciet, cum hydromelite potum aut eum melle delinctum, illitumve. Lauatur vt cadmia, mutata quater die aqua, donec nulla profus sordes emergat. Aeris recrementum, stercoſve quam scoriã vocant, eodem modo lauatur & eandem vim, sed imbecillioſem, habet.

## Flos æris. CAP. XLIII.

**F**LOS æris, quem nonnulli clauorum veterum pſegma, quaſi reſegmen aut ſegmentum, nominarunt, optimus est friabilis, in attritu fuldeſcens,

scens, milij effigie, & numero, brevis: ponderosus, modice splendens, atque constringens, qui delinatam æris scobem non recepit, qua sæpe adulteratur. Sed id facile deprehenditur, cum dentium illisa dilaniantur ramenta. Fit autem, eum æs fornacibus fusum, in receptacula delabitur, per colla fistularum ad ea pertinentium: tamquam negotio addicti ministri, sordes expurgantes, aquam clarissimam infundunt, refrigerandi proposito: itaque repentino concretu, ac adensatione, velut exspuitur, & erumpit antedictos flos. Adstringit & excrecentia coerces: ofusam oculis caliginem emendat, sed magnopere mordet. Quaternum obolorum pondere datu, crassum humorem extrahit: carno sanarium & sedis vitia absumit: eruptiones papularum cum vino cohibet. Candidus contra diuturnas aurium grauitates tritus, in eas per fistulam fiata impellitur: vquam, tonsillasque reprimit, farina eius eam melle adnota.

Squamma æris. CAP. XLIV.

Squamma æris excussa ex Cypriis officinarum rûm clauis, crassa quidem ipsa præstantior, quæ helitis, id est clauaris, nominatur: sed ex vili promiscuâque ære, aut candido, vitiosa intelligitur: quam utpote tenuem, & inuvalidam damnamus, maximè approbantes crassam, rufam, præsertim si aceri respersu æruginè contrahat. Vim habet adstrictoriam, extenuantem, reprimentem, & erodentem: nomas coerces, vlcera ad cicatricem

perducit: pota ex aqua mulsa, aquam trahit. Ali-  
 qui farina subacta, dant in catapotio. Additur ad  
 oculorū medicamenta, quod genarum scabritiam  
 absumit, & fluxiones exiecat. Lauatur hoc modo:  
 Sicca aris squamæ expurgata scilicet, cū nitida  
 aqua in mortario manu diligenter conturbatur,  
 quousque pessum ierit: abiicitur quod subdidit, &  
 effusa aqua, hemina cœlestis imbris adiecitur, &  
 distenta manu, squama quasi delstrigēda, sit vehe-  
 menter cōfricatur: dūmque lentore emittere ce-  
 perit, aqua sēlim ad sex heminas vsque superin-  
 funditur, terendō valide: squama ad latus morta-  
 rij colligitur, ibique apprimitur: quo facto, ex-  
 pressas humor pyxide ex ære rubro facta, excipi-  
 tur. Hoc est enim velut flos squamæ valens viri-  
 bus, & ad ocularia medicamenta cum primis effi-  
 cax. Inutile imbecillūque quod superest, lauatur  
 donec nullā prorsus lentitiam excernat, & linteo  
 apertū biduo conuiescere finitur, effusaque ex-  
 tante aqua, vbi siccatum erit, reconditur pyxidi-  
 cola. Alij vt cadmiam lauant, & reponunt. Squa-  
 mæ ex acie aut mucronibus decussæ, quam vo-  
 cant stonoma, eadem vis. Lauatur modo simili  
 & reconditur: sed ad moliendam alui dissecio-  
 nem, inefficacior est.

Ærugo rasilis. CAP. XLV.

Ærugo rasa fit his modis: In eadem, aut aliud  
 consimile vas acetum, quam acerrimum in-  
 funditur: super ponitur inde inuersum æneū vas,  
 præsertim concameratum: sin minus, planum:

fitque obstructum, nullumque habeat spiramentum exempto, quo doliolum obturaueris, operculo, decimum post diem insidens ærugo deraditur. Aut æris lamina in cadis super acetum ita suspenditur, ne ipsum attingat, & totidem post dies raditur. Aut massula æris, aut lamina una pluresve, vineæ non recentibus, sed iam acciscentibus conduntur, & simili modo versantur. Quinetiam ex delinata æris scobe æruginem facere licet, nec non è laminis, quibus bractea auri conclusæ malleo ducuntur: si quis eas aceto respargat, & ter aut quater verset, donec æruginem contrahant Tradunt æruginem in Cypris metallis gigni, lapidibus quibusdam nonnihil æris habentibus, quibus ærugo efflorescit: adduntque per Caniculæ ætus è quodam specu manare: sed illam paucam & optimam esse: hanc speluncis effluentem, copiosam quidem, & boni coloris, sed vitiosam, quod lapides multos collegerit. Pluribus autem modis adulterant aliqui pumice admisto, alij in marmore, alij atramento sutorio. Sed deprehendemus pumicem aut marmor, dum pollice sinistrae manus madefacto, æruginis partiunculam altero atterimus: si quidem eam diffundi constat: marmoris autem pumicisque partes coeunt non dissipatae, demumque tractatione crebra & humoris complexu dealbescunt. Quin & dentium appressu, si quidem sincera cadit, lævis, & sine asperitate. Atramentum vero sutorium igne coarguitur: namque si fictile, aut lamina, adulterata æruginè illinatur, & fer-

uenti

nenti cinere, aut carbonibus incalescat alteru-  
 trum, mutabitur, rubescetque id, quod atramen-  
 tum satorium acceperit: quod id vstum sua-  
 pte natura talem sortitur colorem. Aeruginis,  
 quam vocant scoleciam, duo sunt genera: quæ-  
 dam fossilis est, altera factitia ad hunc modum:  
 In mortario Cyprij æris dimidiam heminam  
 aceti albi acrisque, pistillo cupreo conterito, do-  
 nec strigmenti erassitudinem imitetur: deinde  
 aluminis rotundi drachmam vnam, cum salis  
 fossitij, translucentis, aut marini quàm albis-  
 simi, solidique, aut certè cum nitri pari pondere  
 terito in sole, æstuosissimis diebus, sub sydu  
 Caniculæ, donec colorem æruginis contrahat,  
 & concretu strigmentosum fiat: vbi autem se in  
 vermiculorum Rhodiæ similium speciem coe-  
 gerit, recondito. Efficax & valde boni coloris  
 redditur, si duas partes vrinæ veteris cum vna  
 aceti adieceris, & alia, quæ dicta sunt, peregeris.  
 Sunt qui æruginem rasilem, quæ in apparatu nõ  
 respondit, gummi misto digerant in formas, &  
 ita vendant: quod genus, vt vitiosum, improba-  
 tur. Fit & quædam ærugo ab aurificibus, mor-  
 tario & pistillo Cyprij æris, cum vrina pueri  
 impubis, qua aurum ferruminant. Ante dicta  
 æruginum genera, vsto æri omnino respondent,  
 sed magis effectu valent. Sciendum fossilem sco-  
 leciam præstantissimam esse: derasam sequi: po-  
 stremo loco factitiam. Mordacissima tamen est  
 hæc; & magis adstringens. Aurificum autem  
 ærugo rasæ respondet. Aeruginis omnes ad-

E e

stringunt,



stringunt, extenuant, excalfaciant: oculorum cicatricees mendāt, lacrymas cient, nomas fistunt, vulnera ab inflammatione tuentur. Ulcera ex oleo cerāque ad cicatricem perducunt: callos & sordida ulcera purgant, cum melle coctæ: cal- lum fistularum erodunt, cum ammoniaco, colly- rij modo in eas adactæ. Ad ginginarum autem excrementas, & exuberationem vtilis. Magnopere extenuant genarum crassitiem, cum melle illitæ: verum post illitionem spongia et aqua calida locus fouendus est. Resina terebinthina exceptæ, cum are & nitro lepras abigant. Vritur ærugo, quacumque velis, minutissime fracta cō- minutāque, in fictili patina, flagrantibus prunis superposita: versaturque donec se mutet, & colorem cinereum concipiat: postea refrigerata re- ponitur ad usum. Sunt qui cruda olla eam vrāt, vt dictum est: sed non profus eandem colorem crementa reddit.

## Rubigo ferri.

## CAP. XLVI.

**R**ubigo ferri restringit: sistit fœminarum pro- flaua, admota, potūque præstat ne concipiant. Illita ex aceto ignibus sacris, & papularū eruptionibus medetur. Perquā vtilis ad scabritias genarum, reduuas, & pterygia: condylo- matis prodest, gingiuas firmat, podagras illita lenit, alopecias replet. Vinum aquæve in qua candens ferrum sit resinctum, potu cœliacis, dysentericis, lienosis, cholera laborantibus, & dissolutis stomacho auxiliatur. Stercus ferri, quā scorium

scoriam vocant, eadem potest quæ rubigo, sed inefficacius. Aconito, ex aceto mulso potum, opitulatur.

Plumbum elotum. CAP. XLVII.

**L**otura plumbi sic fit: In mortarium plumbeum aquam iniiciens, pistillo plumbeo terito, donec nigrescat aqua, & limi modo crassescat, aut lutulenta reddatur: linteolo deinde colato, aquam superfundens, quod facilius quicquid est resolutum incerni possit. Hoc iterum tacito, usque dum satis tibi habuisse videatur. Vbi confederit, priore aqua effusa, nouam adiciens, ut cadmiam lauat, donec nulla extet nigritia: postea in pastillos cogens reponit. Quidam scobem mundi plumbi lima quaeritam, mortario pistilloque lapideis terunt, aut manibus cum aqua paulatim adiecta fricant, donec nigrescat: mox ubi id perfum ierit, effusa aqua, colligunt in pastillos. Nam tritum vehementer, cerussæ simile redditur. Alii climatae scobi modicam plumbaginem adiciunt, affirmantes ita elotum plumbum præstantius esse. Potest refrigerare, adstringere, inducere, mollire, explere cana, sistere oculorum fluxiones, & ulcerum exerescentia. Sanguinem supprimit: prodest contra sedis ulcera, condylomata, & hæmorrhoidas. ex rosaceo: item ad ea, quæ agrè cicatricem ducunt: & in totum spodij effectus præbet, nisi quod non obducit crustas. Synceram plumbum affricata, marini scorpionis draconisque plagis auxiliatur.

## Plumbum vstum. CAP. XLVIII.

**V**Ritar plumbum sic: Super quàm tenuissimas plumbi laminas, fictili nouo inditas, sulphur inspargito, additisque aliis rursus laminis, interfecto semper sulphure, vsque dum vas expleueris, succendito: flagrante autem plumbo, ferrea rude versato, donec perfectè redigatur in cinerem, nihilque è plumbo non vstum hæserit: tum demum, obstructis naribus, eximito: alioquin halitus plumbi noxius sentitur. Aut elimatâ plumbi scobem in olla sulphure vrito. Alij laminas in fictili crudo, vt dictum est, imponunt fornaci, aut foco, & circumlinentes operculum, dato exili spiramento, vrunt. Alij pro sulphure cerussam aut hordeum inspargunt. Alij integras laminas imponentes, acri igne vtuntur, & rudicula ferrea continuè mouent, dum in cinerem soluantur. Sed difficilis huiusmodi vstio: & si vehementius vratur, contrahit spumæ argenti colorem. Magis tamen nobis placet prima vrendi ratio. Plumbum vstum lauatur vt cadmia, & reconditur. Eisdem effectus habet, quos plumbum elotum, sed multò acriores. Recrementum plumbi, quod scoriam vocant, optimum est, densum, fractu cōtumax, cerussam planè repræsentans, nihil plumbosi habens, quod ad lateum colorem accedit, & vitri splendorem imitatur. Eadem, quæ plumbum exustum, potest, sed magis adstringit. Lauatur in mortariis infusa aqua, & refusa summa aquæ parte, quæ luteum colorem daxit: idque sæpius

sæpius, dum recrementum absumatur. Dein ubi confederit crassamentum, aqua effusa, digeritur in pastillos. Molybdoides lapis à plumbi similitudine dictus, respondentem recremento vim habet, & eodem modo lauatur.

## Stibium. CAP. XLIX.

**S**timmi optimum, quod splendidissimum est, modoque nitidularum emicat, confractu crustosum, nihil terræ aut sordidi habens, friabile, quod stibi appellarunt, alij platyophthalmon. Vis eius adstringere, meatus obstruere, refrigerare, excrescentia in carne cohibere, vlcera ad cicatricem perducere, sordes & vlcera oculorum expurgare. Sistit & sanguinem è cerebri membrana profluentem: & vt in vniuersum dicatur, vis vsto plumbo similis est. Priuatim, ambusta igni, in postulas erumpere non patitur, cum adipe recenti illitum: crustosas exulcerationes ad cicatricem perducit, cum cera & exigua cerussa. Torretur pinsita farina circumlitum, & carbonibus obrutum, donec carbunculetur crusta: exemptumque restinguitur mulieris lacte, quæ marem peperit, aut vetere vino. Vritur etiam carbonibus succensis efflatum, quoad igni deflagret: si enim paulò magis concremetur, plumbum fit. Lauatur, vt cadmia & æs. Sunt qui vè plumbi recrementum eluant.

## Molybdæna, seu plumbago. CAP. L.

**M**olybdæna optima est flaua, argenteæ spumæ æmula, modicè splendens, cum teritur

rufa: cocta cum oleo iocineris colorem trahit. Vitiosa est, quæ aërem aut colorem plumbeum refert. Gignitur ex auro & argento. Est etiam quædam fossilis, ad Sebastiam & Corycum inventa. Quo in genere probatur, quæ lapidosa nō sit, aut recrementosa, sed nitens & flava. Vim habet spumæ argenti, aut recremento plumbi similem. Vritur lauatūque eodem modo. Miscetur convenientissimè medicamentis, quæ liparas vocant, atque emplastris minimè mordentibus. Carnem recreat, & ulcera ad cicatricem perducit: glutinantibus tamen medicamentis, aut abstergentibus non conuenit.

Argenti recrementum. CAP. LI.

**R**ecrementum argenti, quod scoriam vocant, aut helcysma; aut encauma, molybdænæ vim habet: quare emplastris, quas phæas appellant, additur, ac medicamentis, quæ cicatricem obducunt, utpote cum adstringat, extrahâtque.

Spuma argenti. CAP. LII.

**S**puma argenti quædam gignitur ex arena, quæ molybditin vocant, in fornacibus conflata, donec perfectè igni incandescat. Altera ex argento: tertia ex plumbo. Probatissima est Attica: secunda, Hispaniensis: has sequitur quæ fit Dicæarchiæ, id est Puteolis, Baiis, in Campania, & Sicilia: plurima enim hisce locis è flagrantibus laminis plumbeis gignitur. Quæ flauo colore lendet, chrysitis appellatur, omnium optima: quæ in Sicilia, argyritis; quæ ex argento, calabritis.

britis. Vis autem adstringere, mollire, explorere caua, exerescētia in carne reprimere, ad cicatricē ducere, refrigerare, & occludere. Vritur argenti spuma, confractis partibus ad magnitudinem iuglandium, prunæ superpositis: ita accensa folli- bus, vt conflagret: abstergitur insidens spurcitia, & reconditur. Aliqui ter aceto aut vino restin- guentes, rursus vrunt, & eadem profecuti, re- ponunt. Lauatur vt cadmia. Vt argyri tidi no- minatæ, aut, si desideretur, alteri candor detur: ea in partem magnitudine fabarum confracta, chœnicis Atticæ mensura, fictili noæo superfu- sa aqua, addito candidi tritici pari pondere, pri- uatimque pugillo hordei, lineteolo puro, raro, ansulis vasis alligato, coquitur, donec hordeum fractum disiliat: deinde omnia in nouum crate- rem oris ampli transfunduntur: triticum abiici- tur, spuma argenti vehementer manibus affri- cando infusa aqua lauatur, assiccataque in The- baico mortario teritur, affusa feruente aqua, do- nec soluta fariscat: excolata aqua, iterum tota die teritur, & vesperi infusa calida aqua sinitur: ma- nē colis excernitur, alia infunditur, atque ter die excolatur. Id septem diebus fieri solet: postea additis ad singulas minas spumæ argenti, quin- salis fossilis drachmis, infusaque calida aqua, ter die teritur, & addita aqua excolatur: cūmque in albuerit, calida infusa, idem facito, dum nullam prorsus falsedine m respiciat. Demum ardentissi- mo sole siccata, eiecto prius humore, reconditur. Sin minas, mina spumæ argyritidis diligenter

teritur, addito sale fossili trito, triplicato pondere. in fictile nouum conicitur, aqua infunditur, ita vt superemineat: mouetur quotidie mane & uesperis, aquaque superinfunditur, priore nequaquam effusa. Hoc fit triginta diebus: namque nisi moueatur, crassescit, vsque in duritiem testæ. Post hæc effusa leniter muria, in Thebaico mortario spuma argenti teritur, coniectaque in fictile aquam continens, manibus diligenter agitatur, mutata subinde aqua, donec nullum falsuginis indicium præbeat. Deinde quod ex argenti spuma candidum apparet, in vas aliud transfertur, & reductum in pastillos, plumbea pyxide conditur. Alij spumam argenti in fabarum magnitudines confractam, in ventre suillo crudo ex aqua coquunt, dum viscus eliquescens contabescat, exemptamque cum sale pari terunt, & vt supra dictum est, lauant. Sunt qui salis libram vnã, & spumæ argenti tantũdem, in sole terant, aqua continuè mutata dum candor ei detur. Alia ratio: Sumito quantam vis argenti spumam: ubi lana candida inuolueris, fictili nouo indita aqua, cum pugillo fabarum recentium repurgatarumque decoquito. Cumque fabæ disruptæ debiscent, lanaque non denigretur, exemptam argenti spumam, & altera lana inuolutam, iterum coquito, cyatham aquæ & parem fabarum modum adiciens: eadem tertio, quæ supra, facito: in summa, tantisper, dum lana iam non inficiatur. Insuper transfundens in mortarium, ad singulas salis fossitij libras, adicito octogenas.

spumæ

spumæ argenti drachmas Atticas, & terito: intermitensque, nitri quàm albissimi cum aqua diluti drachmas quadraginta septem indito: iterum terito, donec sat is candoris contraxisse videatur. Ita autem fundens eam ex alto in fictile oris ampli, adiecta largiore aqua, ubi confidere defierit, colato: tum nouam superadiiciens a quâ, manibus probè versatam, si nito vt confidat, ac rursus per colum traicito. Alternis eadem prosequere, dum pura aqua dulcisque effluat, & nullam falsedinem præ se ferat. Postremò in fictile nouum translata, colato sensim omni humore, Soli quadraginta diebus sub Caniculæ sydus exponito, & siccata vtitor. Elotâ autem cõstat ad oculorum collyria prodesse, & ad cicatricum fœditates tollendas, & rugosas facies, & cicatricosas, laceratasque, & macularum plenas.

## Cerussa. CAP. LIII.

**C**erussa fit hoc modo: In fuso in vrceum oris lati, aut fictile labellum quàm acerrimo aceto, laminam plumbeam supra fictilis spiraculum, subiecta prius arundinea tegete, firmato: superiectisque velaminibus, ne halitum expir et acetum, ubi resoluta fuerit, defluensque deciderit, humorem purum ad summa delatum colato, crassamentumque transfundito: debet quoque sicari in sole, mox trusatili mola teri, aut aliàs tritum cribrari. Postea quod superest duri, in tenues partes redigendam, cribrandumque: vicissim eadem tertio quatuorque faciendam. Melior, quæ



primò cribrata est, & medicamentis oculorum  
 assumenda. Secundum locum tenet sequens, &  
 reliquæ suo ordine. Nec desunt, qui lignas ru-  
 des, in medio vase appendant, & de raso ceu situ  
 imposito, ita ut acetum non contingat, indito-  
 que operculo circumlinentes dimittunt. Post  
 dies decem, laxato obturamento visunt: cumque  
 resoluta materia fuerit, reliqua, ut supra dixi-  
 mus, exequuntur. Si autem quis in pastillos velit di-  
 gerere, aceto acri subacta, dividitur in pastillos,  
 qui in sole siccantur. Aestate tamen supra dictum  
 opus obeundum est: ita enim candida atque ef-  
 ficax redditur. Quinetiam hyeme paratur, vrcis  
 supra furnos, balnea, aut fornaces impositis: ascen-  
 dens enim calor, idem quod sol præstat. Lauda-  
 tissimam fieri putant Rhodi, & Coriethi, aut La-  
 cedæmone, proximam Puteolis. Torretur hoc  
 modo: Flagrantibus igni carbonibus, fictili no-  
 uo maxime Attico, tritam cerussam imponito,  
 & assidue versato: cumque cinereum colorem  
 traxit, eximens refrigerato, & vitior. Est & illud  
 vrendi genus: Trita patinis nouis supra prunas  
 imponitur, & ferulacea rude mouetur, donec co-  
 lore similis sandarachæ fiat: extractaque ad vsus  
 ministratur. Quæ verò ita parata est, sandyx à  
 quibusdam dicitur. Lauatur cerussa cadmiæ mo-  
 do. Vis ei refrigerare, occludere, emollire, exple-  
 re, extenuareque: insuper exerescentia leniter  
 reprimere, & ad cicatricem perducere. Miscetur  
 ceratis, & emplastris, quæ liparæ vocantur, pa-  
 stillisque: est autem lethalis eius potus.

## Chryfocolla. CAP. LIV.

**C**hryfocolla laudatiffima Armeniaca, colorē porri quā simillimè reddens. Secundum locum fibi vendicat Macedonica, & proximum Cypria, quo in genere præfertur pura: damnatur quæ terram aut calculos collegerit. Ratio lauandi hæc est: Tusam infusa aqua, mortario ex pasta manu ad pilam vehementer fricato, & statim quam confederit, colato. Alteram infundens aquam, rursus tertio: hæc vicissim proficere, donec pura synœraque spectetur. Dein siccato in sole, & ad usum recondito. Quod si velle volueris, ex ea terens quod satis esse videbitur, patinis supra carbones apponito, & alia facito, quæ supra diximus. Dos chryfocollæ ad purgandas cicatrices: excrescentem carnem coerces: adstringit, purgat, excalfacit, & modicè corpus mordendo exest. Inter medicamēta intelligitur, quæ vomitiones concitant, & necem inferre possunt.

## Lapis Armenius. CAP. LV.

**A**rmenius lapis præfertur lænis, colore cœruleo, perquam æquabilis, calculo carens, & friabilis. Eadem quæ chryfocolla præstat, sed inefficacius. Quinetiam vsum habet ad pilos in palpebris alendos.

## Cœruleus. CAP. LVI.

**C**œrulei origo ex ærariis metallis in Cypro: copiosior ex arena litorali: secundum quosdam sub cauetos specus maris inuenitur, qui magis

gis probatur. Eligi debet inebriatus. Vritur vt chalcitis, lauatur vt cadmia. Vim habet reprimentem, & modicè erodentem: crustas gignit, & exulcerat.

## Indicum. CAP. LVII.

**I**ndici duo genera, vnum sua sponte nascitur, tanquam spuma, germinatione Indicis arundinibus exiens. Alterum inferioriæ dant officinæ: & est sduma purpurea, innatans cortinis, quam detractam artifices siccant. Optimum existimatur quod cœrulei speciem præbet, succum suum sorbet, & læue. Inter medicamenta est, quæ leuiter adstringunt, & inflammationes, tumoresque rumpunt: purgat, & reprimat vlcera.

## Ochra. CAP. LVIII.

**O**chram leuissimam, & omnino luteam eligere oportet, saturatam, non lapidosam, friabilem, natione Atticam. Vritur hæc, & lauatur cadmiæ modo. Vis eius adstringere, erodere, collectiones & tubercula dissipare: excrescentia in carne reprimat: caua cum cerato explet, & articulorum tufos comminuit.

## Cinnabaris. CAP. LIX.

**H**allucinantur qui cinnabarin minio eandem esse existimant. Minium enim in Hispaniis ex lapide quodam argenteæ arenæ permisto, temperari solet, alioqui non dignoscitur. Fornacibus autem in florentissimum flagrantissimumque colorem permutatur: in metallis verò strangulans halitum eructat: itaque facies incolæ  
 yscis

vesicis obuelant, vt per illas spectent, nec respirando noxiam aërem attrahant. Eo pictores ad sumptuosa parietum ornamenta vtuntur. Cinnabaris vere ex Aphrica defertur, & magno constat: hætenus inuenitur, vt vix versicoloribus pictorum lineis satisficiat: intento colore, nec diluto præditum: quare quidam sanguinem esse draconis existimauerunt. Vim habet cinnabaris hæmatitæ lapillo eandem: conuenit ad oculorum medicamenta, verùm efficacius: magis enim adstringit, & sanguinem cohibet. Ambustis igni, & papularū eruptionibus, cerato excepta, medetur.

Argentum viuum. CAP. LX.

**A**rgentum viuum fit ex minio, quod abusiue cinnabaris dicitur, patinis fictilibus imposta, ferrea concha cinnabarin continente, & calice cooperta, argilla superlita, carbonibus succedunt, siquidem deterfa fuligo, quæ calici insidet, refrigerata in argentum viuum coit. Quin etiam inuenitur in argenti fodinarum tectis, stillatim concretum. Alij per sese in metallis inueniri tradunt. Seruatur in vitreis, aut plumbeis, aut stanneis, aut argenteis vasis: siquidem aliam materiã omnem excedit, & defluere facit. Potũ vim perniciousalem habet: suo enim pondere interna exest. Remedio est lac multum sabinde potũ, & vomitionibus reiectũ, aut vinũ cũ absynthio, aut ap decoctũ, aut semẽ hormini, aut origanũ, vel hy sopũ cum vino, auri limata scobs, id est, ramer quã tenuissimam epotum mirabili est auxi

## Rubrica Sinopica. CAP. LXI.

**R**ubrica Sinopis maximè probatua grauis, dē-  
sa, ad iocineris imaginem vergens, colorū  
expers, concolor cū diluitur, impendio fusilis.  
Effoditur in Cappadocia, speluncis quibusdam,  
expurgatāque defertur in Sinopem urbē, in qua  
venditur, vnde cognomentum accepit. Vim ha-  
bet exicatoriam, quasi inducendo obstruentem,  
& adstrictoriam: quapropter vulnerariis empla-  
stris, & pastillis exiccantibus, & adstrictorius cō-  
misceri solet. Aluū sistit, in ouo sumpta aut cly-  
stere infusa: datur iocineris vitio laborantibus.

## Rubrica fabrilis. CAP. LXII.

**R**ubrica fabrilis, ad omnia Sinopide inferior  
est. Optima Aegyptia, & Carthaginienfis, la-  
pidam expers, friabilis. Gignitur etiam in Iberia  
quæ ad occidentem spectat, ochra exusta, & de-  
generante in rubricam.

## Lemnia terra. CAP. LXIII.

**L**emniaterra, cuniculoso in speco nata è lemno  
insula, palustri loco defertur, inibi electa, &  
caprino sanguini permista: quam incolæ cogunt  
in pastillos, & imagine capræ signant: vnde &  
sphragida ægos, hoc est, sigillum capræ, appella-  
nere. Vim antidoti habet contra perniciosa ve-  
nena singularem pota cum vino, & præsumpta  
euomi venena cogit. Contra ictus morsusque  
animalium, quæ exitiale virus ei aculantur, pro-  
dest. Antidotis familiaris. Sunt qui hac ad sacri-  
ficia vtantur: est & dysentericæ utilis.

## Atramentum sutorium. . CAP. LXIV.

**A** Tramentum sutoriam genere quidem vnum & idem est, molle & concretum, sed in specie differentias treis habet. Vnum namque humoribus stillatim in cuniculos quosdam colatis, concreuit: quare ab iis, qui Cypria metalla perficiunt, stillatitium appellatur. Petesius ipsam pinationem vocat: alij stalacticon, id est, stillatitiū. Alteram simplici ratione fit in speluncis: postea transfusum in excavatos serobes, concrementum capessit, quod pecton, id est concretum, propriè nominatur. Tertium dicitur coctile, & in Hispania fieri solet: sed inutile, ac inualidissimum esse constat. Ratio parandi hæc est: Aqua madefactū decoquunt, mox in piscinas transfundunt, & residere patiuntur. Hoc certis diebus coalescit, in complureis formulas digestum, tesserarum speciem reddentes, quæ racematim inter se coherescunt. Optimum esse creditur, coeruleum, graue, concretum, translucens: cuiusmodi stillatitiū est, ab a iis lonchotō nominatū. Proximū concretitiū. Coctile verò ad insectus & denigrationes, aptius cæteris esse compertū est: sed ad medicinę vsum inualidius esse, experimēta docēt. Valet adstringere, calfacere, & crustas inducere: latus ventris tineas necat, drachmæ pondere denotatū, aut cū melle linctū: vomitus ciet: aduersus hausta sūgorū venena, ex aqua potū auxiliatur: purgat caput, aqua dilutū, & in vellere naribus instillatū. Vritur, vt paulo post in mētionē chalcitis ostendemus.

## Chalcitis. CAP. LXV.

**C**halcitis præfertur similis æri, friabilis, nec lapidosa, nec inueterata, intercurfantibus oblongis venis, splendentibusque, Huic absterforia vis inest, excalfaciens, & crustas vlceribus obducens: purgatque oculis, & eorundem angulis hærent. In genere leuiter excedentium est. Ad ignem sacrum, & vlcera quæ serpunt, efficax est. Sanguinem è vulua, & naribus erumpentem, cum succo porri sistit: ginginarum vitia, depascentia vlcera, ronsillalque, eius farina compefcit. Vsta, & cum melle trita, oculorum medicamentis longè vtilior redditur. Callum genarum, & scabritiam absomit, abstergetque. Fistulas tollit, collyrij modo in eas adacta. Fit ex chalcite medicamentum quod p̄toricon vocant, duabus eius partibus, cum vna Cadmiæ additis, & ex aceto tritis. Oportet autem in fictili obruere fimo, diebus quadraginta, per Caniculæ ardores: sic enim fit acrius. Idem, quod chalcitis, potest. Alij pares vtriusque portiones in vino terunt, & eandem prosequuntur. Vritur chalcitis fictili nouo, viuis carbonibus superposito. Modus autē vstionis in humidioribus est, dum ipsa chalcitis bullas excitare desierit, & perfectè inaruerit: in reliquis verò, dum mutata in floridum colorem fuerit, & sanguineum & miniatum colorem contraxerit, tum demum eximenda est. Insidens autem spurcitia flatu expellenda, mox reponenda. Torretur etiā in perflatis carbonibus, vsquedum

dum luteo colore pallescat : aut fictili subditis cadentibus prunis , subinde versata , donec igni conflagret, & colorem mutet.

Misy.

## CAP. LXVI.

**M**isy assumendum natione Cyprium, auri simile, durū, quod friando auri colorem imitatur, & stellæ modo splendet. Vim habet, & vitionem cum chalcitide eandem, præterquam quòd psoricum ex eo non conficitur, excessus defectusque ratione tantū differens. Aegyptiū autem cæteris præstat, utpote quod efficacius habeatur, sed ad ocularia medicamenta multò supradictò inferias.

Melanteria.

## CAP. LXVII.

**M**elanteria geminæ est originis: quædam in faucibus cuniculorum, quibus æs eruitur, salis modo concrevit. Alia verò in summa facie supradictorum locorum coit, quæ terrena est. Quin etiam inuenitur in Cilicia, & aliis quibusdam regionibus, fossilis quædam. Præstat, quæ sulphuris colorem trahit, lævis, pura, æquabilis, & quæ contactu aquæ confestim nigrescit. Vim causticam eam obtinet, quam & misy.

Sory.

## CAP. LXVIII.

**S**ORY existimarunt aliqui melanteriam esse; aberrantes, siquidem sui generis est sory, ei non ab simile: verum sorèi virus inest graue, & nauseam mouens, inuenitur etiam in Aegypto, & aliis quibusdam regionibus, ut in Libya, Hispani, & Cypro. Præfertur Aegyptiū, quodque

Ff

frianti



frianti nigrius apparet, in multa foramina debi-  
 fcens, fuppingue, infuper adstringens, & olfactu  
 deuorationeque magnum virus olens, ita vt flo-  
 machus in vomitiones effundatur. Quod autem  
 friatum fcintillas mifcos modo non emittit, &  
 alterius generis effe, & inualidam censendam  
 eff. Vim & vftionem fupradictis fimilem habet:  
 dolori dentium, cauernis inditum medetur, & ol-  
 que labantes firmat: ifchiadicis ex vino infufum  
 auxiliatur: illitam cum aqua, varos extinguit.  
 Medicamētis admifcetur, quæ capillos denigrat.  
 Hæc autem ferè omnia, & alia, quæ vftionem ex-  
 perta non funt, peruftis validiora effe exiftimā-  
 tur: præter falem, & vini facem, nitrum, calcem,  
 & confimilia, quæ cruda remiffiora funt. Com-  
 bufta enim, viribus efficaciora redduntur.

Diphryges. CAP. LXIX.

**D**iphrygis tria genera effe creduntur. Quod-  
 dam enim metallicum eff, quod in Cypro  
 fola gignitur: lutofum namque extrahitur ex  
 luto cuiusdam inibi fpecus: extractum, fole fic-  
 catur, mox circumpoftis farmentis vratur. Di-  
 phryges ideo vocatum eff, quod & à fole, & à  
 farmentis vratur, arefcit, & fermè torreatur.  
 Alterum perfecti æris: quali fubfidens fax eff: fi  
 quidem poft frigidæ aquæ offufionem, vt fuprà  
 retulimus, cum de flore æris differeremus, fub-  
 lato ære, fornacum ima parte cohærens id ge-  
 nus inuenitur, & adftrictionem & guftum æris  
 habens. Tertium fic fit: Lapidem pyriten, vt cal-  
 cem

cem multos dies cremant in camino: cūque colorem rubricæ contraxerit, eximentes recon-  
dunt. Quidam tradunt hoc ex sola materia, quæ lapidem æris gignit, fieri: quando in dictis æreis affata & in serobes translata peruritur. Tunc enim ambientem serobis locum comprehendit, & exemptis lapidibus nihilominus inuenitur. Præfertur quod saporem æris reddit, æroginif-  
que, adstringens, & vehementer exiccans linguā: quod sibi exusta ochra non vendicat: quæ crema-  
ta, diphrygis vice venit. Vis eius adstringere, perpurgare, extergere, siccare, exerescentia con-  
sumere, vlcera serpentia, & quæ cacoethe vocāt, ad cicatricem perducere. Suppurationes terebin-  
thina aut cerato exceptum discutit.

## Auripigmentum. CAP. LXX.

**A**uripigmentū in eisdē metallis, quibus sanda-  
racha, gignitur. Optimū existimatur crusto-  
sum, aureo colore micans, nulli materiæ permi-  
stum, in squammas fissile: quale in Mylia Hel-  
lespontinacitur. Huius duo genera fluxerunt:  
Vnum supra dictum est. Alterum glandis effi-  
gie, pallidum, & colore sandaracham imitans;  
glebosum, ex Ponto, & Cappadocia defertur:  
quod etiam secundum locum tenet. Torretur  
in testa noua viuis carbonibus subiectis, assi-  
duoque versatur, donec igne flagret, & mutet  
colorem; deinde refrigeratum, tritūmque recon-  
ditur. Vim habet adstrictoriam, & erodentem,  
crustas cum vehemēti vredine, & violēto mor-

su excitat: reprimat quæ excreſcunt: & capillos euellit.

Sandaracha. CAP. LXXI.

**S**andaracha probatur roſa, & ſaturatior, & aliena materia vacans, friabilis, cinnabaris colore, ſulphuris viſus redolens. Dos eadem & uſtio, quæ auripigmento: explet alopecias, reſina excepta, & ſcabros unguis cum pice eximit: contra phthiriſin ex oleo efficax eſt. Tubercula cum adipe diſcutit. Prodeſt ad narium oriſque vlcera, & cæteras papularum eruptiones cum roſaceo: item condylomata. Datur ex mulſo, purulenta extuſſientibus. Sufficit quoque cum reſina: aduerſus veterem tuſſim, raptò per fiſtulam nidore: vocem expedit, cum melle delincta: ſuſpirioſis cum reſina in catapotio optime datur.

Alumen. CAP. LXXII.

**O**mnis aluminis genus ferè in Aegypto & in eiſdem metallis inuenitur: etenim ſciſſile quoddam, quaſi flos gleboſi intelligitur. Gignitur & in aliis quibuſdam locis, in Melo, in Macedonia, in Liparis, Sardinia, Hierapoli Phrygiæ, Aphrica, Armenia, & plerique aliis regionibus, ſicut & rubrica. Plurimæ eius ſpecies: verum ad medendi uſum, ſciſſile, rotundum, & liquidum expetuntur. Optimum eſt ſciſſile, præſertim recens: candidiſſimum, guſtu perquam adſtringens, graueolens, calculorum expers, nec glebuſoſe aut aſſoſe compactum, ſed ſigillatim in capillamenta quædã caneſcentia debiſcens, qua-

le est quod trichites, quasi capallare nominatur, in Aegypto natum. Reperitur quoque lapis, huic alumini persimilis, qui gustus iudicio dignoscitur, quod non adstringat. Damnatur in rotundi genere, quod manu confectum est: sed ex figura deprehenditur. Assumendum autem suapte natura rotundum, bullis turgens, albo propius, atque validius adstringens, præterea, nonnihil pallores cum quadam pinguitudine præ se ferens, sine arenis, friabile, natione Aegyptium, aut ex insula Melo. Liquidi probatio, ut sit limpidum, lacteum, æquale, & semper succo madens, sine lapidibus, atque quendam coloris igniculum expirans. Vim habent excalfaciendi, stringendi, & expurgandi, quæ caliginem pupillis oculorum offundunt: genarum carnem, cæterasque excrescentias extenuant. Scissile rotundo efficacius intelligitur. Vri & torreri chalcitidis modo debent. Putrescentia vlcera compescunt: sanguinis fluxiones inhibent: gingiuas humore prægnantes comprimunt: motus dentium cum aceto & melle firmant. Profunt cū melle vlceribus oris, eruptionibus papularum, & fluxionibus aurium, cum sanguinalis herbe succo: lepris conueniunt cum brassicæ foliis aut melle cocta: item, pruritu & vngutum scabritiis, pterygiis, & pernionibus, aspersa cum aqua. Valent cum aceti sæce, & galla, pari pondere cremata, ad phagedænas vlcerum, & cum salis duabus partibus, ad vitia quæ pascunt: fursures cum eruo & pice illita abstergunt: ad lendes, pediculos: ambusta, cum aqua

illata auxilio sunt. Contra tumores: & graue alarum inguinumque virus, illinuntur. Ex Melo autem aduectum, mulieribus præstat ne concipiant, ante coitum ori vuluæ inditum: partus quoque extrahit: gingiuis, si caro excreuit, vuæ ac tonsillis accommodantur, ori, auribus & uerendis cum melle illinuntur.

## Sulphur. CAP. LXXIII.

Sulphur optimum existimatur uiuum, quod apyron vocant, nitidulæ modo splendidum, perlucens, minimè lapidosum. Probatum in genere sulphuris ignem experti, quod viret, ac præpingue spectatur. Placimum in Melo & Lipara gignitur. Supradictum sulphur calfacit, discutit, & celeriter concoquit prodest tussibus, suspiriosis, paralenta extulsientibus in ouo sumptum, aut suffitum: præterea partus, viti nidore extrahit: lepras, lichenas, scabros vagues, cum resina terebinthina mistum, aufert: cum aceto autem illitum, ad lepras efficax est: vitiligines tollit: scorpionis ictibus, addita resina, medetur: cum aceto verò, draconis marini scorpionisque plagas sanat. Pruritus toto corpore erumpentes, cum nitro detersum, sedat: regium morbum emendat, insparsum fronti cochlearis mensura, aut in forbili ouo sumptum. Facit ad grauedinem, & destillationes: sudores quoque conspersum inhibet: podagricis, cum aqua & nitro illitum, conducit: grauitatem auditus, suffiti nidore raptum per fistulam hausto, sanat: lethargicos suffitu excitat,

erum-

erumpentem vndeumque sanguinem sistit: cō-  
tatis auribus, cum vino & melle illitum me-  
detur.

## Pumex. CAP. LXXIV.

**P**Vnicis probatio, vt magnopere leuis, spon-  
giolosus, scissilis, nec arenosus, item teri facilis,  
& candidus. Crematur flagrantissimis carboni-  
bus obrutus, & vbi canduerit, extractus, vino  
refringitur odorato: iterumque incensus extin-  
gnitur: & tertia vstione exemptus, & per se re-  
frigeratus ad vsus conditur. Vis eius adstringe-  
re, gingiuas abstergere: purgat cum calfactione,  
quæ caliginem pupillis offundunt: explet vlce-  
ra, & ad cicatricem perducit: excrementa cohi-  
bet: Fit ex farina eius dentifricium. Corpori cru-  
stam obducit: auellendis capillis aptus. Theo-  
phrastus author est, si quisquam in bullientem  
vrcem vini pumicem iniecerit, fernorem sta-  
tim sedari.

## Sal. CAP. LXXV.

**S**AL fossilis efficacior est, communiter, si est  
candidus, calculis vacans, & perspicuus, den-  
sus, æquali compage. Peculiariter Ammoniacus  
natione laudatur, si modò findi facilè possit, &  
in recta segmenta diduci. In marino sale eligen-  
dus est candidus: æqualis, densus. Probatissimus  
in Cypro fit, & Salamine Cypri, & Megaris, in  
Sicilia & Aphrica. Sed inter dicta salis genera  
lacustris præfertur: sed multò validissimus est.  
Phrygius nomine tapæus, aut tritæus, aut gna-

tans. Solis, natura in commune perquam utilis  
 est: adstringit, absterget, expurgat, dissipat, reprimi-  
 mit, extenuat, & crustas inducit. Sed hoc inter-  
 est, quod alius alio sit præstantior. Quia & a pu-  
 tredine vindicat. Admiscetur medicamentis plo-  
 ras abstergentibus. Excrescentia in oculis reprimi-  
 mit, & pterygia consumit, cæterâsque carnis ex-  
 tuberationes tollit: clysteribus infunditur: dis-  
 curit lassitudines ex oleo illitus. Contra hydro-  
 picorum tumores auxiliatur, doloresque in fac-  
 cis fotu mitigat, & pruritus sedat, ex oleo & ace-  
 to infrictus ad ignem, donec sudent. Item li-  
 has, lepras, psorâsque. Anginam ex melle, aceto,  
 & oleo illitus lenat: tonsillis vuæque, cum mel-  
 le tostus. Vlceribus in ore manantibus, gingiuis,  
 quas humor vexat, & phagedænis vlcerum, cum  
 polenta crematus illinitur. Aduersus scorpio-  
 num ictus, cum lini semine: contra serpentium  
 morsus, cum origano, melle, hyssopo: aduersus  
 cerasten, cum pice, aut cedria, aut melle auxilia-  
 tur. Contra scolopendræ morsus cum melle &  
 aceto: aduersus vesparum ictus, & teredines, al-  
 bidasque capitis pustulas, thimos & tubercula,  
 cum seao vitulino: furunculos cum vna passa, aut  
 fuallo adipe, aut melle discatit. Testiam tumo-  
 res cum aurigano, & fermento maturius conco-  
 quit. Crocodilorum moribus auxiliatur, tritus,  
 in linteolo, & intinctus aceto: ita vt vinculis lo-  
 ca constringantur. Prodest ad bestiarum morsus,  
 sugillationes in facie, ex melle. Contra haustum  
 opium & fungos, cum aceto mulio bibitur. La-

xatis imponitur cum farina, & melle: ambustus igni cum oleo impositus, postulas erumpere non patitur. Podagricis itidem imponitur: & aurium doloribus cum aceto: ignes sacros, & ulcera quæ serpunt, cum aceto aut hyssopo illitus sistit. Vritur fictili, diligenter opertus ne exiliat, conditufque prunis, vsquedam effervescat. Aliqui fossilem subacto polline obliniunt, & carbonibus subiiciunt, vsque dum eius crusta exaratur. Solet & sal communis hoc modo vri: Aqua semel abluitur, & siccatus in ollam coopertam mittitur, subdito igne, moueturque, donec iam non exiliat. Spuma salis, spumosi maris lanugo, siue ramentum est in exilibus petris inuentum, cui vis eadem quæ sali.

Muria.

CAP. LXXVI.

**M**Vria effectus salis præbet, abstergitque: dysentericis infunditur, etiam si nome intestina corripit: & ischiadicis veteribus. Ad fetus, aquæ marinæ usum præstat.

Flos salis.

CAP. LXXVII.

**F**LOS salis flumine Nilo defluit: lacubus tamē quibusdam innatat. Assumendus qui crocei coloris est, odore ingrato, ceu gari. Interdum longè magis virus olet, gustufque mordacior, & pinguis lentus. Fucatus autem rubrica, aut scrupulosus, improbatur. Præterea syncerus non nisi oleo resoluitur: adulteratus nonnulla ex parte, etiam aqua, diluente facitiam colorem. Ad ulcera, quæ cacœthe vocantur, & phagedænas,

Ej 5

geni-



genitalium nomas, & purulentas aureis, efficax est: oculorum habetudines, cicatrices albuginēſque tollit. Emplaſtris vnguentiſque coloris cauſa, vt roſaceo, miſcetur: ſudorem cit aluum turbat, in vino aut aqua ſumptus: ſtomachum malè habet. Additur acopis, & ſmegmatis, quæ albandi capilli gratia componitur: & in vniuerſum acris eſt, & feruentis naturæ, vt ſal.

## Nitrum.

## CAP. LXXVIII.

**P**ræfertur nitrum leue, roſeo colore, aut candido, in foramina dehileſcens, pèrinde quaſi ſpòſoſum quiddam, quale ex Buniſ affertor. Humores euocat, qui in alto concreuerunt. Spuma nitri optima eſſe putatur, leuiſſima, gleboſa, friabilis, colore penè purpureo, aut ſpumofa, & mordens: qualis ex Philadelphis Lydiæ defertur. Secūda eſt Aegyptia. Quin & in Magnesia Caria gignitur. Vin & vſionem ſalis habet, tam nitru, quam ſonina eius. Præterea nitrum tormina ſecōat, ſi tritum cum cumino bibatur, in hydromelite, aut ſapa, aut aliquibus, quæ inflationes diſcutere poſſunt, vt ruta, vel anetho. Febris circa redeuntibus illinitur, ante ſuſpectam accēſionem. Miſcetur emplaſtris, quæ extrahunt, & diſcutiunt, extēnant, & lepras abſtergunt. Cum aqua autem calida aut vino infuſum, inflationes, purulentas aureis, & ſonitus earundem ſanat: ſordes expurgat, cum aceto in ſillatam. Canum morſibus ex aſinino adipe aut ſuillo medetur: reſinæ terchinthinæ admixtum furunculos  
aperit:

aperit: aquæ intercutem cum fico illinitur: oculis ad claritatem visus cum melle succurrit: & venenis fungorum, ex posca potum: aut si buprestis momorderit, ex aqua: iis verò, qui taurinum sanguinem biberint, ex laserpitio, iisque qui cibum non sentiunt, vtiliter obducitur: opisthotonisque iam remissioribus, & luxatis, cum cerato: in resolutione linguæ, pani commodè permiscetur. Aliqui supradicta carbonibus vrunt, subiecta prius testa noua, donec incandescant.

## Fæx. CAP. LXXIX.

**E**Ligenda fæx maximè à vino vetere, Italico: <sup>fin</sup> minus, ab aliò confimili. Fæx aceti viribus longè acrior est. Crematur vt alcyonium, antè diligenter siccata. Sunt qui noua testa igni largo vrant, vsque dum penitus incendatur. Alij viuis carbonibus fæcis glebam obrunt, & idem opus prosequuntur. Experimentum est legitimæ vstionis, vt aërio nitore in albescat, linguamque tactu vrens videatur eadem vrendæ fæcis aceti ratio. Vis ei supra modum vrens, & abstergens: vlcera ad cicatricem perducit, adstringit, vehementer ex est, siccâtque. Sed recenti vtendum est, quoniam celeriter exanimatur: proinde non nisi in reconditorio, & vase aliquo reponi debet. Lauatur, vt pompholyx. Quæ vstionem experta non est, tumores & per sese, & cum myrto cohibet: ventris stomachique fluxiones illita sistit: muliebri profluum, imo ventri aut genitalibus imposita, mitigat: panos discutit, nondum  
exul-

exulceratos, & tubercula: rigentes mammæ, si-  
 que lactis impatientes, cum aceto peruncta ex-  
 ringuit. Cremata verò, ungues scabros cum resi-  
 na aufert: addito lentiscino oleo, illita nocte to-  
 ta, rufat capillum. Elota oculorum medicamen-  
 tis, vt spodos, adicitur: cicatrices eorum & cali-  
 gines eadem abstergit.

Calx viva.

CAP. LXXX.

**C**ALX viva hoc modo fit: Marinorum bucci-  
 norum testas igni condito, aut feruenti eliba-  
 no, nocte dimittito: postera die, si candidissima  
 fuerint, extrahito: sin aliter, iterum vrto, vsque  
 dum vehementer inalbuerint. Deïn vbi in aquâ  
 frigidam immersæ fuerint, in fistile nouum con-  
 iicito, & exactè pannis operiens, noctem vnâ  
 conuiescere finito: manè eam extrahens, vbi  
 perfecto omni opere elaborata fuerit calx, re-  
 condito. Fit & è litoralibus calculis igne crema-  
 tis, necnon è vili & fusaneo marmore, quæ cæ-  
 teris præfertur. Vis omni calci in commune  
 ignea, mordens, adurens, & crustas inducens: qui-  
 busdam aliis immista, vt adipi, oleo, concoquen-  
 di vim assumit, mollit & dissipat: vlcera ad cic-  
 tricem perducit. Efficacior existimatur recens,  
 nec aspersa aquis.

Gypsum.

CAP. LXXXI.

**G**YPSUM vim habet adstringendi, obstruendi  
 sanguinis eruptiones sudorésque cohibet: sed  
 potum, strangulationis modo iugulat.

Sarmentitius cinis. CAP. LXXXII.

Sarmentorum cinis vrendi vim habet: cum saxungia autem vel oleo illitus, fractis nervis, articulorum collisionibus, & nervorum nodis prodest, cum nitro & aceto, excrescentias carnis in seroto reprimit: serpentium canumque moribus illitus ex aceto medetur: crustas obducentibus medicamentis admiscetur. Fit ex eo lixiuum contra præcipitationes, & fungorum venena, cum aceto, sale, & melle.

Alcyonium. CAP. LXXXIII.

Alcyonij quinque esse genera compertum est: vnum enim spissum, acerbi saporis, spongiosa facie, item tetri odoris: ponderosum, & pilicem olens, quod plurimum in litocibus, inuenitur. Alteram pinnulæ oculorum, aut spongiæ simile, fistulosum, & leue, odorem algæ referens. Tertium vermiculi forma, & colore magis purpureum, quod Milesium quidem vocant. Quartum succidis velleribus non dissimile, multis inanitatibus hians, leue. Quintum figura fungi, sine odore, asperum, parte interna quodammodo pumicosum, foris læue, acre, quod plurimum in Propontide iuxta insulam Besbicum appellatam gignitur, patrio nomine halos achnen vocant. Duo priora in foeminarum smegmata assamuntur, contra lentigines, lichenas, lepras, vitiligines, nigritias, & maculas in facie reliquaque corpore. Tertiam iis, qui difficili vrina vexantur, aut arenulas in vesica colligunt, idoneum est: item renibus

nibus affectis, aquæ intercutem, lieni. Vstum autem, & ex vino illitum, alopecias replet. Postremum dealbandis dentibus aptū est: in alia smegmata, psilothræque assumitur, cum sale mistum. Si quisquam alcyonium cremare velit, cum sale in crudum fistile mittat, & oblinens vasis spiraculum luto, ita fornaci mandet, & cum siglinum percoctum fuerit, extrahens ad vsus recondat. Lauatur vt cadmia.

## Adarces. CAP. LXXXIV.

**F**IT in Cappadocia quod adarces appellatur: est autem tanquam concreta falsilago, humidis & palustribus locis siccitate emergens, & arundinibus ac herbis agglutinata, colore flori lapidis Asij similis, & omni forma molli alcyonio, & aliquantum cauo proxima, vt videri possit lacustre alcyonium. Ad euellendas lepras, lentigines, lichenas, & vitia cutis in facie, & similia, accommodatur: & in summa, vis ei acris. Humorem euocat, qui in alto concreuit, & ischiadicis prodest.

## Spongiæ. CAP. LXXXV.

**S**PONGIIS alias mares appellauere, tenui fistula, spissas: quarum duriores tragos nominarunt. Fœminas autem, quæ contrarias dotes habent. Vruntur eæ, vt alcyonium. Recentes sine pinguitudine, vulnerariæ sunt, & tumores reprimunt: recentia vulnera ex aqua poscæve conglutinant: veteres sinus ex decocto melle iungunt. Verustæ autem inutiles. Aridæ ligatæ lino: si penicilli modo

mōdo adigantur, oclusa vlcera, callōsque laxāt: siccē recentes & vacuæ senilia vlcera, & quæ fluxione laborant, aut cunicularim exedant, imposito siccant: sanguinis proflauium sistunt. Crematarum cinis ex aceto, aridæ lippitudini auxiliatur: & vbi quid abstergere, aut adstringere opus est. Vtilias, in oculorum medicamentis lauare cinerum. Omnium cinis cum pice crematarum, profluentem sanguinem sistit. Candidæ cura fiunt, e mollissimis recentes, per æstus tinctæ salis spuma, quæ petris cohæret: insolantur inuersæ, hoc est, parte caua sursum spectante, & qua ascissæ fuerant, deorsum. Si verò æstiuâ serenitate ad lunam sternantur, persusæ salis spuma, aut maris aqua, maximum candorem referent.

## Corallium. CAP. LXXXVI.

**C**orallium, quod aliqui lithodendron appellant, marinum esse fruticem constat, qui alto extractus, duratur statim atque emergit, tanquā offuso aëre protinus concrescat. Plurimum inuenitur ad Syracusas, in promōtorio cui Pachyno nomen est. Laudatissimum, rubens, colore antherici aut sandycis saturatæ, nec secus terenti facile cedens, æquali vsquequaque concremento, rursus algæ aut fuci marini odore, quàm ramosissimum, forma fruticis, cinamomi æmulum. Quod autem in lapidis duritiam coit, scrupulosum, inane, & lacunosum, vitiosum existimatur. Adstringit, & refrigerat mediocriter: excre  
tia

tia coercet, oculorum cicatrices abstergit: vlcerum cana, & cicatrices explet: contra sanguinis reiectiones magnopere efficax est, vrinæ difficultati auxiliatur. Quin & potum ex aqua lienem absumit. Quod antipathes vocant, corallium esse arbitrantur, specie tantum distans. Est autem colore nigro, arboris figura, ramosum magis. Vires supradicti habet.

Phrygius lapis. CAP. LXXXVII.

**P**hrygius lapis, quo infectores in Phrygia vntur, à qua nomen accepit, nascitur in Cappadocia. Optimus habetur pallidus, modicè grauis, non solida corporis compage, intercedentibus albis segmentis, vt in cadmia. Vritur autem vino optimo perfusus, vniisque carbonibus obrutus, perflatur assiduè follibus, donec mutato colore rufescat: rursus extractus eodem vino restinguitur. Hoc iterum & trinis vicibus faciendum: attendendum tamen, ne minutim confringatur, & in fuliginem euanescat. Vis crudo vstōque adstrictoria, expurgans: vlceribus crūstas quadāntenus inducit, ambustis cum cerato medetur. Lauatur vt cadmia.

Asius lapis. CAP. LXXXVIII.

**A**sium lapis assumi debet pumicis colore, leuis fungosus, item friabilis, scissiles venas lute, coloris ad imum actas habens. Eius flos, salsago sobstiaua est summo lapide insidens, compage tenui, colore in aliquibus albo, in aliis pumici simili, ad luteum vergente: ad motus linguæ aliquantū

quantum mordet. Vim habet vterque omne secus  
 riam, & modice erodentem, admistus liqua reddit:  
 ci, aut terebinthinæ, tubercula discutit. Sabarum  
 validior flos existimatur. De cæterò sic. Fit &  
 flos, vetera vlcera & cicatrici repugnantia sanant-  
 exerescentia cohibet, tetræque vlcera & fungis  
 similia, cum melle expurgat: vlcerum caua ex-  
 plet, & expurgat cum melle, depascentiæque cū  
 cerato sistit. Fit cataplasma ex eo podagris, misto  
 fabæ lomento: & lienosis, ex aceto & viva calce.  
 Prodest flos ex melle phthificis linctū. Podagri-  
 ci icuantur, pedibus in solo ex eo lapide exca-  
 uato inditis. Fiant quoque pulueres, qui corpo-  
 ra erodunt, & luxuriantem carnem, & corporum  
 crassitiem absumunt, cum vice nitri in balneo  
 sparguntur. Si lauare libet, cadmiæ modo lauatur.

## Pirites.

## CAP. LXXXIX.

**P**irites lapidis genus est, à quo æs conflat.   
 Eligi debet æris similitudine, facile scintillas  
 edens. Vritur sic: Melle irrigatus molli pruna  
 continuè statur follibus, donec rufescat. Alij in  
 multos carbones igni candentes, lapidem copio-  
 so melle perfusum deiciunt, & vbi ad solum  
 colorem vergere cœperit, extrahunt: efflatoque  
 cinere, rursus madefactū cremant, donec æqua-  
 biliter assiccatus, friabilis reddatur: siquidem sæ-  
 pe facies summa solūm vititur. Ita crematos, sic-  
 catūque, reconditur. Si eloto opus sit, lauari de-  
 bet vt cadmia. Tam crudi quàm vsti vis est, ex-  
 calfacere, abstergere, offusam oculis caliginē ex-



tia coercitur concocquere, & concoctas dilu-  
rum callesina exceptus excreſcentia in carne  
reieci, ſed calorem quemdam & adſtrictionem  
cultis ita uſum nonnulli diphryges appellant.

Hæmatites, CAP. XC.

**H**æmatites optimus habetur friabilis, ſatu-  
rato colore niger, durus & ſnapte ingenio  
æqualis, nulla ſorde admixta, nulloque zonarum  
diſcurſu. Vim habet adſtringentem, & exalta-  
toriam aliquantum extenuantemque: oculorum  
cicatrices & ſcabritiam cum melle purgat: cum  
lacrima autem muliebri, lippitudini, fractis, & oca-  
lis cruore ſuffuſis conuenit: bibitur contra diffi-  
cultatem urinae, & fluxiones mulierum in vino:  
& ab his qui ſanguinem reiecerunt, cum ſucco  
pomei mali. Fiunt ex eo coticulae & collyria  
oculorum vitiis apta. Vritur ut Phrygius, ſine  
vino dumtaxat. Modus uſionis eſt, ut modicè  
leuis fiat, & bullis quibusdam intumeſcat. Sunt  
qui hæmatitem ita adulterant: Denſam glebam  
rotandamque ſchiſti lapidis, cuiusmodi ſunt quæ  
eius radices vocantur, in vrceum ſiglini operis,  
qui ſeruentem cinerem contineat, condunt pau-  
cæque interiecta mora eximunt, experiunturque  
ſi trita ad cotem hæmatitæ colorẽ reddat: quod  
ſi ita res ſe habet, reponunt: ſin minus iterum ob-  
ſeruant, & ſubinde conſpicientes, periculum fa-  
ciunt: ſiquidẽ in cinere diu dimiſſus, colore mu-  
tato diſſanditur. Coarguitur malè conſectus, pri-  
mum ſciſſilibus uenis: quippe in rectos uenarum

discursus refringitur. At hæmatites longè secus se in colore habet: namque hic floridum reddit: hæmatites verò saturatiorem, atque cinnabarim imitantem. Inuenitur in Sinopica rubrica. Fit & è magnete lapide, vehementer ambulto. In Aegypto sponte naturæ cum metallis enascitur.

Schistus lapis. CAP. XCI.

Schistos lapis in Iberia Hispaniæ gignitur. Probatum maximè qui croci colorem æmularur, friabilis, suapte natura fissilis, concremento & alterno cohærentium venarum discursa, pectinum modo, Ammoniaco sali similis. Vim exhibet hæmatitè, sed ad omnia infirmiorè. Quin & caua replet muliebri lacte persusus: ad proci-dentia, rupta, item genarum crassitiem, & vnas oculorum, magnopere efficax est.

Gagates. CAP. XCII.

IN gagatarù lapidum genere præferendas, qui celeriter accenditur, & odorem bituminis reddit: niger est plerumque, & squallidus, crustosus, perquam leuis. Vis ei molliendi, & discutiendi: deprehendit fonti cum morbum suffitus, recreatque vuluæ strangulationes: fugat serpentes nidore: podagricis medicaminibus, & acopis additur. In Cilicia nasci solet, qua influens amnis in mare effunditur, proximè oppidum quod Plagiopolis dicitur. Vocatur autem & locus & amnis Gagas, in cuius faucibus ij lapides inueniuntur.

Alij plures lapides. CAP. XCIII.

Lapis thracias dictus, nascitur in flumine quo-

dam Seythiæ, cui Ponto nomen est. Vis ei gaga-  
tæ. Traditur aqua accēdi, & oleo restingui: quod  
in bitumine accidit. Magnes lapis optimus est,  
qui ferrum faciliè trahit, colore ad cœruleū ver-  
gente, densus, nec admodum grauis. Datur cum  
aqua mulla, trium obolorum pondere, vt cras-  
sos humores eliciat. Sunt qui magnetem cre-  
matum pro hæmatite vendant. Arabicus lapis  
maculoso ebori similis. Is tritus illitu hæmor-  
rhoidas exiccat: eius cinis dentifricio optimus.

Galactites appellatur, quòd lacteum succum  
resudet: cinerei tamen est coloris, ac gustu dul-  
cis. Ad oculorum fluxiones & vlcera conuenien-  
ter illinitur. Oportet autem in aqua tritum, py-  
xide plumbea recondere, propter vim glutini,  
quod ei obhæret. Melitites omnia galactitæ simi-  
lis: hoc tantum interest, quòd dulciorem succum  
remittit. Eiusdem vt galactites effectus. Moro-  
chthus lapis, quem aliqui glaxiam, aut lencogra-  
phida vocauerunt, in Aegypto nascitur: quo, vt-  
pote molli, & faciliè liquefcente, linteones deal-  
bandis vestibis vtuntur. Spiracula corporis ob-  
struere videtur, conueniens iis, qui sanguinem  
expuant, coeliacis, & veticæ doloribus, cum aqua  
potus: itidem fluxionibus vulvæ, & impositus  
velleri. Mollibus oculorum collyriis miscetur:  
explet enim caua, atque delaerymationes sistit.  
Idem cerato exceptus, vlceraque fiunt in teneris  
partibus corporis, ad cicatricem perducit. Alba-  
strites vocatus onyx, crematus, resina aut pice  
assumpta duritias discutit: stomachi dolores cum

cerato leuat, & gingiuas comprimit. Lapis nomine thytes, in Aethiopiâ gignitur, subuiridâ colore iaspidem imitatus: cum diluitur tamen lacteum succum reddit. Vehementer mordet tenebras, quæ pupillis obuersantur, expurgat. Iudæicus lapis in Iudæa nascitur, glandis effigie, candidus, scita admodum configuratione, lineis æqualiter inter se distantibus, quasi industria detornatis: solutus nullam qualitatem manifestam gustui repræsentat. Potest ciceris magnitudine tritus ad cotem, ut collyrium, cum calidæ aquæ cyathis tribus, potu difficultati urinæ auxiliari, & calculos in vesica comminuere. Amiātus lapis in Cypro nascitur, scisso alumini similis: quo, ut pote flexili, telas & vela tantum spectaculi gratia texunt, quæ ignibus iniecta ardēt quidem, sed flammis iniecta splendidiora exeūt. Saphirus lapis, percussis à scorpione potu prodesse existimatur. Contra intestinas exulcerationes bibitur. Excrecentia in oerlis, vuâsque & pustulas inhibet, & ruptas membranas cogit. Memphites in Aegypto iuxta Memphin inuenitur, calculorum magnitudine, pinguis, versicolor. Tradunt trito & illito, quæ vrenda aut fecanda sunt, sine periculo obstupescere, ita ut nō sentiant cruciatum. Selenites lapis, quem aliqui aphroselenon appellarunt, quoniam noctu inuenitur lanæ imaginem reddere, qui cum ea quidē augetur & decrescit. Nascitur in Arabia, candidus, translucens, leuis. Huius ramenta comitialibus in potu dari iubent. Hoc ceu gestamine ad

amuleta mulieres vtuntur. Arbores ad alligato eodem frugiferæ redduntur lapidum quædam smaragdum imitatur, alia crystallum, colore similis pituitæ: alia non dissimilis aëri, ob id vocatur aerizusa: alia veluti fumo infecta, quæ capnias ex argumento vocatur: quædam lineis albis & resplendentibus præcingitur, Assyrios appellata: alia terebinthinæ similis, quæ terebinthizusa dicitur: alia colore callaida gemmam æmulatur. Omnes amuleta esse traduntur, & accelerare partum femoribus appensæ. Aetites lapis est veluti prægnans, cum quatitur, alio in utero sonante. Grauidis continet partus, cum lubricæ sunt vuluæ & parum tenaces, sinistro brachio ad alligatus: sed parturientibus è brachio amoueat, & feminibus alligetur, vt sine doloribus pariât. Furem deprehendit, si quis in pane conditum offerat: fur enim mansum deuorare non poterit. Quin etiam concoctus, furem coarguit: quippe decocta cum eo, deuorare non poterit. Tritus, & cerato exceptus, cyprino, aut gleacino, aut alio exalfaciante, comitiales magnificè iuuat. Ophitæ genera multa: quidam ponderosus & niger: alter cinereo colore spectatur, punctis distinctus: tertius lineis quibusdam candidis intercinctus est. Omnes alligati contra capitis dolores, & serpentiam ictus profunt. Feruntur qui lineas habent, lethargo, & capitis doloribus auxiliari. Lapidés in spongiis inueniuntur, qui vesicæ calculos rumpunt, in vino poti. Lithocolla glutinum, quo lapides coniunguntur: conflatur autem ex

armorum, lapide Parisi & taurino glutinæ. Po-  
 test candente specillo admotum, incommodos  
 oculis pilos replicare. Ostracites testæ simili-  
 tudinem habet, crustosus, & in laminas fissilis, quo  
 mulieres ad detrahendos pilos, pro pumice utun-  
 tur. Menses drachmæ pondere potus ex vino,  
 sistit. Si quatuor diebus à purgatione bibatur  
 ficilici pondere, fœminis præstat ne concipiant.  
 Cum melle autem impositus, mammaram in-  
 flammationes lenit, & nomas cohibet. Smyris  
 lapis est, quo annularij sculptores lapides expur-  
 gant, ad erodendum & vrendum utilis: gingivis  
 quas humor vexat, prodest: dentifricio commen-  
 datur. Arena è litoribus sole feruefacta, hydro-  
 picorum tumores exagit, si capite tenus, in ea  
 obruantur. Torreri solet ad aridos fatus, pro  
 milio aut sale. E cote Naxia, quod exacuendo ferro  
 deteritur, illitum alopecias ad pilum reducit:  
 virginum mammas cohibet, nec incrementum pati-  
 tur: potum ex aceto, lienem absumit, & comitia-  
 libus prodest. Geodes lapis, adstringit, siccatur,  
 caligines oculorum discutit. Illitus autem ex aqua,  
 testium mammaramque inflammationes sedat.

## Terra. CAP. XCIV.

**O**Mnis terra ad medendi usum recepta, sum-  
 mam & primam vim habet refrigerandi, mea-  
 tusque obducendi, occludendique: sed specie di-  
 stat, cum alia adianctis quibusdam ad alia sit uti-  
 lis. Eretriades duæ sunt, vna vehementer alba  
 est, altera cinericia. Optima habetur ad cinereum

colorem, vergens, per se in molis, quæ si per aramenta tractim doceat. Lineam violaceam refert. Lauatur vt cerussa, ad hunc in modum: Teritur seorsum, & cum aqua, & vbi pessum ierit, humor leuiter excolatur: siccata folibus, iterum teritur interdum, adiecta aqua, vt vespere confidat: antelucanis colo exernitur, & de muni in sole trita, si fieri potest, digeritur in pastillos. Quod si costa desideratur, pastilli magnitudine ciceris in fictile perforatum contineantur, oreque vasis diligenter obturato, supra carbones candentes continenter folibus perflantur: vbi vero cinis in fauillas se conuertit, aut acream colorem contrahit, exempti reconduntur. Vim habet adstringentem, & refrigeratorem, leuiter mollietem: caua explet, & sanguinolenta conglutinat. Samia præfertur candida, leuis, tangenti lingue glutinis modo adhærescens, mollis succosa, friabilis: cuiusmodi est, quam aliqui collyrion vocant. Duæ enim species eius: vnã, antè diximus: altera aster appellatur, crustacea, & cotis modo prædensa. Vritur ac lauatur vt cretria, vique consimilem habet: sanguinis reiectiones sistit, & foeminis fluxione vuluæ laborantibus, cum flore syluestris puniceæ datur. Testium & mammarum inflammationes, illita ex rosaceo & aqua, refrigerat: sudores arctet contra serpentium morsus & venena, pota ex aqua auxiliatur. Samius lapis, in Samia terra inuenitur, quo aurifices vtuntur poliendo auro, vt resplendat. Probatu candore & duritia. Vis ei adstrictoria,

& refrigerans: prodest stomachicis potus: sensus heberat: verum ad fluxiones oculorum & vlcera, cum lacte efficax est: partus, vt tradunt, adligatus accelerat, & conceptus foeminarum custodit. Chia eligi debet candida, vergens ad cinereum, Sanae similis: est autem crustosa, albaque, sed fictitiis formis differens. Vis eadem qua & Samia: extendit faciem, & erugat, atque splendendam reddit: colorem in facie & corpore toto commendat: in balneis pro nitro deterget. Eadem praestat Selinusia: maximè laudatur, qua vehementer resplendet, & candida, friabilis, & humore dilui celerrima. Cimolia duo genera, candida & ad purpureum inclinans. Optima existimatur, qua innatam habet pinguitudinem, tactuque frigida sentitur. Vtraque aceto diluta, parotidas, & alia tubercula discutit: ambusta igni, si statim cimolia oblinantur, pustulas non sentient: testium duritias, & totius corporis collectiones cohibet, igni sacro imponitur. In summa, vtraque multum in medicina commendatur, si incorruptae originis, nec spuria assumatur. Quae nigritis ducitur, colore ferè eretria similis est, grandioribus tantum glebis: manum si quis admoueat, refrigerabit: tactu linguae, vsque adeo glutinosa, vt pensilis hæreat. Cui effectus idem qui cimolia, paulò tamen infirmior. Hanc aliqui pro eretria vendunt. Fornaceæ testæ vehementer tostæ, crustas vlcetibus obducunt: quare prurigini & papularum eruptionibus medentur. Podagricis profunt, strumas discutiant, cerato exceptæ.



Fornacum terra quæ retarrida fuluiscit, eiusdem cum testa effectus. Melia colore cineream cretream imitatur, aspera tactu: ea digitis fricta, et rasi pumicis modo crepitat. Vin habet aluminosam, sed remissiusculam, id quod gustu deprehenditur: nam modicè linguā siccatur: parum corpus reddit, & colorem commendat: pilos extenuat: virilignes, & lepras abstergit. Pictoribus usum præbet, ut colores diutius perennent: emplastris viridibus, quæ chioræ dicuntur, efficaciter inseritur. Ex omni Melia terra & omni alia in vniuersum eligi debet recens, mollis, non lapidosa, friabilis, quæ cum humorem attrigerit, facile resoluatur. Ex ampelidete terra, quæ pharmaciis nomine, in Seleucia Syriæ nascitur, laudatur in primis nigra, piceæ longos carbones referens, modicè assulosa, æquabili splendore, quæ detrita, accepto oleo statim eliquescit. Vitiosa censetur candida, & cinerea, quæ in liquorem non resoluatur. Vin dissipandi & refrigerandi habet: ad calliblephara additur, tingendis capillis idonea. Vfus eius ad illinendas vites sub germinationis tempus, ut pote cum innascentes vermiculos enecet.

## Fuligo pictoria.

## CAP. XCV.

**F**uligo qua pictores vtuntur, ex vitrariis officinis colligi solet: siquidem ei palma tribuitur. Vis ei ad adstringendum & erodendum efficax: fracta cum rosacco cerato ad cicatricem perducit.

## Atramentum librarium. CAP. XCVI.

**A**tramentum, quo scribimus, fuliginè è tedis coacta colligitur. In singulas libras gummi ternæ fuliginis vnciæ adiiciuntur. Fit etiam è resinarum & pictoria fuliginè, de qua paulò antè diximus. Assumitur autem fuliginis mina, gummi sesquilibra, glutinis taurini, atramenti sutorij, singulorum sescuncia. Additur conuenienter erodentibus medicamentis: ambustis, ex aqua commodè crassius illinitur, sed non antè soluatur, quàm cicatricem induxerit: sanatis siquidem vlceribus, sua sponte decedit. Cæterùm habes, amicissime Arce, ferè quæ tradenda duximus pro operis modo, quem destinaueramus, & materiæ auxiliorumque medicinalium copia.

QVINTI LIBRI FINIS.

PEDANII  
 DIOSCORIDIS  
 ANAZARBEI, DE  
 medicis, quoque modo ar-  
 ceantur, viten-  
 turque.

LIBER VI.



SUPERIORIBVS, amicissime Arce, li-  
 bris tradidimus de aromatibus, oleis,  
 vnguentis, arboribus, & earūdem fru-  
 ctibus, lacrymisque: item animalibus,  
 melle, lacte, seuo, frumētis, oleribus, herbis, radi-  
 cibus, liquamentis, vinis, metallisque. In hoc ve-  
 rō totius operis vltimo, facultates medicamen-  
 torū recēsebimus, quæ prodesse nobis, vt officere  
 possunt. Vitata igitur orationis prolixitate, opus  
 institutum prosequamur. Huiusmodi autem tra-  
 ctatus, cū bifariā distribatus sit: in partē ve-  
 rit. Virā canētē, ita vt ne fallant sumētes, aut si  
 quando per imprudentiā dentur, vt tū quoque in-  
 noxiānt, irritaque: & in rationē iis succurrēdi,  
 quā

qui iam noxiam sentiunt: primum differam de  
 præcatiendi modo, quæ esse difficillimū plerique  
 maiorum arbitrantur, quòd dantes clam venena,  
 ita insidias tēperant, vt peritissimū quēque deci-  
 piant. Siquidē venena sua amaritudine, permixtis  
 dulcibus, spoliant, & graue odoris virus mixtura  
 odoramentū eximiūt: aut medicamēta inimicēt,  
 quæ tuendæ sanitatis gratia dari putātur: & præ-  
 fertim in valetudine, vt absinthium, tragoriga-  
 nū, satureiam, aut hyssopū, quin etiam thymum,  
 irim, organū, abrotonū, caltoriū, aut si quid me-  
 dicamentis purgatoriis cognatā habere qualitātē  
 videatur. Aut potionibus inferant: vt vinis aspe-  
 ris, iuribus, passo mulsæ aquæ, musto: succis, vt in  
 cremore lentis, polentis: aut medicaminibus, aut  
 alijs quæ assumuntur, edulij speciem referētibus.  
 Quare qui in ea suspicione sunt, conditos cibos  
 vitare debent, omnique intēso sapore dulciū, aut  
 falsorū, aut acidorū, abstinere: nec sitibundi affa-  
 tim bibere, aut esuriētes voraciter comesse, sem-  
 pērque ad saporē horū diligenter attendere, præ-  
 fertimque potu frigidū aquā præsumere. Satiata  
 enim appetitu, qualitates ægerrimè postea cōco-  
 quantur. In ægris quidē facilè cauemus potiones  
 auxiliij prætextu dari solitas, quas offerūt impro-  
 bi veneficiorum artifices: itaque ob id laborātes  
 morbo non perinde audentiū iniuriis patent. Et  
 hæc quidē ne facilè incauti seductique homines  
 capiantur dolis veneficorū, ratio est, & facultas.  
 Sed alia superest expeditior, vt suspiciosi aliqua  
 præsumāt, quæ venenorū vires hebetent, & inef-  
 ficaces

ficaces irritasque reddant: cuiusmodi caricæ sunt  
 cū iuglandiū nucibus manducatæ, & quæ cedro-  
 mela vocant, id est citria, seminisque napi drach-  
 ma cū vino. Item folia calamithæ, aut creta quæ  
 Lemnia sphragis appellatur, pondere pari cū vi-  
 no: aut rutæ folia & nucis iuglandis nucleū: aut  
 caricæ duas: & salis callum ieiuni sumāt, & nullo  
 veneni genere lædentur. Antidota ex vino sum-  
 pta eundem effectum præbent: inter quæ intelli-  
 gitur magnū Mithridatiū, & quod i cinco, & quod  
 sanguine temperatur. Quin & sæpe venenis ob-  
 sistunt peculiare quidam corporū affectus certo  
 quodāmodo constitutorū cum quadam cibi po-  
 tūsque qualitate, tum vini copia ita temperato-  
 rū, vt cum venenis dissentiant: siquidem ingesti  
 veneni vires frangūt, atque iam priore alimento  
 factis præclusisq̃ meatibus, obstant ne mēbra-  
 tim per digestionē insinuetur. Verum enimvero  
 quoniam fortunæ necessitas interdū similia dis-  
 crimina peregrè agētibus affert, absque vllis in-  
 sidiis hominum, non nihil differendū mihi de hac  
 re necessariū duco. Iam primū igitur culinam  
 apparare loco subdiali conuenit, cibosque & po-  
 tus in huiuscemodi loco struere. Si id fieri cōmo-  
 dè nequit, secunda erit cōditio hæc, apparādi ap-  
 ponendiq̃ sub tecto. Sed tum diligēter laquea-  
 ria animaduertēda: frequenter enim à superiori-  
 bus contabulamentis animalia decidunt, exigua  
 quidem, sed quæ nō modicā perniciem moliantur,  
 vt phalangia, stelliones, & alia quædam reptilia.  
 Porrò vinaria vasa diligenter intueri oportet:  
 namque

namque reptilia odore vini illiciuntur, quæ interdū sorbendo, noxium virus eructarūt, interdū verò delapsa immerſaque expirarunt, & exitij cauſas haurientibus attulerunt, Sed hæc hætenus dicta ſint, ne cauti & prouidi inſidiis pateant. Quòd ſi qui ſua ſponte, aut ex quorūdā inſidiis ſumpſerunt, auxiliari primo quoque tempore oportebit: ſiquidē dum comites ſingulorū venenorū notæ expectātur, immedicabile fit venenū, & pauliſper neglectū, medicamentis ægrè cedit. Quare ſi qui pro cōperto ſe virus ſumpſiſſe intelligant, & ſateantur, aut eorū, qui aderant, teſtimonio cōſtet, protinus ad idonea remedia trāſeunt, facile peculiari nativæque conſtitutioni reſtituemus. Neque enim iis aſſentimur, qui proſus auxilia in huiuſcemodi fruſtra adhiberi contendunt. Quo enim modo morbi, quorū cauſæ cæcæ latentelque corporibus inſidēt, medicinā admittūt, & quæ forinſecus incurrunt venena, medendi rationē aſpernantur? Aequè verò omnes morbi pro cauſarū ingruentiū magnitudine, proque antecedentibus affectionib. qualitatib.que, quibus ſit opportunum corpus, vel medicabiles ſunt, vel nullis cedunt medicamentis. Quòd ſi qui forſan obmuteſcentes, aut temulenti, aut nolentes alio qui venenū à ſe egeri, nullam nobis eius cognitionē præbeant, tum protinus accedēdū ad ea, quæ cōmuniter epotis quibuſcūque venenis opitulari conſueuerunt. At qui nullū magis in omnia valēs auxiliū dari poteſt, quàm vt proximo loco virus foras exhauriatur, priuſquā inualeſcat.

ualeſcat. Quare ſine mora, calidum oleū ex aqua, aut ſeorſum, vt vomitare cogatur, dari cōuenit. Aut ſi oleū naturaloci negat, butyrū cū aqua calida, aut malua, aut lini ſeminae, aut trago, vrtica, fœnogræco, aut halicæ decocto, vicē eius exhibebit. Hæc enim non modò vomitionibus exigent vi illa ſua laxatrice, aut nauſeam ciente, ſed aluum quoque ſubducent, & corporū inanitione ita aduerſabuntur, vt acrimonias venenorū hebetent. Id quod euidenter huiusmodi argumento deprehendere licet: Eſto, vt quiſquam viua calce vel fæce, aut cantharidibus, aut alio quouis acri, corpus exulcerare ſtatuerit, iſ ſi ipſum oleo leniter illinat, exulcerationem non accipiet. Atqui neque vehementer adſtringi corpus, neque refrigerari poterit, ſi antea perungatur. Quin etiam vomitus non ob id modò quòd vacuet, & noxiū humorem excernat, iuamentū adfert, ſed quòd aſſumptū virus nonnunquam odore. coagulatis grumis aut colore prodat: quippe cū odore & amaritudine, meconiū: colore, ceruſſam, gypſum vè: grumis, lac aut ſanguinem animalis recēs iugulati oſtendat. Nam granis odor regeſtorū, leporis marini, aut rubetæ veneficia deprehendit, ita vt nonnulla ab iis remedia peti poſſint, ad idonea ſingulorum auxilia tranſeuntibus. Oleo etiā maluæ decoctum admifcetūr, aut glaucium, aut adeps anſerinus, aut pinguium carniū iora, aut liziniū lignorū cinere factum. Vbi verò vomitus diligenter citatus fuerit, ne quid in ventre coierit, quæ hæſerūt in teſtiniſ reliquiæ, clyſtere

æri deuocentur. Facit & vitrum tritū & cū hydromelite sumptū, vina vetera liberalius epota, gallinacea iura, præpingues pisces, verustæ carnes pinguisque & quæ adipe aut recenti butyro parantur Aluū namque subducunt, vti diximus: & stomachū resoluentia, proniorē ipsum ad vomitionē reddunt: & venenorū acrimonias hebetāt, atque meatus obstruētis, celerem viriū penetrationem inhibent. Quin etiā medicamenta dātur, quæ cōmuni dote prōsunt, vt Lemnia terra, agaricū abrotonū, itio, radix eryngij, semen pastinacæ, & calaminthæ, nardum gallicum, castoriū, ferulæ virentis medulla, flos rhododendri, succus marrubij, laser aut laserpentīū, sagapenū peucedani succus, aut panacis, & radix, quā magodarim appellarūt, aristolochia longa, syluestris ruta semen, & betonicæ, quā cestro nominant, folia: singula cū vino drachmæ pōdo sumi debēt. Effectū præbet polij decoctū, & fesceli, & liquida pix linctā. Magnificè ferūt opem antidoca, quæ in calce operis scripta reliquimus. Communis ratio præstādi auxiliij ita se habet. Cæterū ab iis quæ cōsuerūt euenire, communia remedia sumptitari possunt. Perē enim viras venenorū quāplurimorū, in affectus consimiles corpus tandē redigunt. Quā ob causam plerisque cōmunia conducūt auxilia: varia etenim sunt venenorū genera, cōmunes tamen, nec multi iisdē affectus oriuntur. Neque fieri potest, vt omnes cōcurrentesque casus, quæ symptomata vocāt, vnū venenū sequantur. Alioquin superuacanea fuisset venenorū singu-



lorum traditio cum suis remediis ab authoribus descripta. Neque verò in vno eodémque promptum est inuenire, vt quis stomachi, alui, intestinorū, iecoris, renū, & vesicæ dolore vehementer crucietur, vt singuliat, erodatur, contremiscat, refrigeretur, obmutescat, conuellatur, pulsus elāguescat, spiritus difficilis fiat, ueterno prematur, vertigo obuersetur, caligēt sensus, stranguletur, sicut, sanguis erūpat, febre cōflictetur, agrè lotiū reddat, torminibus vexetur, crebrò vomitet, nausea prematur, rubescat, liuore sugilletur, pallescat, decipiat, stertat, viribus deficiatur, & pleraque alia faciat, patiatúrque: singula enim in generales affectus deducta, pauca numero, & cōmunia ea demonstrant, quæ euenire consueverunt. Quare in singulis, quæ suprā diximus, nō facile fuerit deuoratū virus cognoscere. Nā oris & lingue erosio, stomachi, ventris, vesicæ ac renū inflammatio, vehemēs urinæ difficultas, & interdū cruoris cum eo exitus, lancinatio, & in plurimis partibus quidā adustionis sensus, non in cantharidibus modò potis reperiūtur, sed in erucis quoque pinorū, & bupreste, & salamandra. Porrò nō modò eos, qui meconium hauserūt, veterno aut sopore premi, stertere, liuore sugillari, corpore refrigerari, stupescere, toto corpore pruritū sentire, sensu priuari cōstat, sed eos etiā qui mādramorā aut cicutam deuorarunt. Deliriū non hyoscyamus tantū infert, verum etiā quæ toxica appellantur: iridē aconitū, & mel quod in Heraclea Pontica gignitur. Strangulatio nō minus in fun-

gis, quàm in sanguine taurino, lacte, aconito, cerasse, gypso conspicitur. In summa, difficile vnũ vni veneno propriũ inuenire signũ, quod hausiũ. gustatũque virus prodere possit: maximẽ, quòd hæc cæterorũ etiã vitiorũ, quæ in corpore exoritur, cõmunia sequi solẽt. Cæterum in his quæ celeriter enecant, noxam signis forsitan indicare possit, si ad ea respexeris, quæ sumus dicturi. Sed in iis, qui ad longas ægritudines spectant, nihil ad medendi rationẽ difficile, dũtaxat quod pertineat ad indicia noxæ, vtpote cũ venena statim atque præsentaneã vim illam perdididerunt, transmutata in longos affectus, cõmunia reliquorũ vitiorum remedia, compositionesque flagitent, cũ venefica proprietas nõ amplius insit. Si verò longa sit affectio, in aliquod diuturnorũ morborũ genus residet: à quibus facillẽ fuerit medendi rationem assumere. Sed de iis quæ generaliter auxiliantur, hæctenus. Consequenter quæ priuatim singulis profunt, scriptis mandabimus, si prius sigillatim exposuerimus, quæ ex singulis ordinibus exitiale aut maleficã vim sortiuntur, vt medicinæ studiosi ea cautè obseruẽt, quæ ad rationẽ salutis scripta inueniuntur: quòd nonnulla eorũ, quibus vultur, venenis sint cõmissa. Incuria enim magnas adfert noxas, & sæpe cõtinuo vsu eorũ, homo in perniciẽ agitur. Proinde animalia quæ exitiosam vim habent, hæc sunt: cantharides buprestis, salamandra, pinorũ erucæ, lepus marinus, rubeta, & rana palustris muta, deuoratae hirudines. Semina sunt: hyoscyamus, coriandrũ, cicuta, gith, psylliõ. Li-

quamēta: meconiū, opocarpafon, thapfia succus, elateriū, mandragoras. Radices, quas mittit chamæleo, aconitū, thapfia, veratrū, ixia, agaricū nigrū, ephemerū, quod aliqui Colchicū vocāt, quod in Colchide nascitur. Herbæ, olerāq: similax, quā aliqui tithymalū appellant. Romantaxū, solanū manicū, quod & doryeniū dicitur: sardinia herba, quæ ranūculi genus est, cornicularū papauer, pharicū, toxicū, ruta syluestris, fūgi. Ab animalibus: taurinus sanguis recens, coagulātū lac, mel Heracleæ in Ponto genitū. Metalla: gypfum, cerussa, calx, auripigmētum, duo sandarachæ genera, spuma argenti, adarce, plumbum, & quod argentum viuum dicitur. E liquoribus domesticis: vinum abunde post balneas potum, aut passum, & frigida aqua similiter.

## Cantharides.

## CAP. I.

**Q** Vibus datæ sunt cantharides, signa eueniūt grauiſſima. Ab ore enim ad vesicam vsque cuncta erodi sentiuntur, picē aut simile quidem cedriæ respiciunt, dextra præcordia inflāmantur: yrinā ægrè reddunt, & subinde cū lotio sanguinē emittunt: strigmenta non secus atque dysentericis, aluo deferuntur: fastidia vrgeant: animo linquntur, obortāque vertigine cōcidunt: postremō mente ab alienantur. Ergo antea quā tale nō nihil accidat. dato oleo. aut supradictorū aliquo, vomere cogātur: mox vbi vomitione plurima reiecerūt, halicæ aut oryzæ. tragi aut pifanę cremor, aut decoctū maluæ, aut seminis lini: aut foeni-

foenigræci, aut radicū althææ, quā Latinus sermo  
 ibiscum appellat, clystere infundatur. Præterea  
 nitrum eisdē dandū, ex hydromelite, vt quæ sto-  
 macho adhuc aut intestinis adhærent, eluēdo ex-  
 cernantur, ac descendant. Quæ nisi sic discutian-  
 tor, ingella in aluū ex nitro aqua mulsā, vacuari  
 debēt. Detur deinde vinū aut passum, in quo pi-  
 neoli nuclei, aut cucumeris semina contrita sint,  
 aut ex lacte, aut mulsā, aut anserinus adeps in pas-  
 so liquefactus. Inflammatę autē partes, hordei farī  
 na cū mulsā decocta perungantur. Ab initio ad-  
 mota cataplasmata, nocēt, quòd citatus ab eis ca-  
 lor, illapsū virus ita remoratur, vt in principes  
 se parteis insinuet: ipsa tamē, interiecto tēpore,  
 molestissimis inflammationibus opitulātor, vt po-  
 te quæ dolores & permulceāt & leniāt. Tum vbi  
 corpus calfaciēte oleo inunctum fuerit, in soliuū  
 descendere oportet, ac lauare, vt per cutem sum-  
 mā, quæ corpori noxia inhæserunt, etiam excer-  
 nātur. Et deiectiones multifariā moliri oportet,  
 ne affectus infigatur, & stabilitatē capessat. Gal-  
 linæcis carnibus & hœdinis, aut suillis catulis;  
 maximè pinguibus & tenerrimis, ac cum lini se-  
 mine coctis, vesci debent: siquidē aloum ciēt, at-  
 que venenōrū acrimonias hebetant. Vinum dul-  
 ce liberalius ebibatur. Prodest thuris cortex, &  
 Samia terra, quæ asfer appellatur, si quaternæ  
 singulorum drachmæ cum passo sumantur. Item  
 pulegiū ex aqua tritum, irinū aut rosaceum, cum  
 rutæ decocto, recentes vitis ramuli, cū passo de-  
 triti. Longè omnium potētissimè, antidota auxi-

liantur, cum aqua malsa, drachmis quatuor pota.

Pinorum erucæ. CAP. II.

**I**S, qui erucas pinorum hauserunt, illico dolor in ore & palato exoritur: vehemēs aiui, linguæ ac stomachi inflāmatio torquet: intestina dolet: exercuciat, ita vt pruriginem sentire videantur: corpus totum exæstuat: fastidium vrget. Quibus est succurrendum remediis, quæ deuoratis cantharidibus dantur. Peculiariter tamen pro simplici oleo & irino, melinum, quod è cotoneis pomis & oleo temperatur, accipiemus.

Buprestis. CAP. III.

**Q**VI buprestin biberūt, nō dissimile nitro virus sapiunt, stomachi ventrisque vehemēs dolor insequitur: tamen venter, quā stomachus mirum in modum, vt in aqua inter cutē difflatus, inturgescit. Vniuersa corporis faciēs cōtēditur: vrina suppressitur. Quibus eadē quæ potis cantharidibus auxiliātur. Priuatim post vomitus & vacationes, quas clysteribus molimur, aridæ ficus prolunt: itē earum decoctū, ex vino. Vbi verò iam serè pericula inclinātur, Thebaicarum palmarum cibo, aut earundem tritarum in mulso aut lactis potu, iuuantur. Pyrorum etiā nūc omne genus esse, & lac humanum bibere, conuenit.

Salamandra. CAP. IV.

**S**I salamandram hauserunt, linguæ inflāmatio consequitur, mēs & sermo præpeditur, tremor cum corpore aut horrore quodam ac exolutione accedit: partes nonnullæ corporis liuoribus cir-

cum-

cumquaque sugillantur sæpè que, diutius immo-  
 rante veneno putrescètes, defluunt. Quibus præ-  
 stabimus cuncta, quæ potis cãtharidibus. Peculia-  
 ria verò remedia, resina pinus, aut galbanum ex  
 melle linctum, & aiugæ decoctum, in quo nucleũ  
 pinei conterantur: vrticæ quoque folia, cum li-  
 liis & oleo decocta. Profunt etiam oua testudinis  
 marinæ aut terrestris, cocta: item ranatum ius,  
 cum quibus cryngij radix incocta sit.

## Ephemerum. CAP. V.

Sympto ephemero, quod aliqui Colchicon, aut  
 syluestre bulbum appellant, pruritus in toto  
 corpore excitatur, non secus atque iis qui vrtica  
 aut scilla laceffuntur: interna rosionè sentiunt:  
 stomachus cum ingenti grauitate exæstuat. Cæ-  
 terùm inualefcète morbo, cruor strigmētis admi-  
 stus, per aluũ exigitur. Quibus, vt iis qui salamã-  
 drã hauserunt, vomitione aut clysteribus auxilia-  
 ri conueniet: sed antea quã venenum inualefcãt,  
 dãdam est decoctum frõdium quercus, aut glan-  
 dium, aut malicorij: lac bibere prodest, in quo ser-  
 pillum sit decoctum: itẽ succum sanguinalis her-  
 bæ, aut ramorum vitis, aut rubi, aut medullę re-  
 cētis ferulæ, aut myrti cũ vino. Baccæ autẽ myr-  
 titusæ tritæque, & aqua maceratę, vt liquor inde  
 sumatur, opẽ ferunt. Media castanearum tunica-  
 la, similitẽ effectum præbet, si cruda in aliquo su-  
 pradictorum succo sumptitetur: origanum quoq;  
 cũ lixiuio epotũ: eximiè iquãtur asinini lactis aut  
 bubuli calidi potu, etiã si in ore contineãt: ita vt

quib. copia lactis huius adsit, nō aliud desideretur.

Doryenium. CAP. VI.

**D**oryenium, quod aliqui manicō solanum appellatant, epotum, lactis sapore in gustu refert: cōtinentes singultus ciet. humor linguā vexat: sanguis cōfertim reiiicitur: mucosa quædam pécinde quasi dysentericis, aluo egeruntur. Itaq; antequā aliquid ex iis eueniat, auxilio sunt antedicta, vomitus, clyster, & quęcunq; potum venenum expellere possant. Priuatim iis opitulatur, aqua mulsa, lac caprillum, aut asininum, dulce vinum, quod tepidum cum aniso bibatur, amygdalæ amaræ, gallinacea pectora decocta. Quin etiam conchyliā omnia, tam cruda quam totta esse, salutare est. Conueniant & locustæ marinæ & gammari, & pota eorundem inscula.

Aconitum. CAP. VII.

**A**conitum statim in lingua inter bibendum, cum adstrictione quadā dulcescit: & subinde, potissimam cum exurgere conantur, vertigines effundit: lacrymas ciet: grauitatē pectori, & pæcordus adfert, simulq; crebri spiritus deflatur. Quare venenum vomitione abigi, aut clystere per aluum egeri opus est. Vtimur inter propinandum, origano, ruta, marrubio, vel absynthij decocto, cum vino absynthite, vel sempervino, vel abrorono, vel chamalea, aut aiuga. Prodest etiānum opobalsami drachma, cum melle aut lacte, cum castorio, pipere, & ruta, æquis pōderibus ex vino. Coagulum hœdi, leporis, aut hinnuli cum aceto.

aceto, ferri quoq; sterco, itē vinum, in quo aurum, ferrum, argētūve cadēs restinguatur. potū, lixiuāq; cum gallina & vino decocta, aut carnum bubularū præpinguū iura, cū vino sumpta. Fertur & aīga priuatim ipsis iubuenire.

Mel Heraclia. CAP. VIII.

**M**EL in Heraclia Ponti, vbi aconitam gigni solet, inuenitur: quod quædā edūt, bibuntve, nō secus affliūtantur, quā qui aconitam ebiberunt. Iis eadem, quæ potō aconito conueniant: adiuantur in primis continuo vini mulsi pota, cui rutæ folia sint adiecta.

Coriandrum. CAP. IX.

**C**oriandrum ob odorem latere non potest: epotum autem vocem exasperat, insaniam adfert, a temulentis non abhorrentem. Qui sumpserunt, pudenda dicta blaterant, totiūque corporis odore, venenum fatentur. Quibus post vomitionem irino oleo concitata, vti retulimus, merum & per sese, & ex absynthio potam auxiliatur. Item oleum, nec secus ova in eodem exinanita, si liquefacta in maria forbeantur: & epotā muria, & ias salsum ex gallina & anserē: passum quoque cum lixiuā sumptum.

Psyllium. CAP. X.

**P**syllion epotum, corpori toti frigus & torporē cum exolatione & mœrore quōdam adfert: ita vt animum despondeant. Cui omnia quæ exhausto coriano auxiliantur.



**C**icuta pota vertiginem excitat, oculisque caliginem offundit, ita vt minimum cernatur: singultus ciet, mentem turbat, extremi artus gelantur: denique conuulsi, suppresso arteriæ spiritu, strangulantur. Quare inter initia, vt in reliquis, cicutam vomitu excutiemus: postmodum deiectione moliemur, vt quod ad intestina prolapsam sit, excernamus: tum demum in meracam potionem, quæ maximo est auxilio, deueniemus: repetendum per interualla, in quibus proderit lac asininum, aut bubulum potui datum, aut absinthium cum pipere & vino, castorio, ruta, mentha cum vino, aut amomi, cardamomi, aut styracis vncia, aut piperis cum semine vrticæ & vino, aut lauri folia. Item laser ex oleo & passo, & passum per sese largius potum proficit.

**S**Milax, à quibusdam tithymalum, à Latinis taxus appellatur: frigus vniuerso corpori, strangulatus, & celerem interitum infert. Cui eadem quæ cicutæ conueniunt.

**E**Potus carpaci succus soporem, citamque strangulationem adducit. Adiuuantur autem qui hauserunt, epotæ cicutæ remediis.

**S**ardonia ranunculi herbæ generi assignatur; quæ vescentibus mentem adimit, & quadam  
ner-

neruorum distentione labia in rictum contrahit, vt risus speciem præbeant: à qua quidem affectione, de Sardonio risu adagium in vulgus infausto nomine manauit. Post vomitum peculiari-ter conuenit aqua mulsa & lac, libera lius epota: irrigatio. perunctioque à pinguibus medicamen-  
tis, totum corpus exalfaciētibus: in calidā aquam oleūque descendāt, sed tum multū mperfricare & inungere expedit: & in summa, curā omnem, quæ conuulsiōni neruorum adhibetur, exequi oportet.

## Hyoscyamus. CAP. XV.

**H**Yoscyamum potum aut comestum, similem ebriis ab alienationem mouet: sed faciliè medicamentis cedit. Auxiliatur aqua mulsa copiose data, lacque, præsertim asininum: si id desideratur, caprillum, vel bubulum, vel aridarum ficuū decoctum. Faciunt ad id etiā nuclei pinei, aut cucumis semen ex passo sumptum, & vinum salsum cum adipe suilla recēti, passoque: itidē vrticæ semen, aut nitrum ex aqua, & intubus erraticus, & sinapis, & nasturtium, radix, cæpa, & alliū: & hæc singula cū vino sumātur. Postea si nēdi quiescere, quemadmodum qui vinū biberunt, vt excoquāt.

## Mandragora. CAP. XVI.

**M**andragora si bibatur, confestim sopor insequitur, exolutio, ac vehemens veternus, nihil temere distans à lethargo. Cui, antequam aliquid ex iis accidat, vomitus & aqua mulsa, proderit: postea nitrum & absynthium ex vino dulci

aut passo fumantur. Caput rosaceo & aceto per-  
fundatur. Proficit excitatio, & motus corporis,  
& olfactus cupatorij, & piperis, sinapis, castorij,  
& ruta tritorium in aceto: & liquidæ picis, &  
odor è lucernarum exustione & extincta. Quod  
si agrè ijreuocentur, sternutamenta mouere,  
aliisque communibus auxiliis vti conueniet.

## Meconium. CAP. XVII.

**E** Poto papaueris succo, quem meconiõ vocant,  
cõsequitur veternus cū perfrictione & pruri-  
ta vehemēti, ita vt sepe inualefcēte veneno, tāta  
erumpat purigo, vt hominē excitet. Corpus id  
medicamentum olet. Post citatā oleo vomitionē,  
acres clysteres auxiliantur, acetūque malsum  
cum sale potum, aut mel cum rosaceo calido: me-  
rum cū ablynthio aut cinnamonomo copiosum, aut  
calidū per sese acerū: nitrum ex aqua, & organū  
cum lixiua aut passo, & ruta syluestris semē cū  
pipere, vino, & panace: pipēque cum castorio &  
aceto mulso, vel cū saturia aut organi decocto,  
cum vino. Hi olfactilibus excitādi, & ob enatam  
pruriginem in balneas descendant, & foneantur.  
Post lauacrum prodest iurium pinguium vsus,  
cum vino aut passo: medulla etiam ex oleo pota.  
Corniculatum papauer. CAP. XVIII.

**Q**uod corniculatum papauer appellant, & po-  
tu, & cibo eadem inferre consuevit quæ pa-  
paueris succus: nec aliis expugnatur auxiliis.

## Pharicum. CAP. XIX.

Quod pharicon vocant, sapore syluestre nar-  
dum

dam imitatur. Resolutionem neruorum potum affert, cum contulsiōe & delirio. Oportet autē post vacuationes vinum absynthitem potui dare, cum cinnamomo, aut myrra, aut nardo gallico, quod serinē aliqui vocauerunt: aut spicæ nardi duas drachmas, & myrrhæ totidē obolos, cum passo: aut iri cum croco ex vino: derafumq; caput illinire hordacea farina cum aceto, & trita ruta.

Toxicum. CAP. XX.

**T**Oxicum ex eo nominari videtur, quōd barbarorum sagittæ eo illinebantur. Qui biberint, labiorum & linguę inflammatione torquētur: in coercitus facit varias iis imagines obuersat: quare vix medicinæ locus est: rarōque, qui hauserunt euadēt. Vinculis ergo cohibendi, vt vinam dulce cum rosaceo bibere, & remouere cogatur: rapī semen bibendum cum vino. Priuatim iis conuenit, quinque folij radix, & hircinus sanguis, aut caprillus, eodē modo sumptus, rōboris, fagi, aut ilicis cortex cum lacte tritus, malāque cotonea trita esse, aut cum poglio & aqua bibere, cōueniet, amomum & balsami semē ex vino. Sed qui periculis defūcti sunt, diu lectici decūbūt, & vbi surrexere, stupidi reliquū vitæ tēpus degūt.

Ixia. CAP. XXI.

**I**XIA, quæ vlophonon appellatur, inter potandam aliquid ocymo simile gustu & odore redolet: vehementem linguę inflammationē excitat: mentē mouet: omne excrementorū exitus supprimit: strepitum cum animi deliquo ciet, iisq; in-  
restina

restina latrant, nec egeritur quicquā. Post vomitionem aluūmque resolutam, auxilium præstat aqua, in qua absynthium maduerit, ex vino largiore, aut aceto mulso pota: rutaque syluestris semē aut laseris radix: itē tragorigani decoctum, cum aliqua supradictorum, aut lacte, aut resina terebinthina, aut nardo, aut castorio, aut laserpitio, quorum singuli oboli conueniunt. Quin & nuces iuglandes ex vino, cum resina, castorio, & ruta trita, ita vt singula drachmæ pondus æquēt. Itidem chamæleæ aut thapsiæ aut absynthij succi sicilicus cū aqua mulsa, & acetū calidū potum.

## Cerussa.

## CAP. XXII.

**C**erussa suo colore proditur: sumpta enim, mox palatum, gingiua, lingua, & cōmissuræ dentium, candore quodā inficiuntur: singultus, tussis, ac linguae ariditatē excitat: iis extrema frigescent, mens labat, membra torpescunt. Quibus dare cōuenit aquā mulsam, aut ficuum, aut maluæ decoctum, aut lac calidum, aut sesamā ex vino tritam, vel lixiuiā ex sarmentis factā, amaricinum oleum aut irinum, persicocum ossa cum hordei decocto: columbina oua cum thure, aut hordei decocto, aut prunis, aut gummi quod vlmus plorant, aut humor, quem vlmæ folia reddiderunt, cum tepida aqua: sed tum quoque uomant. Conuenit etiam thapsiæ succus, aut scammonia, cum aqua mulsa potus.

## Fungi.

## CAP. XXIII.

Fungorū alij genere, alij copia lædunt: omnes tamen

ramen strangulatus suspendio similes concitant. Quibus confestim succurrendum: communiter ex oleo vomere cogendi: mirificè iuuat lixiuia ex sarmentis aut pyrastris surculis, epota cum sale, posca & nitro. Fructus, aut folia pyrastris cum fungis decocta, strāgulantem illā viā auferunt, cīratāque eisdem auxiliantur. Aduersus fungos gallinacea oua cum posca proficiunt, adiecta aristolochiæ drachma: item absynthium cum vino mellēque sumptū, & ex aqua potum: apiastrum ex nitro. panacis radix & semen in vino, fax vini cremata cum aqua, utramentum sutorium ex aceto, radix, vel sinapis, aut nasturtium esu profunt.

## Gypsum. CAP. XXIV.

**L**apidescens gypsum strangulationem creat: quare eadem proferenda sunt, quę manis fungis, auxilia & ad hæc maluæ decoctum, quod etiā olei vicem pensat, vtpote cū pingue sit, eadē modo lubricas vias & faciles reddit, deradique corpora non finit. Quod vbi dvratur in lapidem gypsum efficit. Quin etiā prodest oleum ex aqua mulla, aut ficorum decocto: & lixiuia è ficulneo cinere, aut sarmentis facta, cum vino copiosiore pota, & origanum aut thymum, cum lixiuia aut aceto, aut passo: hiq̄ue decocto maluæ proluendi.

## Sanguis taurinus. CAP. XXV.

**T**Auri recens iugulati sanguis epotus, spirandi difficultatem strangulatūque concitat: faucium tonsillarūque meatus cum neruorum distentione præcludit, lingua rubescit: dentes insciuntur,

ciuntur, & quædam concreti sanguinis vestigia, inter eorum commissuras restant. Quare vomitum vitabimus: sanguinis enim globi attractu illo in sublime relati, magis gulæ inculcatur. Dari ergo opus est quæ concretam sanguinem discutiant & aluū subducunt. Grossi lacteo succo turgentibus ex posca, & nitrum per sese, auxiliantur: nec secus coagulum omne cum aceto & laserpitij radice, aut lasere: itidem brassicæ semen, & e cinere ficulneo lixiua: conyzæ folia cum pipere, & rubi succus ex aceto. Alius resoluenda. Is qui seruantur, stercorosa & fluida per sedem egeri consueverunt, Stomachum aluūque hordeacea farina ex aqua mulla perungere oportet.

Lac coagulatum. CAP. XXVI.

**F**OS, qui coagulatum lac hauserunt, frequens illico strangulatio inuadit, quod in globulos quosdam lac coalescat. Quibus iuandis pro antidoto, coagulum ex aceto damus, & bibere sæpius cogimus. Damus & calaminthæ folia arida, atem succum, aut laserpitij radicem, aut laser cū posca: thymūque ex vino, & cum luto suo lixiuiam. Sed nulla salisago obiciatur, quoniam magis lac coiret, & in cascam densaretur. Neque illos vomere conuenit: siquidem concretum lac sese in gulæ angustias insinuans, strangulat.

Argenti spuma. CAP. XXVII.

**S**Puma argenti pota, stomacho, ventri, & intestinis grauitatem cum magnis torminibus adfert, & nonnunquam pondere suo intestina vulnerat,

nerat, urinamque supprimit: corpus intumet, plū-  
beamque deformitatem concipit. Quibus subue-  
nit (secundum vomitionē, potum syluestris hor-  
mini semen, myrrhę drachmæ octo, absynthium,  
hyssopum, apij semen, aut piper, aut ligustri flos  
ex vino: aridum palumbis finum, cum nardo &  
vino.

## Argentum vinum. CAP. XXVIII.

**A**RGENTUM VINUM potum, eadem quæ spuma  
argenti infert, eisdemque vtendum auxiliis.  
Lac copiose potum auxiliari constat: sed postea  
euomant, qui hauserunt.

## Calx, Sandaracha, Auripigmentum.

## CAP. XXIX.

**C**ALX, Sandaracha, & Auripigmentum, pota  
aluum & intestina cum vehemēti erosione  
excruciant. Præbenda cuncta quæ suo admistu  
illorum acrimoniam hebetant, ac soluant, & faci-  
lem lubricamque aluum reddunt, cuiusmodi iu-  
sci & malorū succus est: natura enim vtrique per-  
lubrica. Dandum decoctam seminis lini, vel se-  
men tragi herbæ, vel oryzæ, lacque cum aqua  
mulla copiosum, iura pingua, & boni succi.

## Lepus marinus. CAP. XXX.

**Q**UI leporem marinum biberunt, piscium vi-  
rus olent: procedente tempore, aluus dolo-  
re afficitur, & vrina sistitur: & si quando eā red-  
dere contingat, purpureum colorē referet. Om-  
ne piscis genus auersantur, & odio habēt: scetido



ac graui sudore manant: biliosus vomitus, interdum sanguini promiscuus, subsequitur. His dandum lac asininum, vel passam continuè, aut radicis maluæ foliorumque decoctum, aut trita cyclamini radix cum vino, aut veratri nigri, aut scammonij succi drachma, cum aqua multa, puniceque mali acinis. Cedria cum vino efficax est: auferinus sanguis, vt tepebit, potus. Sed cum pisces omnes respuat, asperneturque, solis fluuiatilibus cæcis vesci possunt, bibuntque eos admisto vino, adiutiq; ab his percoquant. Cùmque appetere & comesse pisce cœperint, suæ salutis iudicium habent.

Rubeta & palustris rana. CAP. XXXI.

**R**ubeta aut rana palustris assumpta tumores ciet: pallor corpus vehementer decolorat, vt planè buxum spectetur: spirandi difficultas torquet, & grauis halitus oris, singultusque & inuita interdum genituræ profuso consequitur. Adiuuantur secundum vomitionē multo meri potu, & arundinis radicis binis drachmis, aut cyperi eotidē. Breuiter, cogendi sunt vt vehementi ambulationi & cursui se credant, ob torporem quo corripiuntur. Quia etiam quotidie lauandi sunt.

Hirudo.

CAP. XXXII.

**D**euorata cum aqua hirudines, si ori ventriculi adherent, tractione partium, nonnullam suctionis imaginem præbent: eo enim argumēto hausta hirudo deprehenditur. Has muria sorbitione excutit, & cyrenæus succus, aut laserpitij folia,

folia, aut betæ, cum aceto, aut pota niuis glebula, cum posca. Nitrum ex aqua gargarizatur, aut atramētum sutorium aceto dilutum. Si faucibus hæreant, iniecta lupinorum farina, aqua frigida ore contineatur, & ad eam hirudines exiliēt. Prouidendum etiam iis, quæ etſi ferendi auxiliij gratia tradantur, non minora tamē cæteris venenis pericula sæpius adferunt. Qualia sunt albū veratrū, thapsia, elaterium, agaricum nigrum: siquidē ea strāgulatus cōcitant, aut immodicas deiectiones mouent. Quibus ea medentur, quæ in fungorū mentione & similibus retulimus. Nimios autē deiectionum impetus, medicamentis, quæ excrementa supprimūt coercēbimus. Neque negligēda quæ parum quidē nocere vidētur: interim verò vitā in discrimina agūt. Quo in numero sunt syluestris ruta, gith, nouæ glacies, papi recentes flores autem sunt eius spinæ, quæ cactos dicitur. Eos, qui sumpserint, sola vomitio recreat.

Domestica nobis. CAP. XXXIII.

**A**QUA frigida abundē pota, aut meracū vinū liberalius epotū, aut passum, præsertim à balneo, aut cursu, aut vehementi exercitatione, strāgulatus & dolores infert. In quibus sanguinis missio protinus, & vacuatio, imminētia soluunt pericula. Sed de notis veneficiorum, ac remediis, & eandē modo, hæcenus dicta sint. Subiungeremus etiā antidota necessaria, quæ præclarē auxiliantur, quibus vtimur, quale Mithridatium est, præsertim & quod sanguine, & quod scinco tēperat-

tur. Verū quoniā aliis in locis diligētissimē scripta sunt, hīc ab eorū descriptione superfedemus.

Venenata. CAP. XXXIV.

**D**E bestiis, quæ virus eiaculatur, & exitialibus venenis, ideò scribere aggredimur, vt tota curationis remediorū inque ratio ad vmbilicū perducatur: siquidē pars hæc nō minus quā cæteræ aliæ, necessaria est iis, qui artē medicā exercent, vtpote cum adminiculo eorum, quæ inibi traduntur, doloribus, periculis, & cruciatibus, plurimisque aliis malis homines liberari conveniat. Hæc autē in sanima fastigia duo, sicuti ab initio relatū est, distribuitur. Nā qui de feris virus inspicientibus sermo differit, Theriacus dici solet: qui verò de amoliendis veneficiis, Alexipharmacus, quo prius tradito, simul quæ sequi signa cōsueverūt, præmonstrabimus: tum quæ nonnihil auxiliij ferunt. Omnia autem in prōpto, & ad manum habere artificem oportet. propter vrgentē sepe numero necessitatē: siquidē pauca ē venenis & virulentis animātibus, tarda & grassantia sensim pericula cient, ita vt dilationem admittāt: pleraque verò præsentaneā perniciem afferunt. Hominum autem partim malè aliis cogitantes, ingenita prauitate maleficiū ita temperant, vt spārium curanti liberum non relinquāt: partim sceleris admisi cōsciētia, aut tristi aliquo euentu oppressi, hausto spontē veneno, mortē sibi consciscere conantur. Qui postea deprehēsi, aut resipientes, & vitæ capidi, præsentaneā opem poscunt. Nō desunt, qui hostiles sagittas illinentes, aut fontes aquarū

aquasque puteanas hac labe polluentes, certam & inevitabilem aduersariis perniciem moluntur. In quibus ipsis etsi maleficium non subito, sed aliquantò post grassari natura sua cõparatũ est, tamen nisi primo quoque tempore coerceatur, & remediis subinde excipiatur, frustra tandẽ succurritur, occupatis iam corporibus exitiali vi veneni. Prõinde nõ vulgari industria diligentiãque in ea re utendũ est, vt quod in aliis incommodis ars cõsuevit, in his quoque salutẽ mortalibus præbeat. Quin & apud priscos genus hoc vnũ existimabatur esse eius partis, quæ medicamentis pugnans: sed recentiores id ipsum discreuerũt, nominãtes præcautionẽ, & modũ præcauentẽ, salubris sanantisque mediũ statuantes, parua & leui supra modum persuasione decepti. Siquidem treis in humanis corporibus cõstitutiones esse cõtendũt: vnã, qua sani degimus: alterã, qua sinistra valetudine corpora laborant: tertiã, quæ mediũ inter utrasque locũ sibi vendicat. In qua positi, sanitatem specie mentiuntur, facileque in morbos & pericula concidunt, ob vim corruptricem, quæ corporibus nostris incumbit: quemadmodũ in iis videre licet, quos excandescens rabie canis morderit, necdũ tamen aquã horrent. In iis quoque qui cãtharidas hauserunt, sed nondum vrinæ tormento cruciãtur. Tripartitò igitur artem digeri, triplici quæ corporis cõstitutioni meritò respondere trahunt. Salubrẽ partem esse volũt, quæ sanitatem tuetur: præcauentem, eandẽmque prohibentem, quæ obstat quò minus in morbos inci-

dant: & sanātem, qua vitia discutiantur. Quibus ita respōderi potest, quōd primūm ex ista ratiō-  
 cinatione nō treis corporis tantūm, sed quatuor  
 haberi constitutiones fatendum esset: quippe vt  
 aliqui sunt, qui necdū morbo laborāt, morbo ta-  
 men maximē ob impendentē causam sunt obno-  
 xij: ita sunt, qui iam priore morbo defuncti, non-  
 dum tamen secundā valetudini restituti sunt: id  
 quod in iis, qui à morbo proximē sese recolligūt,  
 cernere licet, qui viriū recreationem & robar de-  
 siderāt. Sed quemadmodū curandi ratio ad partē  
 medicamentariā pertinet, ita præcautionem eidē  
 subiici par est. Ad arcendas enim valetudines ve-  
 hementibus vtimur auxiliis, altiore sacrificatu,  
 vstionibus, amputatione, derodētibus epithema-  
 tis, potionibus perniciosi occurrentibus, & plerūq;  
 que aliis. Veram enimvero sunt vsque eō rudes  
 nōnulli, vt ne remedia quidē appellēt, quæ mor-  
 bos arceant. Cuius sententiæ inirem rationem  
 haud promptum est: etenim cūm verbum ipsum,  
 præcauere, tum agendi modus, omnino auxilia-  
 rem remediariāque vim præ se ferunt. Mirum  
 verō nisi etiā sua illa distributione partium eos  
 cōplectūtur, qui in pestilentis cœli stata morbo  
 nondum correpti sunt: pesti tamen, propter ob-  
 seruantis aeris occasionem, opportuni, & in mor-  
 bum proni redduntur. Dicere forsitā quis posset,  
 salubris institutionis præcepta nō aliud esse, quā  
 arcendorū morborum rationem: quippe cūm fir-  
 ma reddere corpora, & minus vitiis obnoxia ni-  
 tamur, vt inoffensa valetudine degāt, nec morbis

confidentur. Neque id silentio prætereundum, quod maxime præcipuū, & tanquā caput rei est, non oportere medicinæ partium distributionem totidem corporis constitutionibus respondere: sed naturas singulorum sui notis seorsum scrutari ac explorare, vt suis locis ostendimus. Cum igitur non pluribus agendum. Illud magis adnotare conuenit, affectus, qui à virulentis animalibus venenisque cōtrahuntur, vocari cæcos, id est, quorum ratio minimè iniri potest. Quin & ea, quæ eisdem auxiliantur, nulli pariter sunt addita causæ quapropter quæstionibus obseruatoriæ artis, & eius, quæ ratione fulciatur, annumerari solent. Neque prorsus verū deprehenditur, affectus huiusmodi cæcos esse. Nam quod semper se protrahit, & nullum in quibusdam necessariis vsum exhibet, haud facili coniectura colligi potest: etsi naturæ proprietate prorsus cæcos eos affectus concedimus, qui ab exitialibus venenis, & animantibus, quæ virulento morfu sæuiunt, cōtrahuntur. Nam quod ad opus nonnullum vsum præbet, datque medendi occasionem, neque imperceptibile, neque cæcum, nullivæ causæ obnoxium reputatur: sed magis ab ipso quis impulsus, demonstrationem se habere, & opinionem de abditorum cognitione confirmare poterit. Nā etsi sæpe minora sunt, quàm vt sensibus percipiātur, euidenter tamen ex ipsis inter se collatis deprehenduntur. Diocles autem in eo cōmentario quæ Plutarcho dicauit, satis modos perstrinxit, ad verbum ita scribens: Nosse quis hoc potest cū in

aliis non paucis, tum in viperis, & scorpionibus, & reliquis id genus, secum animo reputans, ut quamuis exiguo sint corpore, vixque conspectui subiciantur, magnorum tamen discriminum ac dolorum causas inferunt: quorum nihil præter quandam corporis exiguitatem, vimque præ cæteris animantibus datam illis, facile fuerit spectare. Quanta enim ea moles corporis est, quæ à scorpij ictu, & aliorum id genus venenatorum, quæ nos morfu cõficiunt, attingitur? quorum aliqua vehementes cruciatus excitant, alia erodunt, & putredines cient, nec desunt quæ præsentaneam perniciem moliantur. Aut quantum est quod a phalangij morfu ingeritur, & vniuersum corpus excruciat? neque enim quis magnitudinem ipsorum deprehendere posset, cum profus exigua mole consent. Ergo quod hæc ad affectus referantur, cõstitit inter omnes. Verum quod exacte deprehensam sit, vim quandam ipsis inesse mortiferam, quæ insinuata corporibus molestiarum, quæ exoritur, nobis causa sit, in confesso est, & omnium consensu persuasam. Nec quisquam inuenietur vsque adeo cõtentionis studio flagrans, qui aliunde exoriri molestias asseueret, quàm à materia mortifera partem corporis attingente. Porro id erat, quod inter vtilia arti opera in omni opere dicere oportuit, quænam res opus hoc efficiat, ut nihil profus nos lædat, incomprehensa communis causæ, quæ propriis inest ratio: quandoquidem tum evidenter indicari possit cum deprehensa est. Ideo Erasistratus empiricorum pertinaciam graui caullatione

inaccessens, cæcis affectibus causas assignauit, inficiatus his cōmanem, & supremā morborum causam incōprehensibilem esse: & hęc in eo, quem de causis scripsit cōmentario aptissimè prodidit, cādidō signatā lapillo. Nec ferendos eos esse cēsuit, qui se dicāt in quibusdam, vt in venenis, serpentiū ictibus, & cæteris id genus trita medendi ratione contentos esse. Neque sati facturā libi obseruationem eam, quæ à causarū cōprehensione separata est. Primū enim genere cōprehendi facile possunt. Quod autem sit lethifera vis, corporaque permutans, ita vt perimat, ex iis, quæ per genus, non per speciem vagantur, curationem indicat, quæ hęc hebetare, & profus expugnare liceat. Cū verò subiungit: Ad aquam dulcem, & potui idoneam venit quis, & ante obseruationem ad vomitū, ad vulneris dilatationem, ad demorsę partis suctū, cucurbitulas adfixit, partem incidit, vrentia medicamenta, aut ea quæ vim eandem adipiscuntur admouit, postremò partem amputauit: secum reputauit medicamina, quæ per summam cutim ferre, & applicari solita, immissa ad intima pernicipiei repugnarent. Hęc itaque, quæ differuit Erasistratus, veritati consentanea sunt, nec arti refragantur. Sed methodicos demirari licet, qui mortiferam vim corporibus illapsam negotiorum, quæ ipsa facessit, esse causam distententur, verū rudiusculè nomini attendunt. Nā apud ipsos palam immissa vis φθόγοποιός, id est mortifera, nominatur: φθόγοποιόν autem nullius



officij alius esse potest, quā causæ. Aiunt hæc nomina, *μάριππ* & *ἀνακαλύπτειν*, esse reliquis omnibus similia, in quibus partes quædā dictionū nō pro virtute, sed nuda enuntiatione cōprehēdūtur. Enimvero quēadmodū in his vocib⁹ *μάριππ* & *ἀνακαλύπτειν*, partes neque certos, neque principes retinent significatus: sic in hoc verbo *φθοροποιεῖν* partes productionis gratia, non pro virtute coaluerunt. Hinc ad causarum differentias transeunt, affirmantque causarum aliquas evidentes esse, quæ dum aduersam valetudinem crearunt, separantur: cuiusmodi sunt frigus, labor, æstus, & similia. Quasdam cōtinentes, quæ permanent postquam morbum excitarunt, hoc est, quibus præsentibus, & effectus eorū adsunt incrementibus, effectus augētur: decrementibus, minuuntur: & cūm desinunt, iidem finiuntur: quibus solis ac per se manentibus, effectus quoque ipsi manent. Talia quidem receptissima sunt causarū discrimina, quorū nulli phthoropœon subiici potest. Evidens enim causa non est, quoniam morbus ipse permanet, nec ipsa à corpore separatur. Nec continens causa dici potest, cūm magna ex parte hæc adsit: quemadmodum accidit iis, qui à rabioso cane sunt demorsi. Quod si neque evidens causa, neque continens fuerit, neque per se, neque alterius cōsortio causa erit. Quod si à nulla causarū differentia phthoropœon deducere possumus, consequitur, vt neque causam esse fateamur. Quod autē asseront:

vocabula quædã in se non habere parteis rerum significatrices, sed nuda, & simplici pronuntiatione ficta esse, fateri necesse est. Verum nõ omnia, sed per pauca talem nancisci conditionem existimandum est: neque enim *πρωτεύ* in hoc nomine *φθογοπρωτέον* perinde atque assumptitia profertur, sed longè principem obtinet significationem.

Quemadmodũ enim *φθορᾶς*, id est corruptionis nomẽ mutationẽ in peius significat, si hoc verbũ *πρωτεύ* sumi debet, vt nihil amplius ex eo quod hæc dictionem *φθορᾶ* secum habeat, declaret: neque profus id significat, quod omnes palam audiũt, & huic simile redditur, *πρωτεύειν δὲ ἐξενδύσει*.

Si dant à corruptione sanis fieri morbum, cõcedunt vtique vim in huiuscemodi verbo *πρωτεύ* subesse, siquidem aliquid est quod corruptionem efficiat. Omne autem quod aliquid efficit, ostenditur per singulas causas, quæ corporibus subiciuntur, idque tam in lethalibus venenis, quàm in iis, quæ corporibus ingeruntur. Verum non nihil subiacere causarum differentiis prodant.

Quinetiam aberrarunt, non exactam diuisionem assumentes. Qui verò se dogmaticos profitentur, causam esse partim præparantem, partim continentem asserunt: vt inguinum vlcus, & inguinariã febrim, & quæ effectui tum assistat, tum etiã separetur, vt à fractis præcipitatio. In summa, quoties quidpiam suapte natura causa fuerit, nec vlla diuisione comprehenditur, vitiosum est, ne-

que

que causæ adscribitur, eorum quæ idem genus  
 sortiuntur. Sed quod phthoropœon causa sit, no-  
 men ipsum argumento est, & in iis quæ contin-  
 guunt apertius ostenditur. Quid aliud causæ arbi-  
 trantur esse post impressam à serpentibus icû,  
 quam ex animante vim, & illapsam in corpora  
 vitus? Neque enim frigus, neque æstus, neque  
 sectionâ corporis, neque creditatem, neque aliud  
 quicquâ simile causari possunt. Verum quoniam  
 causarum differentiis gaudent, & aliquas conti-  
 nentes alios evidentes appellant: ipsis dicendum,  
 utroque istorum modorum evidentem quidem  
 causam esse, quod effectû præcedit, & quod cor-  
 poris substantiam præoccupat: continentem verò,  
 quod mortis presentibus adest, qua separata re-  
 cedunt, quæ cum ipsa euenerât. Sed de iis hæc-  
 nus. Statuendum itaque mortiferam vim intrin-  
 secus manifestissimâ esse causam, ipsamque prin-  
 cipem facere scopum oportet. Et antequâ ad ima  
 decumbant morbi, variis modis est certandû, do-  
 nec vis tota corporibus excutiat. Modò enim  
 reuocari debet ea parte, qua pestis intrauerit: mo-  
 dò aliqua alia, præsertim principatum non ob-  
 tinente antè coerceatur, quam altius irrepes vi-  
 scera tangat: aut eius perniciēs eluatur, re unda-  
 tûrque, cum iam membratim peruagatura est.  
 Itaque venena si hausta sunt, crebris vomitioni-  
 bus: si morsu impressa, sacificatione, affixis cu-  
 curbitulis exuctu, carnis circûscriptione, nonnun-  
 quam amputatione extremæ partis, euocantur.  
 Retinentur verò infusione, & imposito medica-  
 men-

mentorum acrium cohibentur. Hæc simul utique arcere virus, & eluere possunt. Restinguuntur, & euincuntur meraciore potu, aut passo nulla aqua diluto, vel contrariorum esu, quæ acrimonia sint prædita. Postremo deiectione alui, euocatus sudor, & alia quædam in commune, quæ membratim demonstrabimus, auxiliantur. Verum enimvero non lethiferam modò materiam, sed & magnitudinem, & tempus, pro scopo cōsiderare oportet. Etenim ab iis remedia quàm plurimum discernē cap. ssunt. A magnitudine quidem, cum nonnulla ex venenis, & viscosis animalibus pericula minantur: alia putredines altas aut exteriores excitāt: alia vehementissimos dolores aut cæcos cient. alia vix medicamentis cedant, & magis minúsve molestias excitant. Oportet autem ea, quæ pericula ferunt perueicacioribus auxiliis expugnari: & minus infesta, mitioribus. Quippe absurdum fuerit in grauioribus, segnioribus medicamentis homines in discrimē adducere: in minoribus vero vehementium auxiliorum iniuria corpus lacerare. Finis à temporibus in promptu est: hoc enim subito in pericula, & præsentem molestias adducit: illud verò sensim, & dilatas in diem longam, aut breuiorem producit. Itaque in acuris quidem confestim multa simul auxilia repræsentari oportet: reliquis, paulatim. Hæc quadam artis formula breuiter definita sint. iam membratim rem prosequamur.

Signa

Signa rabiosi canis, & demorsorū ab eo.

CAP. XXXV.

**D**E rabiosi canis morsu sermonem aliis præpo-  
 suimus, quòd id animal domesticum ac fre-  
 quens esse consuevit, & in rabiem sæpius agitur,  
 ac perit ab eòque cauere difficile: inde pericu-  
 lum inuitabile hominem manet, nisi multis vta-  
 tur auxiliis. Canis plerūque flagrantissimis æsti-  
 bus in rabiem efferatur: interdum quoties frigo-  
 ra incesserunt. Rabiosus autem potum, & escam  
 auersatur largam spumatēque pituitam nari-  
 bus, & ore proicit: toruē & solito tristius intue-  
 tur: in omnes passim sine latratu irruit, & æquē  
 feras hominēsque, tam familiares, quàm ignotos  
 mordet, nec protinus infestum quicquam inflig-  
 git, nisi, vt vulnus, dolorem: exinde morbus ille,  
 qui ab aquæ metu hydrophobicus Graia est vo-  
 ce appellatus, contrahitur. Euenit autem cum di-  
 stentione neruorum, totiūsq; corporis rubore,  
 præsertim faciei, cum sudore, & languore quo-  
 dam. Alij auræ splendorem fugiunt: alij sine  
 vlla doloris intercapedine vexantur. Sunt etiam,  
 qui canum more latratus edant, & obuiam factos  
 morsu adoriuntur, ac mordendo simili vitio la-  
 be factant. Proinde ex iis, qui hoc vitium sense-  
 rint, neminem seruatum vidimus, nisi forsitan ex  
 historia vnum aut alterum euasisse audiamus: si-  
 quidem Eudemus superasse quemdam affirmat.  
 Themisonem aliqui de morsum in hunc furorē  
 incidisse, & euasisse fatētur. Alij ipsum cum ami-

co aquam expauescenti morem gereret, & officium exhiberet, quadam naturarum concordia similem contraxisse affectum: sed post multos tandem cruciatus seruatum exitisse. Molestissimum itaque genus morbi, à quo multos, antequam ipsam experirentur, vindicauimus: & complures ab aliis medicis seruatos nouimus.

Remedia demorforum à cane rabioso.

C A P. XXXVI.

**R**atio medendi duplex: vna communis, qua vtendum in omnes morsus, quos virulentæ animantes imprefferunt: alia peculiaris priuataque, eorum dumtaxat, quos rabiosi canes momorderint: quæ nonnulli quidem summam opem ferre consuevit: aliis verò inutilis, maximè qui ex melto iam tempore istum acceperunt. Quæ ad hanc pertinent, primum exponemus, deinde cursim perstringemus, quæ ad cõmunem medendi rationem pertinent. Cancros itaque fluuiatiles in sarmenis albæ vitis cremare oportet, & cinerem eorum quàm minutissimè tritum habere reconditum: itidem gentianæ radicem tusam cribratamque reponere. Quoties autem canis rabiosus morsum intulerit, in quaternos cyathos meraci vini bina cineris cancrorum cochlearia, vnumque gentianæ coniiciantur: hæc in polentæ dilutionis modum subacta quatridduo bibantur. Inter principia medicamentum hoc modo detur. At qui si ab illato morsu bini ternivè dies fluxerint, curationem auspicabimur à triplicato pondere, supra

id

id quod ab initio retulimus. Optimū hoc aduersus rabiosorum morsus auxilium, quod & pierisque vnum satisfecit, eoque cum fiducia vti licet. Sed vt aliis etiamnum auxiliis contra ineurabile periculum muniamur, nihil cæteris vti prohibet. Satius autem multò fuerit etiam si in vanū recidat, medicamentorum inhumanos tolerare cruciatus, quàm per inertiam ac desidiam in discrimē adduci. Nec ita in demorsis à rabioso animali maiora vulnera vereri oportet, vti minora, & vlcusculis cutis similia: quippe maiori vulnere cōfertim copiosus sanguis emanās, potest nonnihil virulenti liquoris exaurire: quod in minoribus non accidit: quin à maioribus abscedentes carnes hinc auferre, & labia acie scalpelli circumscribere, & prehensam hamulo aut vulsella carnem amputare oportet. In vtrisque circumstantia loca altioribus vlcusculis scarificāda, vt copiosior sanguinis vacuatio arceat, ne venenum membratim insinuetur. Cucurbitulæ cum multa flamma agglutinatæ id iuuamenti præstant, vt venenis vis extrahatur. Contra virulentos ictus, vltio expeditissimū est auxilium, vtpote cum ignis cætera viribus præstet, simul quòd virus domet, & ferri penitus non patiat: simul quòd pars ignē experta, postea non vulgare fundamentū curationi futore præbeat, manente diutius exulceratione. Animaduertendū ex eo tempore cum crustæ decident, ne vlcere oræ coalescant, & cicatrice induantur: sed si fieri potest ad multum, idque præstitutum tempus, vlcerationes & sordidas adhuc

& inflammationem minantes prorogari conuenit. Quod inditum iis falsamentum optimè præstabit, & syluestre allium detritum: item capre, succusque præsertim Cyrenaicus, aut qui Medicus, aut Particus appellatur. Tritici grana tam mansa, quam non mansa imponantur: siquidem subacta pistãve à perfusione vulnera dilata ãt. sicut qui à mandentium ieiunio, sibi aliquid alio scire arbitrentur, quod sine apte natura resistat: verum id certum non est. Caterùm tempestius eorum usus minimè est contemnendus. Si verò, quod per sæpe accidit, ante dies præfinitos cicatrices coirent, committerenturque, manũ postulabunt: namque eas diducere, carnemque scalpello circinare, aut iterum inurere expedit. Vbi verò propositum tempus præterit, vlcus ad cicarricem ducendum, & emplastro, quod è salibus conficitur, locus comprehendendus: nec multò post sinapismo vtendum.

Ratio victus in morfu rabiosi canis.

CAP. XXXVII.

QVAE ad partem istam pertinent præsidia, ita se habent. Caterùm victus rationem ex iis quæ veneno aduersantur, coniectura quadam colligere oportet, simul vt veneni vires hebetet restinguatque, simul vt arceat, quò minus ad intima pernicies illabatur. Etenim assumpta, perniciosarum virium penetrationi resistunt. Quorum vtrumque præstare potest vini meracioris, passii, & lactis potus: quippe qui hæc omnia ca-



piunt ad curam, non nihil veneno obiciunt, quod omnem eius acrimoniam obtundat. Simili modo alliorum, porrorum, cæparumque cibus: quod ea difficulter conficiantur vixque aboleantur. Nā multos dies huius cibi qualitates remanent, quo tēpore nec euincuntur, nec permutantur à mortifera vi, sed contrariis illa vis expugnatur. Cui rei antidotorū vsus accommodatur, & theriaces. Mithridatij, & eius, quod eupatorio temperatur. Denique omnium, quæ magnam aromatum partem sibi vendicant: quippe aromata omnia viribus & substantiis ægrè permutantur: quare in corporibus euincunt. Victus ratio hoc modo se habet: Nolle conuenit, pauorem aquæ non statò definitòque tempore exoriri: plurimū tamen ad quadagesimum vsque diem neglectis differri consuevit. Post semestre etiam nonnullos inuadit: quendam post annum aquam horruisse constat. Quæ nobis visu comperta facere. Narrant & aliquos post septennium aquæ metu fuisse tētatos. Inter principia demorsorum à cane rabiosa curandi ratio talis est. Verum euimvero si ea, quæ retulimus auxilia, primis diebus prætermissa fuerint, nec scalp pro carnem circinare, nec vstionem experiri operæ pretium est. Non enim quod iam pertransiit, satis euocare possent. Nulla utique astius rei occasio aut vtilitas, sed in cassum corpora doloribus sternantur. Alter verò curationis modus accedat. Deiectio magnum præbet iuuentum, utpote cū mouendo, corporis habitum transmutet: & quæ colocynthidem recipit  
hiera,

hiera. Item lac schistum, quod simul deiectionem moueat. & venenum domare possit. Cibi acres, & meraculi potus, quibus vis veneni vehementer retunditur, quotidie sumi debent. Caterum sudores ante cibos, & post etiam ciendi. Dropacismi sinapismi que alternatim per corpus totum adiciendi. Sed longè omnium efficacissimum auxilium helleborismus cognoscitur, quo cum fiducia non semel atque iterum, sed frequentius ante quadragesimum diem, vel post hoc tempus uti licet. Tantam enim vehementiam hoc auxilium habere fertur, ut quidem, qui iam aquæ metum sentirent, sumpto helleboro, simul ac primùm morbi impetum experirentur, fuerint seruati. Nam & iam vitio tentatos nemo vnquam seruare potest. Itaque primùm curam contra rabiosi canis morsus breui sermone exposuimus: iam ad alia, quæ venenatis moribus sæuire consueverunt, transeundum. Notas vno contextu, deinde communem medendi modum, qui omnibus conuenire possit, explicabimus. Cursim deinceps subiungemus ea, quæ sua proprietate nonnullis auxiliam præstare possunt. Postremò subnectentur etiam venenata, quæ nullis cedunt remediis. Notæ eorum, qui à venenatis demorsii sunt. CAP. XXXVIII.

**D**emorsis à phalangiis locus quidem ipse, quasi ab inspecto aculeo rubet, non intumescens, nec per ambitum calidus est, sed medioeriter humescit: vbi verò contrariorum occursum refrixit.

consequitur corpore toto tremor, distentiones poplitum & inguinum, conuulsionibus non dissimiles. In lumbis collectio exoritur, & perpetua urinae libido lacessit, multaque reddendis excrementis colluctatio. Vniuersa cute frigidus sudor emanat, collacrymant oculi, offusque nebulis caligant. Si scolopendra aut dicta ophioctene, mortum intulit, locus per ambitum liuore sagillatur, & computrescit: interdumque, licet raro, faeculentus atque ruber cernitur. A morfu ipso exulcerari locus incipit, vlcusque id negotium exhibet, ferè remediis inuictum: praeterea toto corpore prurigo sentitur. Scorpionis morfu inflammari statim incipit locus, & indurescit, ac intentus rubet, vicissimque dolore premitur. Modo siquidem exaestuatur, modò frigore occupatur. Labor repente fatigat, & aliquando meliusculè habet, aliquando verò recrudescit. Consequitur sudor, horroris sensus, & tremor. Extremæ corporis partes refrigescunt, inguina extolluntur, per sedem flatus exeunt, capilli eriguntur, pallor membra decolorat & dolor, tanquam ex pungente acu, per vniuersam cutem sentitur. Si marina pastinaca percussit, protinus accidunt molesti dolores, assidua conuulsionones, lassitudo, & imbecillitas. Mens percussis labat, postea obmutescunt: oculi caligant. Percussus autem locus in ambitu cum vicinis partibus denigratur, & ita obstupescit, vt tangentem non sentiat. Hunc si quis premat, atra sanies, crassa & maie olens excernitur. A mure araneo percussis, circa morsum

in orbem inflammatio exoritur, nigræque pustula, diluta sanie turgens, exurgit: proximæ partes liuent. Rupta pustula, depiscens vlcus, non ei dissimile quod serpit, occupat. Intestinorum quoque tormina, difficultas vrinæ, & frigidæ asperginis offusio consequuntur. Si vipera momordit, corpus incumet, vehemēter acescit, subalbidumque colorem concipit. Sanies à vulnere profunditur, primum suppinguis, mox cruenta: postule adustis similes erumpunt: & antea depascens vlcus, quod in proxima repens, non summa modò corporis, sed intima quoque corripit, gingivæ iis cruore suffunduntur: inflammatio circa iecur erūpit: tormina & biliosi vomitus sequuntur. Sopor, tremor, & vrinæ difficultas accedit, & frigidus sudor offunditur. Consimilia eueniunt iis, qui à cæcilia nomine, aut amphibæna demorsæ sunt, eademque ferè auxiliantur: quare hoc venenum priuatam descriptionem sortitum non est neque visum est dignum quod alio genere comprehēdatur. A dryino morsis pustulæ molestique dolores incidunt, præsertim quæ dilutæ saniei emissarium subest: quinetiam erosio, tominarque consequuntur. Ab hæmorrhoo istis vehementes cruciatus accidūt, qui angusta contractaque corpora ex continuo dolore reddunt. Ex plaga copiosus cruor effluit, & quacumque parte corporis cicatrix vlla fuerit, ea sanguine manat. Excrementa per aluam cruenta euiciuntur, profluensque sanguis in globos coit. A pulmone sanguinem extulsiant, & in vomitiones effusū sine remedio

commoriuntur. Quos dipsas percussit, solutos ac non constrictus tumor premit, sitisque vique eò pertinax, vt satiari non possit, ac sine vlla intercapedine excruciet: etsi potum pleno ore affatim trahant, illico in eandem sitim relabuntur: proinde toto habitu similes sunt iis, qui antea potus nihil hauserint. Quare propter continuam sitim, & prester, & caulon, aut dipsas appellatur. Ab matrice demorsis vlcus dilaturatur, & liuidum ac ingens euadit. Sanies ex eo multa, & atra, & male olens, non secus atque iis, quæ serpunt vlcerebus, expuitur. Cæchi morsum, qui viperino ictui similis est, putridum vlcus sequitur. Carnes antea, vt in aqua intercutem, prætumidæ, defluunt. Lethargo corripiti, & veterno pressi somnos captant. Erasistratus eos iocinere intestino ieiuno. coloque confictari author est. Quippe dissectis ipsis, omnes ferè partes corruptæ reperiuntur. A ceraste percussis locus attollitur, cum duritia pustulosus. E plaga sanies profluit, modò atra, modò pallidior: sed toto concretu varicosus intumescit: genitale intenditur: mens labat, & conlorum caligo exoritur: denique rigore nervorum distenti commoriuntur. Ab aspide ictis vulnus exiguum prorsus, quasi ab adacta acu citra tumorem conspicitur: sanguis exiguus ille quidem, sed ater distillat: caligo velox oculos obnubit: labor in totum corpus multiplex, omnino lenis, & non sine voluptate consequitur. Ideo Nicander perpulchrè cecinit: At vir perit absque labore, virens atque discolor. Mediocris stomachi dolor

dolor afficit:frons perpetuò reucllitur:genæ cō-  
 tremiscunt, quasi sine sensu in somno vacillent.  
 Hos mors tollit, ad diei trientem nō dilata. Era-  
 sistratus in libro, quem de medicaminibus & ve-  
 nenis cōdidit, de vocato basilisco scitè ita refert.  
 Cum basiliscus momorderit, vulnus ad auri co-  
 lorem efflauescit. Ita quæ in plurimis, quæ virus  
 eiaculantur, comites notæ ita se habent. Trans-  
 euntes vtique ad medendi rationem, primùm, vt  
 fieri poterit de communibus differemus.

Communis curatio in omnes ictus viru-  
 lentos. CAP. XXXIX.

**A**Duersus quidem omnē animalis ictum, quod  
 venenum vibrat, oris sectio conuenit. Surgē-  
 tem verò oportet ieiunum non esse, sed & cibum  
 sumpsisse, & vino os abluisse: postea exigū olei  
 in ore continens plagam exugat. Locus ipse spō-  
 gia fouendus, deinde scarificandus: sed vlcuscula  
 altius imprimere expedit, quo virosa materies  
 profundo euocetur. Circinatio autem carnis, &  
 sectio, scarificatione longè potentius opitulatur:  
 nāque ab iis duo peculiaria præsidia sūt. Vnum,  
 quod virus è loco tollitur. Alterum, quod eius  
 veneni pars, quæ ad interiora grassatur, cū multo  
 copiosoque sanguine excernitur. Quòd si locus  
 sectionem non admittat, cucurbitulæ cū largiori  
 flamma adfigendæ sunt. Sed iam de vstione suprā  
 in rabiosorum morsu differuimus. Si verò icta  
 pars, vtpote extrema, eam sectionem commodè

non respuat, præsertim in omnibus serpentium  
 ictibus, ut aspidis, cerasæ, similiūque, procul-  
 dubio amputanda est. Conuenientiora supra di-  
 ctis auxilia sunt, quæ epithemata vocant. Im-  
 ponatur sarmentitios cinis, aut ficulus, cum lixi-  
 uo stillatio subactus, garo, & acri balsamento:  
 porri, cepæ, & alia modò minutissime contrita  
 illinuntur, modò cremata vulneribus iniiciuntur.  
 Quinetiam dissecti gallinarum pulli, cum maxi-  
 mè tepent, percusso loco applicentur. Nec desunt  
 qui hisce tanquam discordia quadam naturali  
 pugnantibus vtantur: verum huius rationē inire  
 facillimum fuerit. Gallinæ enim calida natura  
 præditæ sunt argumento, quod deuoratum insi-  
 gne virus conficiunt, & acidissima quæque semi-  
 na consumant, item nonnunquam arenas lapil-  
 losque ingluie sua deuoratos, dissoluūt. Itaque  
 animantis admoti calore adiutus spiritus, ab ista  
 parte impetū capescens exiliensque secum vena-  
 rum exigit. Nec me fugit quid in Aegypto fieri  
 soleat. Cùm spicas Aegyptij metunt, ollam picis  
 paratam habent, & appentam falciam: tunc enim  
 maximè serpentium iniurias expauescunt, tum  
 propter spicilegij tempus, tum quòd opacis si-  
 mul abdite spelūcis & cavernis, densoque aruo-  
 rum cæspite delitescunt. Molestissima enim ani-  
 malia & virus erodiantia, Aegyptus in cāpis fer-  
 re consuevit. Vbi ergo aut in pedem, aut partem  
 aliam, morsum intulerant, qui adsunt, falciam in  
 ollatu picis coarctant: & semel aut iterum bra-  
 chium aut crur paulū supra vulnus obligant,  
 & ar-

& arctissimè duo è præsentibus distringunt, locumque secantes, qua circumactus est laqueus, picem instillant. Cùmque satis vulnus excepisse videtur, laqueum resoluunt, & cæpisse aliisque supra memoratis illiniunt. Præterea pix liquida cum sale trito & feruente illita, præsentaneo est auxilio, si iugiter innouetur: Conuenit & cedria, & simum caprarum ex vino decoctum. Locum aceto calido, calamintha in lotio, maris aqua, aut acida muria decocta, foueri salutare est. Quinetiam non desunt emplastra vehementissima, & calidissima, quæ venenum elicere, expugnare, & discutere possunt. Cuiusmodi sunt quæ ex sale, aut nitro, sinapi, & cachrye componuntur: de quibus consequenter erit tractandum. Erasistratus autem nõ iniusta reprehensione eos incesit, qui incognitas ad hunc usum facultates conscripserunt, vt elephanti fel crocodilive sanguinè, ouaque testudinis, & consimilia. Nam cùm iouantia quædam literis tradidisse videntur, planè in hæc sola incidentibus imposuerunt. Quare talia deuitanda sunt, cùm difficilè, nisi regia facultate, peruestigari possint: neque, quò nostra fides iis obstringatur, frequenti obseruatione, sufficiens experimentum præstiterint. Quæ autem ad communem omnium usum pertinent, quæque facilè suppeditari, & omnibus à serpente percussis auxilium ferre queunt, subiungenda videntur. Intubus itaque, & erica, & astragalus, cū aceto posita, contra omnes serpentium morsus auxiliatur. Item bitumen, & virètes platani pilulæ in vino



diluto coctæ, & paliuri decoctum: radix aristolochiæ, & cryngij: decoctæ etiam lauri baccæ & denorata, pipérque largius esitatum, ruta, anethum, & cyclaminus: coma porrorum priuatim ex pane, aut alliū, aut cæpe, salsamentaque quàm acerrima: origani decoctum cum vino potū, fœniculi, pulegij, calaminthæ, porrorūque succus cum melle desorptus. Hæc quidem à plantis cōquiruntur. Ab animantibus verò quædam vtiliter peti solent: gallinaceorum cerebella in cibo, leporinum coagulum cum vino, itidem castorij sextans, testes marinæ testudinis sumpti multum prodesse tradūtur: mustella sale inueterata inter auxiliaria medicamenta est. Commendatur in primis exenterata, quæ sale siccescens inueteratur: ex qua binas drachmas cum vino bibisse satis est. Sed de simplicibus, quæ dari solent, hæcenus. Percussis à serpente prodest alui deiectio, diffusus sudor, vrina copiosè reddita. Sunt & compositæ quædam potiones, quæ mira remedia polliceri traduntur, vt & opij & myrrhæ singuli oboli, piperis sicilicum: ea melle excipiuntur, & instar Aegyptiæ fabæ dantur cum vino. Itidem syluestris rutæ seminis, gith, cumini Aethiopicij, aristolochiæ, galbani, singulorum pares portiones tritæ, & cum erucæ succo subactæ, digerūtur in pastillos, qui drachmæ pondus equent: dantur ex iis terni cyathi cum vino. Hæc habui de communibus auxiliis quæ dicerem. De peculiaribus remediis contra bestias, quæ venena vibrant; consequenter est dicendum.

Peculiaria remedia virulentorum  
ictuum. CAP. XL.

**I**Nter ferientium venenatorum notas nihil de  
velpis & apibus articulatum digessimus, quòd  
conspiciuæ omnibus forent, & nihil excellens aut  
notatu dignum in his obseruaretur: inter reme-  
dia tamen, earum meminisse non fuit alienum.  
Igitur aduersus utrarumque ictus prodest illita  
malua, & hordeacea farina cum aceto, ficul-  
neum lacin vuluus instillatum, à muria, aut ma-  
ris aqua lotus. Phalangiorum ictibus ficulneum  
cinerè, adiecto sale trito, & vino, imponere opor-  
tet, aut radicem syluestris punicæ quam tenuis-  
simè tritam, aut aristolochiam cum hordei fari-  
na & aceto subactam. Ulcera aqua maris proluèn-  
da, aut apiastris decocto, foliâque eiusdem illinen-  
da. Lauacris perpetim vtendum, & propinandum  
abrotoni semen, anisum, aristolochiam, cicer syl-  
uestre, cuminum Aethiopicum, cedrides tritas,  
platani corticem, & trifoliæ herbæ semen: priua-  
tim autem, singulorū ex iis binas drachmas dare  
cum vini hemina conuenit. Item myricæ fractus  
& chamæpityos, & vridium euprepsi pilularum  
decoctum, admisto vino. Sunt qui fluuiatilis cæ-  
cri exprepsi succum, cum lacte, assumpto apij se-  
mine, confestim molestiis liberare prodant. Si  
scolopendra morsum infixit, sal quàm leuissimè  
tritum ex aceto vulneri inspargendus, aut ruta  
syluestris superponenda. Locus acida muria fo-  
nendus, & danda in poti aristolochia cum vino,

aut

aut serpyllū, aut calamintha, aut ruta syluestris, Percussis à scorpione, præsentī est auxilio ficulneum lac in vulnus instillatum. Scorpīus ipse, qui ictum vibrauit, tritus, & percusso loco impositus, suæ plagæ remedium est, ob cæcam quandam naturarum (vt constat) discordiam, quæ antipathia appellatur. Præterea tritus & impositus cum sale, bini semine, & althæa scorpīus conuenit. Sulphur ignem non expertum, resina terebinthina exceptum, & emplastri modo adiectum auxiliatur. Itidem galbanum ad splenij formam ductum, & calamintha, quæ trita illinatur, & farina hordei in vino parata, in decocto rutæ. Semen trifoliæ herbæ tritum, & vulneri iniectum opitulatur. Hæc ad affectum locum pertinent. Post hæc quàm efficacissimis potionibus vtendū, cuiusmodi sunt aristolochiæ, præsertim corricis binæ drachmæ cum vino rosa gentiana, & pulegium decoctum, & bacæ lauri paucō numero tritæ, & calamintha cum posca in qua magno pere discoqui debet: cupressus cum vino & ruta; nec secus ficulneum lac, laserpitium, si adfit, si desideretur, peucedani succo vtendum. Efficax est potus trifolij, & ocymi semen. Horum autem omnium vicem pensat iugis lauacri vsus euocatus sudor, & dilatæ vini potiones. Ei, qui marina pastinaca icitur omnia quæ de viperarum morsu paulò post referemus, simili modo conueniunt. Peculiariter autem ictus à marino scorpione, & dracone inferuntur, qui molestos cruciatus ciēt: interdum autem, sed rarò, nomas excitant. Quibus

bus absynthij, saluæ, aut sulphuris ex aceto triti-  
 potio subuenit. Pastinacæ diuulsa & vulnere im-  
 posita, sui i&us medela est. Si mus araneus mor-  
 morderit, auxiliatur ex galbano solentiam, per se  
 vulnere exterius impositū, vt medicamenti mo-  
 do aceto tritum, & hordeacea farina cum aceto  
 tritum, & hordeacea farina cum aceto mulso il-  
 lita. Quinetiam mus ipse qui morsum intolit, si  
 dillectus apponatur, i&us sui beneficia luit: reti-  
 stant quoque acini dulcis ponici decocti, & illi-  
 ti. Item porri, & alia contrita, necnon aquæ ca-  
 lida: sotos: sed hæc ad locum pertinent. Prodest  
 potum abrotoni decoctum, maximè si in vino  
 detur. Præterea serpyllum, & galbanum, & eru-  
 ca vino madefacta, recentes cupressi pilulæ cum  
 aceto, & cyclaminus ex aceto mulso, & pyrethrū  
 cum vino, & cameleonis herbæ radix. Nec de-  
 sunt, qui literarum monumentis tradiderunt, tri-  
 tum murem araneum contra suos i&us commo-  
 de bibi. Quam historiam apud alios inuētam, di-  
 gnam dumtaxat celsimus, quæ annotaretur. Alij  
 asseuerant demorsum non aliàs exulcerari, nisi  
 prægnans mus araneus fuerit: tum sanè auxiliari  
 ferunt. Si vipera morsum impressit, fimum ca-  
 prinum cum vino, studiosè impositū opitulatur.  
 Item laurus, & abrotonum, & galbanum splenij  
 loco superiectum, & origanum viride inditum.  
 Palli gallinarum discerpti, & confestim admoti:  
 erui farina vino subacta: radicis cortex vsque eō  
 tusus, vt in puluerem solutus abeat, & scilla to-  
 sta: detritum chamæmelum hordeaceæ farinae ca-  
 ta-

raplasina in aceto mulso præparatum : sed locus  
 antè eo calido foueatur. Hæc loco imponuntur.  
 Contra viperinos ictus rubus cum vino prodest.  
 Aliqui anchusam tenui folio constantem auxi-  
 liari prodūt. Leporini coaguli in vino terni obo-  
 li bibuntur, & porracei succi hemina in mero, &  
 foliorum apiastri succus, & syluestris ruta: hæc  
 in vino potari debent. Vinum frequenter biben-  
 dum, allia mandenda, & cæpæ, & porri recentes,  
 fassamenta acerrima, & opipara. Simplicia hæc  
 sunt. Percussis à vipera præclarè auxiliatur me-  
 dicamentum, quod myrrhæ, piperis, castorij, flo-  
 ris portulacæ seminisque, dimidio acetabulo cõ-  
 stat: hæc omnia in Cretico passo teruntur, aut in  
 alio probato. Erisistratos in eo libro, qui  $\pi\rho\rho\iota$   
 $\delta\omega\acute{\alpha}\mu\epsilon\nu\upsilon$ , id est, de viribus, inscribitur, pleraque  
 alia tradidit, quæ ictis ab vipera auxilium ferre  
 possunt: inter quæ talia maximè laudantur. Gal-  
 linacea cerebella cum vino pota, semen fatiux  
 brassicæ tritum, & acetabuli mensura cum vino  
 potum. Quinetiam bonum est digitum in liqui-  
 dam picem intingere, deinde vinum, quo digitus  
 fuerit elutus, bibere. Hæc sunt, quæ contra vipe-  
 ræ ictus auxiliantur. De amphibæna mentionē  
 hoc loco fecimus, quoniam ferè remediis ad vipe-  
 ras scriptis, percussi ab ea adiuari soleant. A  
 dryino ictis conuenit aristolochia cum vino po-  
 ta. trifolium herba, radix hastulæ regix similiter  
 assumpta, & fructus ex omni quercus genere, &  
 tuxæ ilicis radices, & illitæ parti ictæ auxilian-  
 tur

tur. Hæmorrhoi dipsadisque morsus velut immodicabiles à plerisque maiorum deplorati relinquebantur: quare si peculiaribus contra dipsadem remediis ageamus, communia experiri operæ pretium erit. Protinus autem scarificatione uti, vstionem facere, & si locus patiatur, extremorum amputatione opus erit: consequenter quæ acerrima cataplasmata admouere, de quibus sæpenumero diximus. Nec me fugit, acres cibos, maximè à salsamentis, vtilis esse. Meracæ potiones & lauacra profunt, quæ subinde iniecto breui spatio assumenda sunt, priusquàm morbi genus emerferit: quo semel erumpente, opem ferre nō potest vlla medici opera. In icu hæmorrhoi eadem profunt. Insuper quæ in commune opitulatur, vt scarificationes, vstiones, acres cibi, meraci potus, & quæ nūc in dipsade definitimus. Quintiam decocta vitis folia, & cum melle trita. Si morsum natrix adegit, prodest origanum tritum & aqua subactum, lixiuia cum oleo indita, aut aristolochiæ cortex, aut querna radix minutim contrita, & hordei farina cum aqua & melle colliquata. Bibuntur etiam binę aristolochiæ drachmæ in potione poscæ cyathis duobus, deinceps marrubij succus, vel decoctum alterius cum vino. Fauus recēs datur in aceto. Morsus à cenchridio auxiliatur lactucæ fructus cum lini semine illitus, & satoreia trita, & syluestris ruta, & serpyllum cum duabus hastulæ regiæ drachmis, & tribus vini cyathis, aut aristolochiæ radix. Item cardamomum & gentiana. Si cerastes percusserit,

rit, cita partis amputatio suffragatur: quare sine mora eam partem amputare, aut scalpro confestim circumcidere, & iis similia prosequi oportet. Vrentia insuper reliquiis admouenda, siquidem virus hoc veneno basilisci simile est. Iis, qui ab aspide feriuntur, quæ de ceraste scripta sunt auxilia dari debent. Nam venenum hoc, quemadmodum basilisci, aut sanguis bubulos, celerimè in arteriis sanguinem cogit. Ad basilisci morsum, ut Erasistratus auctor est, auxiliatur castorij drachma in vino pota: item papaueris

succus. Ictuum remedia ita se habent.

\* \* \*

F I N I S.

INDEX

# INDEX OMNIUM

quæ in Dioscoride con-  
tinentur.

<b>A</b>		Achras	96
		Acida muria	399
<b>A</b>	Brotonum	Acinos	234
	224	Acorum	7
	Absynthium	Aconitum	328
	222	Acuta spina	74
	Absynthiū marinū	Adarces	456
	223	Adeps omnis	133
	Absynthiū Sātonicum	Adianton	349
	224	Aegilopss	351
	Absyntita	Aeris squamma	424
	408	Aeris flos	440
	Acacalis	Aerugo rasilis	425
	73	Aerugo scolecia	427
	Acacia	Aes vitum	423
	81	Aethiopsis	340
	Acacia altera	Actites lapis	464
	84	Agallochon	23
	Acantha	Agaricum	206
	218	Ageraton	314
	Acanthium		
	217		
	Acāthus sylvestris		
	218		
	Acetum		
	397		
	Acetū è betonica		
	411		
	Acetum mulsū		
	398		
	Acetum scillinum		
	399		
	Acetū è stœchade		
	410		
	Achillea		
	305		

LI Agnus



# I N D E X.

Agnus	83	Anagallis	201
Aiuga	290	Anagyris	286
Alabastrites	462	Anchusa	301
Alcea	286	Androsaces	283
Alcibiadion	302	Androsæmon	289
Aleyonium	455	Anemone	199
Alisma	287	Anethum	244
Allium	182	Anguim senectus	112
Aloe	210	Anisum	243
Alfina	333	Anonis	218
Althæa	285	Anthemis	284
Alumen	446	Anthericum	193
Alumen scissile	447	Antyllis	284
Alus	296	Antipathes	458
Alysson	265	Antirrhinon	348
Alypon	378	Antispoda	422
Amaracum	233	Aparine	264
Amaranton	313	Aphaca	180
Ambrosia	275	Apiastrum	269
Amiantus lapis	463	Apios	376
Ammi	245	Apium	247
Ammoniacon	262	Apocynon	330
Amomis	18	Apoilinaris	320
Amomum	17	Apri iecur	118
Ampelitis terra	403	Apumictus curatio	517
Ampeloprason		Aqua	396
Amphisbenæ ictus nota		Aqua frigida	493
Amurca	86	Aqua marina	396
Amygdalæ amara	98	Aqua mulsa	395
Amylum	154	Arabicus lapis	462
		Araneus	123
		Ar-	

# I N D E X.

Arbutus	98	Aspidis iactus notæ	512.
Arcion	341	eius curatio	522
Arction	340	Aster Atticus	345
Arcturon	ibid.	Astragalus	315
Arena	465	Athamanticum	8
Argemone	200	Athera	152
Argenti recrementum		Atractylis	265
432		Atramētum librarium	
Argenti scoria	ibid.	469	
Argenti spuma	ibid.	Atramentum sutorium	
Argentum viuum	439	441	
Arisarum	193	Atriplex	166
Aristolochia	210	Auellana nux	100
Armeniaca mala	95	Aucua	152
Armenius lapis	437	Auricula muris	204
Armoracia	164	Auripigmentum, siue	
Aromati	193	arsenicum	445
Aromatices	412		
Arthenogonon	279	<b>B</b>	
Artemisia	274	Baccæ lauri	69
Arundo: vide Harundo		Baccharis	234
71		Balaustium	91
Asarum	12	Ballote	269
Asclepias	265	Balsamum	20
Aschyron	288	Barbula hirci	179
Asininum iecur	118	Basiliscii iactus notæ	513.
Asini vngula	ibid.	eius curatio	522
Asius lapis	458	Bdellium	53
Aspalatus	22	Beta	168
Asparagus	169	Betonica	291
Asplenon	283	Bitumen	64
		L I 2	Blata

# I N D E X.

Blata pistrinaria	117	Cancamum	24
Bliton	165	Cancri	110
Botrys	275	Canis rubus	75
Brassica	166	Canis rabidi iccar	118
Brassica marina	167	Canis rabiosi signa	504.
Brassica sylvestris	ibid.	curatio mortis eius	
Britanica	293	505. ab eo mortiferam	
Bromus	351	victus ratio.	507
Brion	23	Cannabis	286
Bryonia		Catharides	122. & 478
Buccina	107	Capnos	341
Buglossam	347	Capparis	197
Bulbus esculentus	194	Caprae vngula	118
Bulbus vomitorius	195	Caprinum iccar	ibid.
Banion	346	Cardamomum	9
Baprestis	123	Cardamina	172
Euphthalmos	282	Carduus	117
Butyrum	128	Carpasi succus	484
Butyri fuligo	ibid.	Cariotæ	89
		Carum	243
		Casus	128
		Casia	14
<b>C</b> acalia	346	Castanea	87
Canchris	253	Castorium	14
Cadmia	416	Catanance	349
Caciliae	511	Catorchites	405
Calamus odoratus	20	Caecalis	177
Calamintha	230	Cedria	67
Calcifraga	378	Cedrites	68
Caltha	313	Cedromela	95
Calx	491	Cedrus	67
Calx viva	454		

# I N D E X.

Celticum nardum	11	Chia terra	467
Cēchri iſtus notæ	512.	Chondrylla	174
eius remedia	521	Chryſanthemon	285. &
Centauriū magnū	211	313	
Centauriū minus	212	Chryſocolla	437
Cæpa	181	Chryſocome	312
Cepæa	287	Chryſogonon	313
Cera	147	Cicadæ	120
Ceraſia	93	Cicer ſatiuum	156
Ceraſtæ iſtus notæ	512.	Cicer arietinum	ibid.
eius curatio	521	Cicer ſylueſtre	157
Cerui genitale	117	Cichorion	174
Ceruinum cornu	112	Cici	366
Ceruſſa	435	Cicata	329
Ceſtrum	291	Cimices	116
Chalcitis	442	Cimolia	467
Chamæ	108	Cinis ſarmentitius	455
Chamæactæ	375	Cinabaris	438
Chamæciſſos	346	Cinnamomum	16
Chamædaphne	354	Cionia	107
Chamædryſ	267	Circeæ	276
Chamæleo albus	213	Circium	344
Chamæleo niger	214	Ciſtus	76
Chamæleuce	347	Citria mala	95
Chamæpitys	290	Clematis	295
Chamæſyce	371	Clinopodium	266
Chamælea	373	Clymenon	297
Characias tithymalus		Cnicus	382
367		Coagulum	132
Chelidonium	202	Coccum gnidion	474
Chelidoniū minus	202	Coccu infectoriū	109

# I N D E X.

Cochleæ	109	Crocum	ibid.
Cœreleus	437	Croton	366
Colchicon	331	Cucurbita	174
Colligendorū ratio	4	Cucumis sativus	175
Colocasia	158	Cucumis sylvestris	359
Colocynthis	377	Cuminū sativum	244
Colymbades	85	Cuminū sylvestre	ibid.
Communis curatio in omnes ictus virulen- tos	513	Canila	226
Conyza	277	Cupressus	65
Corallium	457	Curini	151
Coriandrum	246	Cyclaminus	190
Coria veteramentaria	119	Cyclaminus altera	191
Coriarius frutex	88	Cydonomeli	402
Coris	289	Cydonites	402
Cotonopus	172	Cynia	382
Corna cerui	122	Cinocrambe	383
Cornus	97	Cinoglosson	347
Coruda	169	Cynosorchis	279
Cos Naxia	465	Cyparissias tithymalus	369
Costus	18	Cyphi thimiama	24
Cotonea mala	94	Cypirus	8
Cotyledon	335	Cytinus	91
Cratæogonon	278	Cytisus	342
Crinnon	152	<b>D</b>	
Crithmum seu critha- mon	172	Damascena pruna	97
Crocodillon	215	Damasonium	287
Crocomagma	25	Daphnoides	354
		Daucus	251
		Delphinium	ibid.
		Den-	

# I N D E X.

Dendroides tithymalus	367	Elæomeli	30
Deuteria	393	Eleoselinum	247
Dictamnū	228	Elichryson	313
Dictamnū Cretēse	229	Empetron	378
Diphrybes	444	Ephemeron	332
Dipsacum	215	Epimediōn	300
Dipsadis morsus notæ		Epimelis	96
512. eius curatio	521	Epipactis	341
Dorycnion	325	Epirotica mâla	95
Draba	186	Epithymum	377
Draco marinus	110	Equisetum	310
Draconis mariui ictus		Equorum lichenes	118
remedia	518	Eretria terra	465
Dracunculus	191	Erica	75
Dryini ictus notæ	511	Erinaceus	106
eius curatio	520	Erinei	103
Dryopteris	382	Erinus	303
Dulcis radix	211	Eruca	177
		Erucæ olerum	122
		Erucepinorum	ibid.
		Eruum	160
		Eryngium	220
		Erysimon	186
		Erytrodanon	283
		Eupatorium	307
		Euphorbium	260
		F	
		Faba	157
		Faba Eegyptia	158
		Fæx	453
		Ll 4	Fa.

## E

E Benus	77
Ebulū 374. vel	375
Ebur	121
Echinus	106
Echion	303
Elaphoboscon	249
Elaterion	359
Elatine	307
Ele&trum	70
Elelisphacos	229

# INDEX.

Fagus	86		
Farina crassior	152		
Fel	140		
Ferri rubigo	428		
Ferula	255		
Festuca	351		
Fibrini testes	113		
Ficus	102		
Filicula	381		
Filix	380		
Filix foemina	ibid.		
Finam	142		
Flos æris	423		
Flos salis	451		
Flos puniceæ	91		
Flos sylvestris punicis			
ibid.			
Fœniculum	249		
Fœniculam erraticam			
250			
Fœnum græcum	155		
Fraxinus	69		
Fuligo è myrrha, resina, styrace	57		
Fuligo liquidæ picis			
63			
Fuligo pictoria	468		
Fuligo thuris	59		
Fumarina	341		
Fungi	331		
			<b>G</b>
		<b>G</b> Agates lapis	461
		Galactites lapis	462
		Galaxias	ibid.
		Galbanum	161
		Galerita	121
		Galion	336
		Galiopsis	ibid.
		Galla	87
		Gallina	119
		Gallinæ cerebellum	ibid.
		Garum	117
		Genitale cerui	ibid.
		Gentiana	209
		Geranion	275
		Geodes lapis	465
		Gingiberis	188
		Gingidion	176
		Gith	256
		Gladiolus	300
		Glans	86
		Glans Iouis	87
		Glans Sardiæ	ibid.
		Glans unguentaria	363
		Glisum sativum	205
		Glau u sylvestre	ibid.
		Glaucium	263
		Glaux	351
		Gluten piscium	264
		Glu-	

# I N D E X.

Glutinum	263	Helenium alterum	27
Glycyfide.	282	Helioscopias	368
Gnaphalium	276	Heliotropiū magnum	383
Gnidium granū	374	Heliotropium paruum	384
Göbins	115	Helleborū album	354
Gramen	304	Helleborum nigrū	356
Gramen arundinaecum		Helxine	307. & 332
ibid.		Hemerocallis	278
Gramen Parnasi	ibid.	Hemionitis	283
Grossi	103	Herba Sabina	67
Gummi amygdalæ	98	Hieracium magnū	246
Gummi cerasi	93	Hieracium paruum	ib.
Gypsum	454	Hippace	128
		Hippocampus	107
<b>H</b>		Hippoglosson	348
Hæmatites	460	Hippolopathon	165
Hæmorrhoi iictus		Hippomarathon	250
notæ 511. est curatio		Hippophaes	365
521		Hippohæston	ibid.
Halica	153	Hippopotami testes	113
Halicacabon solanum		Hippofelinon	248
324		Hirci barbula	179
Halimus	74	Hirculus	11
Harundo	71	Hirundines	121
Harundo Cypria	72	Hirudo	493
Harūdo vallatoria	ib.	Holoftium	297
Hastula regia	193	Hordeum	150
Hedera	201	Horminum	281
Hedysaron	281	Hyacinthus	316
Helcysma	432		
Helenium	26		



# INDEX.

Hydromeli	396	Inglandes nuces	99
Hydromelon	402	Iuncus odoratus	19
Hydropiper	188	Iuniperus	66
Hyofcyamus	320	Ius piscium	116
Hypecoon	ibid.	Ixia	213
Hypericon	288		
Hypocistis	76	<b>L</b>	
Hyslopum	225	<b>L</b> Abram Veneris	215
Hyslopites	409	Labrusca	386
		Lac	125
		Lac coagulatum	490
<b>I</b> Aspis	464	Lac humanum	127
Iberis	105	Lac schiston	126
Ibiscum	285	Lactis serum	ibid.
Ichthyocola	264	Lacerta	124
Idæa radix	309	Lactuca sativa	176
Iecur apri	118	Lactuca sylvestris	ibid.
Iecur asininum	ibid.	Ladænum	76
Iecur canis rabidi	ibid.	Lagopus	299
Iecur caprinum	ibid.	Lampfana	165
Iecur mergi	ibid.	Lana	129
Illecebra	334	Lana cremata	ibid.
Ilex	86	Lanaria herba	189
Indicum	438	Lappa	350
Ingninalis	345	Lapathum	164
Iatybus	173	Lacer	257
Iouis glans	91	Laserpitium	ibid.
Iris	186	Lathyrus	370
Iris	6	Lauer	171
Isopyron	345	Laurus	68
Iudaicus lapis	463		
			<b>Lau</b>

# I N D E X.

Laurus Alexādrina	353	Lolium	154
Lauri baccæ	69	Lonchitis	284
Lemnia terra	440	Lora	390
Lens	159	Lotus arbor	96
Lens palustris	333	Lotus ægyptia	343
Lentiscus	59	Lotus syluestris	342
Lentiscina resina	61	Lotus urbana	ibid.
Leontopetalon	267	Lupinus	161
Leontopodion	348	Lychnis coronaria	268
Lepidium	198	Lychnis syluestris	ib.
Leptocarya	100	Lycium	79
Lepus marinus	112	Lycopsis	302
Lepus terrestris	ibid.	Lygos	83
Leucacantha	219	Lyfimachia	293
Leucanthemon	281		
Leucas	268	<b>M</b>	
Leucoion	278	<b>M</b> Acer	70
Lichenes equorū	118	Mænæ	115
Lichen	312	Magnes	462
Lignorum marcor	71	Magudaris	
Ligusticum	240	Malabathrum	14
Ligustrum	75	Malicorium	91
Lilium	268	Malua	165
Lilium syluestre	278	Malum	94
Limonion	299	Malum Armeniacum	
Lingua bubula	347	95	
Linozostis	383	Malum cotoneum	94
Linum	156	Malum dulce	95
Lithocolla	464	Malū Epiroticū	ibid.
Lithospermon	283	Malum Medicū	ibid.
Locustæ	120	Malū orbiculatū	ibid.
			Ma-

# I N D E X

Malum Perficū	ibid.	Mercurialis	383
Malum præcox	ibid.	Mergi iccur	118
Malum panicum	90	Mespilus	96
Malum sylvestre	ibid.	Metopion vnguentum	147
Mandragoras	325	Milium	153
Manna thuris	56	Millefolium	343 & 338
Marcor lignorum	71	Millepeda	117
Maron	214	Mify	443
Marrubium	270	Micali	108
Marrubium nigrū	269	Moly	237
Mastiche	59	Molybdæna	431
Meconium	486	Molybdoides lapis	ibid.
Medica	180	Morochthus	462
Medica mala	95	Morus	100
Medion	299	Mullus	113
Medulla	M 139	Mulfum	394
Mel	146	Muralis herba	332
Mel heraclion	483	Muria	451
Melampsygium	256	Mures	125
Melanteria	443	Muris auricula	204
Melanthium	256	Mus araneus	125
Melia terra	468	Muris aranci iccus no-	
Melilotos	235	te 510. eius curatio	519
Melimela	95	Muscus	23
Melissophyllum	269	Muscus marinus	337
Melitites lapis	463	Muscula	114
Melomeli	402	Myagron	344
Memphites	463	Myofotis	204
Mentha	229	Myrica	72
Menthastrum	230		
Meon	8		

Myr-

# I N D E X.

Myrrha	50
Myrrha Bœotica	52
Myrrhis	343
Myrsinites	404
Myrtidanum	93
Myrtites	404
Myrtus fatiua	92
Myrtus syluestris	353

## N

<b>N</b> Aphtha	65
Napus	163
Narcaphthon	24
Narcissus	364
Nardi genera	10
Nardum Celticum	11
Nardum montanū	12
Nardinum vnguentum	49
Nasturtium	184
Natricis ictus notæ	
eius curatio	522
Nepeta	230
Nerion	330
Nitrum	452
Nitrispuma	ibid.
Nux auellana	100
Nux iugians	99
Nux pinca	58
Nymphæa	284

## O

<b>O</b> Chrasia	438
Ocymastrum	309
Ocymum	178
Oenanthe	387. & 277
Oenanthinum	404
Oesypum	134
Olea syluestris	89
Oleaster	ibid.
Oleæ æthiopicæ lacri-	
ma	85
Olei vires	28
Oleum amygdalinum	31
Oleum balaninum	32
Oleum cicinum	30
Oleum enicinum	32
Oleum e gnidio grano	
ibid.	
Oleum hyoscyaminum	32
Oleum laurinum	33
Oleum lentisciniū	34
Oleū mastichinū	ibid.
Oleum melanthinum	32
Oleum melinum	94
Oleum myrteum	33
Oleum oliæ syluestris	28. & 85

Oleum

# I N D E X.

Oleum Omphacinum		Oryza	253
27		Osisfragus	120
Oleum picinum	63	Ostracites	465
Oleum raphaninū	32	Osyris	352
Oleum rosaceum	35	Othonna	203
Oleum Sicyoninum	29	Ouorum natura	119
Oleum sinapinum	32	Oui candidum	120
Oleum styracinum	53	Oxalme	399
Oleū terebinthinū		Oxicanta	
Oliuæ colymbades	85	Oxylapathum	164
Oloschoenos	312	Oxymyr sine	353
Olusatrum	254		
Omphacium	388	<b>P</b>	
Omphacomelite	403	<b>P</b> Aederota	218
Onagra	344	<i>Paonia</i>	282
Onitis	226	Paliurus	74
Onobrychis	288	Palma	89
Ononis	218	Palma elate	90
Onosma	282	Palmae Thebaicæ	89
Onyx	108. & 462	Panaces Asclepij	239
Nphioscorodon	182	Panaces Chironiū	240
Ophites lapis	464	Panaces Heracleū	238
Opium	317	Paneration	197
Opobalsamum	21	Panicum	153
Opopanax	238	Papauer corniculatum	
Orbiculata mala	95	319	
Oreoselinon	247	Papauer erraticum	316
Origanum	226	Papauer sativum	317
Origanū sylvestre	ib.	Papauer spumeum	320
Ornithogalum	179	Pappi	493
Orobanche	178	Papyrus	72
			Pa-

# I N D E X.

Paralios	368	Phœnix	309
Pardalianches	341	Phrygius lapis	458
Paronychia	312	Phu	13
Parthenium	281	Phycus marinus	337
Passum	390	Phyllitis	271
Pastinaca herba	241	Phyllon	279
Pastinaca marina	112	Phyteuma	348
Pastinacæ marinæ iustus notæ § 10. eius cura- ratio		Picea	57
Pedicularia herba	360	Picis liquidæ fuligo	63
Pelecigon	281	Pincæ nuces	58
Peplis	371	Pinorum crucæ 120. & 480	
Peplos	370	Pinus	57
Pepo	175	Piper	186
Periclymenon	298	Piscium ius	116
Peristereon	314	Pissasphaltos	64
Persea	105	Pisselæon	63
Persicâ mala	95	Pistacia	99
Personata	341	Pityusa	369
Petasites	ibid.	Pix liquida	62
Petroselinum	247	Pix sicca	63
Peucedamon	255	Plantago	170
Phalangium	271	Plantanus	69
Phalangij morsus no- tæ § 19. eius curatio § 17		Plumbago	431
Phalavis	282	Plumbum elotum	429
Pharicon	486	Plumbum vltam	430
Phasiolus	160	Plumbi recrementum	430
Phœnicobalanus	89		
		Pnigitis terra	487
		Polemonia	295
		Po-	

# INDEX.

Polion	273	Pygnoconon	376
Policnemom	266	Pyrafter	96
Polygala	352	Pyrethrum	252
Polygonaton	294	Pyrites	459
Polygonon	293	Pyrorum genera	96
Polypodion	381		
Pompholyx	419	<b>Q</b>	
Populus alba	70	Q Vercus	86
Populus nigra	ibid.	Q Quinque foliū	308
Porrum capitatum	180		
Portulaca	168	<b>R</b>	
Potamogeton	338	R Adicula	189
Poterion	217	R Radix	163
Propolis	149	Radix dulcis	111
Prunus, pruna	97	Radix fylueftris	163
Pseudobunion	346	Rana	114
Pseudocalia	15	Rana paluftris	492
Pseudocinnamomū	17	Ranunculum	198
Pseudodictamnū	229	Rapum	162
Pforicon	442	Recondendorū ratio	5
Psychotrophon	291	Recrementum argenti	432
Psyllion	322	Refinæ variæ	60
Ptarmica	189	Refina lentifcina	61
Pulegium	227	Refina liquida è pinu,	
Pulegiū fylueftrē	228	& picea	60
Pulicaria	322	Rha	208
Pultrcula	152	Rhamnus	73
Pulmones animalium		Rhaphanus	163
117		Raphanus fylueftris	
Pumex	446	ibid.	
Purpura	107		

Rha-

# I N D E X.

Rhaponticum	208	Sal	449
Rheon	ibid.	Salis flos	452
Rhodia radix	309	Salis spuma	ibid.
Rhodites	404	Salamandra	480
Rhododendron	330	Saliuaris	252
Rhocetes	403	Saliunca	11
Rhus	88	Salix	83
Ricinus	366	Salvia	229
Rosa	78	Sambucus	375
Rosei pastilli	79	Samia terra	466
Rosmarinus	252	Samius lapis	ibid.
Rosmarinum corona		Sampfuchum	233
rij	254	Sandaracha	446
Rubeta	492	Sandix	436
Rubia	283	Sanguinaria	292
Rubigo ferri	428	Sanguinaria foemina	
Rubricafabrilis	440		294
Rubrica Sinopica	ibid.	Sanguis	141
Rubus	306	Sanguis tauri	489
Rubus canis	75	Sapa	390
Rubus Idæus	306	Sapphirus	463
Rumex	164	Sarcocolla	263
Ruscum	353	Sardianæ glandes	87
Ruta	235	Sardonia	484
Ruta sylvestris	237	Sarmentitius cinis	455
		Saturcia	232
S		Satyrium	280
Sabina herba	67	Satyrium erythronion	
Saccharum	147	ibid.	
Sacra herba	314	Scammonia	372
Sagapenum	259	Scandix	177

M m      Schi-



# I N D E X.

Schiftum lac	126	Sertula campana	233
Schiftos lapis	461	Serum lactis	126
Scilla	195	Sesama	153
Scincus	124	Sesamoides	357
Scolopendra	111	Seseli	242
Scolopendræ ictus ratio 510. eius curatio	517	Seseli Aethiopicū	ib.
Scolymos	217	Seseli Creticum	ibid.
Scordion	273	Seseli Peloponēse	ib.
Scorodoprasum	183	Setanium	96
Scoria plumbi	430	Sicyonium oleum	29
Scorpioides	384	Sideritis	305
Scorpius marinus	110	Sidson	91
Scorpius terrestris	ib.	Siligo	152
Scorpij ictus nota	510	Siliquæ	93
eius curatio	518	Silphium	258
Securidaca	281	Silurus	115
Sedum magnum	333	Silybum	363
Selenites lapis	463	Sinapi	183
Selinusia terra	467	Sion	171
Semen	152	Siser	164
Semperuium	333	Sison	243
Semperuium minus	334	Sisymbrium vtrumque	171
Seneſta anguium	112	Sitania	149
Senecio	337	Smarides pisces	115
Sepia	112	Smilax	179
Seps	124	Smilax aspera	352
Seris	173	Smilax lævis	ibid.
Serpyllum	232	Smyris lapis	465
		Smyrnion	248
		Solamnū hortense	323
			507

# I N D E X.

Solanum manicum	324	Stomoma	425
Solanum somniferum		Stratiotes	338
ibid.		Stratiotes millefolium	
Sonchus	173	ibid.	
Sorba	97	Strigmenta balneum	
Sory	443	29	
Sparganion	301	Strobilites	407
Spartion	363	Struthia cotonea	94
Spatha	93	Struthion	189
Sphondylion	254	Styrax	52
Sphragis ægos	440	Succinum	70
Spina acuta	74	Suilus pulmo	117
Spina alba	216	Suillus talus	121
Spina Arabica	ibid.	Sulphur	448
Spongiæ	456	Sycomorus	101
Spongiarū lapides	464	Symphyton	296
Spuma nitri	452		
Spuma salis	451	<b>T</b>	
Spuma argenti	432. &	<b>T</b> Alus sui	121
490.		Tamaris	72
Squamma æris	424	Taxus	329
Squamma ex acie de-		Tauri sanguis	489
cussa	425	Telephion	205
Stachys	271	Tellinæ	108
Stacte	48	Terebinthus	60
Staphis agria	360	Terebinthina	ibid.
Stercus ferri	428	Terra	465
Stibium	431	Terra fornacum	468
Stimmi	431	Testæ	467
Stœbe	297	Testiculas canis	280
Stœchas	225	Teucrion, Teucris	267

# I N D E X.

Thalassomeli	397	Triticum	149
Thalictron	337	Tuber	179
Thapsia	361	Tulsilago	274
Thelygonon	279	Typha	276
Thlaspi	185		
Thracias lapis	461	V	
Thunnus	116	Venenata	494
Thus	54	Veneris umbilicus	
Tharis cortex	56	334	
Tharis fuligo	ibid.	Veratrum album	354
Tharis manna	ibid.	Veratrum nigrum	356
Thyites lapis	463	Verbascom	339
Thymelæa	374	Verbenaca	314
Thymoxalme	399	Vermes terreni	124
Thymus	231	Vesparum ictus curatio	
Tilia	75	517	
Tithymali	366	Vesicaria	323
Tordylion	242	Vetonica	293
Torpedo piscis	111	Victus ratio in morfu	
Toxicon	487	rabiosi canis	507
Tragacantha	219	Vimen	83
Tragium	311	Vina marina	401
Tragoriganum	227	Vina picata	408
Tragos	311	Vina resinata	406
Tribulus	298	Vini natura	389
Trichomanes	350	Vinum abiegnum	407
Trifolium	272	Vinum abrotonites	411
Trimestria	149	Vinum absynthites	223.
Triphyllon	272	& 408	
Tripolion	349	Vinum acorites	414
Triflago	267	Vinum adynamon	394
		Vie	

# I N D E X.

Vinum anethinum	411	Vinum è marrubio	411
Vinum apiites	403	Vinum melites	402
Vinum aromaites	412	Vinum melitites	394
Vinum asarites	413	Vinum melomeli	
Vinum bonites	411	Vinum è myrrha	412
Vinum calaminthites		Vinum myrsinites	404
ibid.		Vinum myrtites	ibid.
Vinum catorchites	405	Vinum à nardo sylue-	
Vinum cedrinum	407	stri	415
Vinum cedrites	408	Vinum nectarites	ibid.
Vinum cestrites		Vinum œnanthinū	403
Vinum chamædryites		Vinum omphacites	393
410		Vinum palmeum	405
Vinum è chamælea	415	Vinum organites	411
Vinum chamæpityinū		Vinum panacites	414
ibid.		Vinum phthoriō	ibid.
Vinum è coniza	412	Vinum è petroselino	
Vinum cupressinū	407	ibid.	
Vinum cydonites	402	Vinum picatum	408
Vinum daucites	413	Vinum pineum	407
Vinum dictamnites	411	Vinum è pipere	411
Vinū è flore salis	414	Vinum è pulegio	411
Vinum helleborites		Vinum resinatum	406
Vinum hyssopites	409	Vinum rhodites	404
Vinum ex iride	412	Vinum rhoetes	403
Vinū iuniperinū	407	Vinum saluiatum	413
Vinum laurinum	ibid.	Vinum è satireia	411
Vinum lentiscinū	405	Vinū scāmonites	416
Vinum mandragorites		Vinum seillinum	400
415		Vinum felinites	
Vinum marathrites		Vinū stœchadites	410

# I N D E X.

Vinum strobilites	407	Vng. cinnamominum	
Vinū è sycomoris	406	48	
Vinum è Syriaca nar-		Vng. crocinum	42
do, celtica, malaba-		Vng. cyprinum	43
thro	413	Vng. elatinum	36
Vinum terebinthinum		Vng. gleucinum	45
405		Vng. hedychroon	47
Vinum thymites	411	Vng. iasminum	50
Vinum è thymelæa	415	Vnguentum irinū	44
Vinum tragoriganites		Vng. lilinum	40
411		Vng. malabathrinū	50
Viola alba	278	Vng. megalinum	47
Viola purpurea	345	Vng. melinum	37
Viperæ ictus nota		Vng. mendesium	48
eius curatio	511	Vng. metopion	47
Viperinæ carnes	111	Vng. narcissinum	42
Viscum	264	Vng. nardinum	49
Vitis alba	379	Vng. ocyminum	39
Vitis nigra	380	Vng. œnanthinum	37
Vitis sylvestris	378	Vng. onychinum	43
Vitis vinifera	385	Vng. rosaceum	35
Vitex	82	Vng. sampuchinū	38
Vlmus	70	Vng. styracinum	43
Vmbilicus Veneris	334	Vng. susinum	40
Vnedo	98	Vng. telinum	38
Vnguëtorum ratio	34	Vngula asini	118
Vng. abrotoninum	39	Vngula capræ	ibid.
Vng. amaracinum	46	Vnguis odoratus	108
Vng. anethinum	40	Vrina	145
Vnguentum butyrinū		Vrtica	335
43		Vstio contra venena-	
		tos	

# I N D E X.

ros ictus	506	Xylobalsamon	28
Vua	386	Xylocinnamomum	17
Vua passa	387	Xyris	301
Vulpinus pulmo	117		
		<b>Z</b>	
<b>X</b>		<b>Z</b> Ea, seu semen	152
<b>X</b> Anthion	350	Zopissa	64
<b>X</b> Xyphion	300	Zythum,	151

# F I N I S.

---

Por estar duplicados quatro folios en el cuerpo del libro, que son 81.82.83.84. se adierte que los nombres de yeruas que estan en los folios duplicados, van escritos en letra bastardilla.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

LIBRO DE...

---

Faint, illegible text in the lower section of the page, possibly bleed-through from the reverse side.









